P. STATIJ PAPINIJ OPERA QUAE EXTANT. IO. BERNARTIUS AD LIBROS VETERES...

Publius Papinius Statius, Jean Bernaerts

Digitized by Google

6
16-c
27

73.

BIBLIOTECA NAZIONALE
6
21 C
40
VITTORIO EMANUELE

P. STATII

PAPINII

OPERA QVÆ EXTANT.

Io. BERNARTIVS *ad libros veteres recensuit & SCHOLIIS illustrauit.*

Adiectis hac postrema editione ad Sylvarum libros variis lectionibus.

LVGDVNI

Sumptibus PETRI RIGAVD, via Mercatoria, sub signo Fortunæ.

M. DCXII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA
Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISS. ET AMPLISS. D. LÆVINO TORRENTIO, ANTVERPIÆ Episcopo,

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMA

IOANNES BERNARTIVS.

L. M. D. D.

NON diu quærenda aut reddenda mihi causa, Antistes amplissime, cur Statium Papinium laboribus meis quà meliorem quà illustriorem redditum, lucem voluerim adspicere in nomine tuo. Patronum quero, qui & honori ad famam honorum futurus sit, & præsidio contra maligni liuoris dentem. Auctoritas nominis tui, merito tuo, apud omnes maxima est: dignitas in Repub. licet summa, magis tamen virtute, eruditione, humanitate, à te

Digitized by Google

ornatur, quàm tu ab illa. Iudicẽ ſpecto, qui ad obruſſam literaria hæc ſcripta exigere queat? tu vnus eximiè inter Belegas, cuius in omnibus laudandis artibus, acerrimum limitatiſſimúmque iudiciũ, omnes docti miranlur & venerantur. Nihil auribus tuis do: limpidiſſimus ille omnis politioris literaturæ fons, qui beneficio tuo Tranquillum noſtrum, iam deficientem, ad vitam reuocauit, præſentes recreat, ingenia poſterorum mũdabit quamdiu res Græcæ & Romanæ, verſus denique, quos non dicam propitiis, ſed dictantibus Muſis canis, quoties ab Sapientiæ ipſe colle, ad amœniores campos deſcendis, inter remiſſiones maiorum cogitationum, diuertis paullulum ad nouem noſtras Nymphas, & quod olim Cato, etiam otij tui reddendum tibi rationem putas, vt ego taceam, ſatis firmabunt. Arbitrium deſidero aut amicum, qui examinare hæc talia didicit non ad lineam rubram? adeò conatus hoſce meos, nõ improbaturum te, vt excuſaturus ſis etiam libenter offenſiuncu-

las,

las, quæ erunt, si non alio, certè adolescentiæ nostræ nomine, nedum spero, sed confido, imo scio. Fideiussores habeo, bonitatem illam tuam eximiam, humanitatem singularem, erga omnes meliores mentes beneuolentiam insignem, amorum denique erga me tuum. Immunem, hactenus re, immunem, & verbis tyrunculum, qui ex inscitiæ tenebris pedem fortè an iam mouit, promouit certè nihil domi tuæ nuper amicissimè es complexus, grauissimi testimonij & iudicij tui pondere, quæ non ita pridem in vulgus emisimus prosecutus, ne à promulside & gustus conuiuium tollerem, sed missus plures inferrem in literarium hoc epulum, auctorem te professus, de immerente denique merendi benignissimã voluntatem ita es testatus, vt in ruborem me dares, & prolixissimum hunc adfectum, vltro à tãto viro oblatum perpetuo obseruantiæ cultuque genere colendũ mihi ducerẽ. Cuius animi exiguũ, sed fidum pignus munusculũ hoc habe: quod ex antiqua votorum formula, tibi vir maxime, libens

Digitized by Google

merito donaui, dedicaui. *Tu ſuſcipe, & à claritate nominis tui, tenui huic & obſcurę ſcriptioni, ſplendoris nonnihil mutuare, perge amare Bernartium, qui nunc & æternum erit vſu mancupióque tuus. Vale. Louanij Cal. Octob.* ∞. ID. XCIII.

P. STA

P. STATII PAPINII SYLVARVM LIBER I.

AD STELLAM.

DIV, multúmque dubitaui, Stellà iuuenis optime & in ſtudiis noſtris eminentiſſime, qua parte voluiſti, an hos libellos, qui mihi ſubito calore, & quadam feſtinandi voluptate fluxerant, cum ſinguli de ſinu meo prodiiſſent, congregatos ipſe dimitterem. Quid enim oportet huius quoque authoritate editionis onerari? quòd adhuc pro Thebaide mea (quamuis nec reliquerit) timeo. Sed & Culicem legimus, & Batrochomyomachiam etiam agnoſcimus. Nec quiſnam eſt illuſtrium Poetarum, qui non aliquid operibus ſuis ſtilo remiſſiore præluſerit. Quid quod hæc ſerum erat continere, cum illa vos certè (quorum honori data ſunt) haberetis. Sed apud cæteros neceſſe eſt multum illis pereat ex venia, cum amiſerint, quam ſolam habuerint gratiam celeritatis. Nullum enim ex illis biduo longius tractum quædam & ſingulis diebus effuſa. Quamuis metuo ne verum iſtuc, verſus quoque ipſi de ſe probent. Primus libellus Sacroſanctum habet teſtem. Sumendum enim erat à Ioue principium.

Cæterùm hos versus, quos in Equum maximum feci, indulgentissimo Imperatori postero die, quàm dedicauerat opus, tradere iussus sum. Potuisti illud (dicet aliquis) & ante vidisse. Respondebis illi, tu Stella carissime, qui Epithalamion tuum, quod mihi iniunxeras, scis biduo scriptum. Audacter mehercule, sed tamen CCLXXII. hexametros habet. * & fortasse tu pro collega mentieris? Manlius certè Vopiscus vir eruditissimus, & qui præcipuè vindicat à situ literas iam penè fugientes, solet vltro quoque nomine meo gloriari, & villam Tiburtinam suam descriptam à nobis vno die. Sequitur libellus Rutilio Gallico Valenti dedicatus. De quo nihil dico, ne videar defuncti testis occasione mentiri. Nam Claudij Hetrusci testimonium est Qui balneolum à me suum intra moram cœnæ recepit. In fine sunt Calend. Decemb. quibus vtique creditur. Noctem enim illam fœliciſſimam habent, & voluptatibus publicis inexpertam.

* at.

***

EQVVS

EQVVS MAXIMVS DOMITIANI.

BIBLIOTECA NAZ... VITT... ROMA

QVæ ſuper impoſito moles geminata colloſſo
Stat Latium complexa forum, Cœlóne peractum
Fluxit opus, Siculis an conformata caminis
Effigies, laſſum Steropem, Brontémq; reliquit?
An te Palladia talem Germanice nobis
Effinxere manus? qualem modo frena tenentem
Rhenus, & attoniti vidit domus ardua Daci?
Nunc age fama prior, notum per ſæcula nomen
Dardanij miretur Equi, cui vertice ſacro
Dindymon, & cæſis decreuit frondibus Ida,
Hunc neque deſciſſis cepiſſent Pergama muris,
Nec grege permixto pueri, inuptæq; puellæ,
Ipſe nec Æneas, nec magnus duceret Hector.
Adde, quod ille nocẽs, ſæuoſq; amplexus Achiuos,
Hunc mitis commendat Eques, iuuat ora tueri
Mixta notis belli, placidamq; gerentia pacem.
Nec veris maiora putes, par forma, decorq;,
Par honor, exhauſtis Martem non amplius armis
Biſtonius portat ſonipes, magnoq; ſuperbit
Pondere, nec tardo raptus propè flumina curſu

Fumat, & ingenti propellit Strymona flatu.
Par operi sedes, hinc obuia limina pandit,
Qui fessus bellis, asserta munere prolis
Primus iter nostris ostendit in æthera Diuis
Discitur è vultu quantum tu mitior armis,
Qui nec in externos facilis sæuire furores
Das Catthis, Dacisq; fidem, te signa ferente
Et minor in leges iret gener, & Cato castris.
At laterum passus hinc Iulia templa tuentur.
Illinc belligeri sublimis regia Pauli.
Terga Pater, blandoq; videt Concordia vultu.
Ipse autem puro celsum caput aëre septus,
Templa superfulges, & prospectare videris,
An noua contemptis surgant Palatia flammis
Pulchrius: an tacita vigilet face Troicus ignis:
Atque exploratas iam laudet Vesta ministras:
Dextra vetat pugnas: leuam Tritonia virgo
Non grauat, & secta pretendit colla Medusa,
Ceu stimulis accendat equum: nec dulcior vsquam
Lecta deæ sedes, nec si pater ipse teneres
Pectora, quæ mundi valeant euoluere curas.
Et quis se totis Temese dedit hausta metallis.
It tergo demissa chlamys latus ense quieto
Securum, magnus quanto mucrone minatur
Noctibus hybernis, & sydera terret Orion.
At sonipes, habitus animósque imitatus equestris
Acrius attollit vultus, cursúmque minatur.
Cui rigidis stant colla iubis, viueq; per armos

Impe

Impetus, & tantis calcaribus ilia latè
Suffectura patent, vacua pro cespite terra
Aenea captiui crinem tegit vngula Rheni.
Hunc & Adrastæus visum extimuisset Arion,
Et pauet aspiciens Ledæus ab æde propinqua
Cyllarus, hinc domini nũquam mutabit habenas:
Perpetuis franis, atque vni seruiet astro.
Vix sola sufficiunt, infessaq́ pondere tanto
Subter anhelat humus: nec ferro, aut ære laborãt,
Sed Genio, teneat quamuis æterna trepido:
Quæ super ingesti portaret culmina montis,
Cœliferiq́ attrita genu durasset Atlantis.
Nec longa traxere mora, iuuat ipsa labores,
Forma Dei præsens, operique intenta Iuuentus
Miratur plus posse manus, strepit ardua pulsu
Machina: continuus septem per culmina montes
It fragor, & magna fingit vaga murmura Roma
Ipse loci custos, cuius sacrata Vorago.
Famosiq́ lacus nomen memorabile seruat,
Innumeros aëris sonitus, & verbere crudo
Vt sensit mugire forum, mouet horrida sancto
Ora situ, meritaq́ caput venerabile quercu.
Ac primum ingentes habitus, lucemq́ coruscam
Expauit maioris equi, térque ardua mersit
Colla lacu trepidus, latus mox præside viso:
Salue magnorum proles, genitorq́ deorum,
Auditum longè numen mihi: nunc mea fœlix
Nunc veneranda palus, cum te prope nosse, tuũq́
Immortale iubar vicina sede tueri

Concess

Romulea, tu bella Iouis, tu prælia Rheni,
Tu ciuile nefas, tu tardum in fœdera montem,
Longo marte domas, quod si te nostra tulissent
Secula, tentasses, me non audente, profundos*
Ire lacus. Sed Roma tuas tenuisset habenas.
Cedat equus Latiæ, qui contra templa Diones,
Cæsarei stat sede fori, quem tradere es ausus
Pellæo Lisyppe duci, mox Cæsaris ora
Aurata ceruice tulit, vix lumine fesso
Explores, quàm longus in hunc despectus ab illo.
Quis rudis vsque adeò, qui non vt viderit ambo,
Tantum dicat equos, quantum distare regentes!
Non hoc imbriferas hyemes opus, aut Iouis ignem
Tergeminum. Aeolij non agmina carceris horret,
Annorúmve moras, stabit dum terra, poluſq;
Dum Romana dies, huc & sub nocte silenti
Cum Superis terrena placeant, tua turba relicto
Labetur cœlo, miscebitq; oscula iuxta.
Ibit in amplexus natus, fraterq; paterq;.
Et soror, vna locum ceruix dabit omnibus astris,
Vtere perpetuum Populi, magniq; Senatus
Munere: Apellea cuperent te scribere cæra,
Optasset q; nouo similem te ponere templo
Atticus, Elæi sector Iouis, & tua motis*
Ora Tonans, tua sidereas imitantia flammas*
Lumina, contempto mallet Rhodos aspera Phœbo.
Certus ames terras, & quæ tibi templa dicamus
Ipse colas, nec te cœli iuuet aula tuoſq;
Latus huic dono videas dare thura Nepotes.

al. gaudente.

al. Taras.

alias senior.

EPITHA

EPITHALAMION STELLAE ET VIOLANTILLAE.

VNde sacro Latij sonuerunt carmine montes?
Cui Pean noua plectra moues? humeróque comanti.
Facundum suspendis ebur? procul ecce canoro
Demigrant Helicone deæ, quatiuntq́ nouena
Lampade solemnem thalamis coeuntibus, ignem,
Et de Pieriis vocalem fontibus vndam.
Quas inter vultus petulans Elegia, propinquat
Celsior assueto, diuasq́ hortatur, & ambit
Alternum factura pedem decimámque videri
Se cupit: & medias fallit permixta sorores.
Ipsa manu nuptam genitrix Aeneia ducit
Lumina demissam, & dulci probitate rubentem
Ipsa toros, & sacra parat, cœtuq́ Latino
Dissimulata deam, crinem, vultumq́, genasq́,
Temperat, atque noua gestit minor ire marita.
Nosco diem, causasq́ sacri, te concinit iste.
(Pande fores) te Stella chorus, tibi Phœbus, & Euan,
Et de Manalia volucer Tegeaticus vmbra
Serta ferunt? nec blãdus Amor, nec Gratia cessat
Amplexum niueos optat coniugis artus,
Floribus innumeris, & olenti spargere thymbra.
Tu modo fronte Rosas, violis modo lilia, mixta

Excè

Excipis, & domina niueis à vultibus obstas.
Ergo dies aderat Parcarum conditus albo
Vellere: quo stella, Violentillaq́, professus
Clamaretur hymen, cedant curaq́, metusq́,
Cessent mendaces obliqui carminis astus.
Fama tace, subijt leges, & frana momordit
v. salutis. *Ille*solutus amor, consumpta est fabula vulgi.*
Et narrata diu viderunt oscula ciues,
Tu tamen attonitus (quamuis data copia tantæ
03 *Noctis) adhuc optas, promissáque numine dextro*
Vota paue,, pone O dulcis suspiria Vates.
Pone, tua est, licet expositum per limen aperto
Ire, redire gradu, iam nusquam ianitor: aut lex,
al. potito *Aut pudor: amplexu tandem satiare*petito*
Coniugis, & duras pariter reminiscere noctes.
Digna quidem merces, & si tibi Iuno labores
Herculeos, Stygijs & si concurrere monstris
40 *Fata darent, si Cyaneos raperere per æstus.*
Hanc propter tuum Pisæa lege trementem
Currere, & Oenomai fremitus audire sequẽtis.
Nec si Dardania Pastor temerarius Ida.
Sedisses, hæc dona forent: nec si aliena per auras
Te potius prensa veheret Titonia biga.
Sed quæ causa toros, inopináque gaudia vati
Attulit, hic mecum dum feruent agmine postes,
Atriáque, & multa pulsantur limina virga,
Hic Erato iucunda doce: vacat apta mouere
50 *Colloquia, & docti norunt audire Penates.*
Forte serenati quæ stat plaga lactea cœli,

Alma

Alma Venus thalamo, pulsa modo nocte iacebat.
Amplexu duro Getici resoluta meriti?
Fulcra, toroſq; dea, tenerum premit agmen
Amorum,
Signa petunt, quas ferre faces, qua pectora figi
Imperet, an terris ſæuire, an malit in vndis,
An miſcere deos, an adhuc vexare Tonantem?
Ipſi animus nondum nec cordi fixa voluntas, 60
Feſſa iacet ſtratis vbi quodam conſcia culpæ
Lemnia repſerunt deprehenſo vincula lecto,
Hic puer è turba volucrum, cui plurimus ignis
Ore, manuq; leui nunquam fruſtrata ſagitta,
Agmine de medio, tenera ſic dulce profatus
Vocepharetrati preſſere ſilentia fratres.
Scis vt Mater, ait, nullâ mihi dextera ſagnis
Militiâ, quemcunq; hominum, diuûmq; dediſti
Vritur, at quondam lachrymis, & ſupplice dextra 70
Et votis precibuſq; *virum concede moueri* a. viri.
O genitrix, duro nec enim ex adamante creati,
Sed tua turba ſumus, clarus de gente Latina
Eſt iuuenis, quem patritiis maioribus ortum
Nobilitas gauiſa tulit, præſagáque formæ
Protinus è noſtro poſuit cognomina cœlo.
Hunc egomet tota quondam (tibi dulce) pharetra
Improbus, & denſa trepidantem cuſpide fixi
Quamuis Auſonijs multum gener ille petitus
Matribus, edomui victum, dominæq; potentis
Ferre iugum, & longos iuſſi ſperare per annos. 80
Aſt illam ſummæ leniter (ſic namq; iubebas)

Lampade

Lampade, parcentes, & inermi ſtrinximus arcu.
Ex illo quantos iuuenis premat anxius ignes
Teſtis ego, attonitus quantum me nocte, die q3,
Vrgentem ferat, haud vlli vehementior vnquam
Incubus Genitrix, iteratag3 vulnera fixi.
Vidi ego, & immitti cupidum decurrere campo
Hippomenem, nec ſic meta pallebat in ipſa.
Vidi & Abydeni iuuenis certantia remis
Brachia, laudauiq3 manus, & ſæpe natanti
Praluſi, minor ille calor, quo ſæua tepebant
Aequora, tu veteres iuuenis trangreſſus amores.
Ipſe ego te tantos ſtupui ſuper eſſe per æſtus,
Firmauiq3 animos, blandiſq3 madentia plumis
Lumina deterſi, quoties mihi queſtus Apollo,
Sic vatem mœrere ſuum! iam mater amatos
Indulge thalamos, noſter comes ille, piuſq3
Signifer, armiferos poterat memorare labores,
Claraq3 facta virûm, & torrentes ſanguine cãpos
**Hinc tibi plectra dedit: mitisq3 incedere vates*
al. Hæc. *Maluit, & noſtra laurum ſubtexere myrto.*
Hic iuuenũ lapſus ſuaq3 haud heſterna reuoluit
Vulnera, prô quanta eſt Paphij reuerentia Mater
Numinis! hic noſtra defleuit fata Columbæ.
Dixerat, & tenera matris ceruice pependit
Blandus, & admotis tepefacit pectora pennis.
Illa refert, vultu non aſpernata rogari:
Grãde quidem, rarumq3 viris, quos ipſa probaui,
Pierius votum iuuenis cupit: hanc ego, formæ
Egregium mirata decus, cui gloria patrum.

Et

Et generis certabat honos, tellure cadentem
Excepi, fouique sinu, nec colla genasq;
Comere, nec pingui crinem deducere amomo
Cessauit mea, nate manus, mihi dulcis imago
Profluit, celsa procul astice frontis honores.
Suggestumq; coma, Latias metire quid vltra
Emineat matres, quantum Latonia Nymphas
Virgo premit, quantumque egomet Nereidas exto
Hæc & caruleis mecum consurgere digna 120
Fluctibus, & nostra potuit considere concha
Et si flammiferas potuisset scandere sedes,
Hasq; intrare domos, ipsi erraretis amores.
Huic quamuis sensus dederim largita beatos,
Vincit opes animo, queritur iam Seras auaros
Augustum spoliare nemus, Clymeneaq; deesse
Germina, nec virides satis illachrymare sorores.
Vellera Sidonio iam pauca rubescere tabo.
Raráque longauis niuibus cristalla gelari.
Huic Hermũ, fuluóque Tagum decurrere limo. 130
(Nec satis ad cultus) huic Inda monilia Glaucũ
Proteaq;, atque omnem Nereida quærere iussi
Hanc si Thessalicos vidisses Phœbe per agros,
Erraret Daphne secura: in littore Naxi
Thesæum iuxta foret hæc conspecta cubile,
Gnosida desertam profugus liquisset & Euan.
Quod nisi me longis plãcasset Iuno querelis,
Falsa hinc pennas, & cornua sumere æthra
Rector, in hanc vero cecidisset Iuppiter auro.
Sed dabitur iuueni, cui tu, mea summa potestas 140

Nate cupis, thalami quamuis iuga ferre secundi
Sape neget mœrens, ipsam iam cedere sensi,
Inq; vicem tepuisse viro, sic fata leuauit
Sydereos artus, thalamiq; egressa superbum
Limen, Amyclæos ad frena citauit olores.
Iungit amor, lætamq; vehens per nubila matrem
Gemmato temone sedet, iam Tybridis arces
Iliacæ, pandit nitidos domus alta Penates.
Claraq; gaudentes plauserunt lumina Cycni.
Digna Deæ sedes, nitidis nec sordet ab astris.
Hic Libycus, Phrygiusq; silex, hic dura laconum
Saxa virent, hic flexus Onyx, & concolor alto
Vna mari, rupesq; nitent, quis purpura sape
Oebalis, & Tyrij moderator liuet aheni.
Pendent innumeris fastigia nixa columnis.
Dalmatia *Robora* * *Dalmatico lucent satiata metallo.*
Excludunt radios syluis decussa vetustis
Frigora, perspicui viuunt in marmore fonte.
Nec seruat natura vices: hic Sirius alget,
Bruma tepet, versumq; domus sibi tẽperat annũ.
Exultat visu, tectisq; potentis alumna
Nõ secus alma Venus, quã si Paphò æquore ab al-
Idãliasq; domos, Ercynaq; templa subiret. (to
al. reclinent. *Tunc ipsam solo* * *recliuem affata cubili,*
Quonam hic vsq; sopor, vacuiq; modestia lecti
O mihi Laurentes inter dilecta puellas?
Quis morum, fideiq; modus? nunquamne virili
Submittere iugo? veniet iam tristior ætas:
Exerce formam, & fugientibus vtere donis

Noa

Non ideo tibi tale decus, vultuſq; ſuperbos
Méque dedi, viduos, vt tranſmittare per annos,
Ceu non cara mihi: ſatis ô nimiumq; priores
Deſpexiſſe procos, at enim hic tibi ſanguine toto
Deditus vnam omnes inter miratur, amatq;
Nec formæ, nec ſtripis egens, nam docta per vrbẽ
Carmina qui iuuenes, quæ non dedicere puellæ?
Hunc & biſſenos (ſic indulgentia pergat
Præſidis Auſoniỹ) cernes attolere faſces
Ante diem, certè iam nunc Cybeleia nouit
Limina, & Euboicæ carmen legit ille Sibyllæ.
Iamq; parens Latius (cuius prænoſcere mentem
Fas mihi) purpureos habitus, iuueniq; curule
Indulgebit ebur. Dacas (quæ eſt gloria maior)
Exuuias, lauroſq; dabit celebrare recentis.
Ergo age iunge toros, atque otia deme iuuentæ.
Quas ego non gentes, quæ non face corda iugaui?
Alituum, pecudumq; mihi duríque ferarum
Non renuere greges, ipſum in connubia terra
Aethera (cum pluuiis rareſcunt nubila) ſoluo.
Sic rerum ſeries, mundíque reuertitur ætas.
Vnde nouum Troiæ decus, ardentumq; deorum
Raptor erat, Phrygio ſi non ego iuncta marito?
Lydius vnde meos iteraſſet Tybris Iulos?
Quis ſeptem geminæ potuiſſet mœnia Romæ
Imperii latiale caput? niſi Dardana furto
Cœpiſſet Martem, nec me prohibente ſacerdos?
His mulcet dictis, tacitumq; inſpirat amorem
Connubij, redeunt animo iam dona, precéſque,

Et lachryma, vigilesq; viri prope limina quæstus,
Asteris & Vatis totam cantata per vrbem,
Asteris ante dapes, nocte Asteris, Asteris ortu.
Quantum non clamatus Hylas, iãq; aspera cœpit
Flectere corda libens, & iam sibi dura videri,
Macte toris, Latios inter placidissime vates,
Quod durum permensus iter, cœptiq; laboris
Prahendisti portus, tumida sic transfuga Pisa
Amnis in externos longè flammatus amores,
Flumina dimerso trãhit intemerata canali:
Donec Sicanios tandem prolatus anhelo
Ore bibat fontes, miratur dulcia Nais
Oscula, nec credit pelago venisse maritum.
Quis tibi tunc alacri: cœlestum munere claro
Stella dies? quanto salierunt pectora voto?
Dulcia cum domina dexter connubia vultus
Annuit ire polo, nitidosq; errare per axes
Visus Amiclais minus exultauit arenis
Pastor ad Idæas Helena veniente carinas:
Thessala nec talem viderunt Pelæa Tempe,
Cum Thetin Aemoniis Chiron accedere terris
Erecto prospexit equo, quam longa morantur
Sydera, quam segnis votis Aurora mariti.
At procul vt stellæ thalamos sensere parari
Latous vatum pater, & Semelæus Euan: (Nisa,
Hic mouet Orthygia, mouet hic rapida agmina
Hinc Lycij mõtes, gelidæq; vmbracula Thymbræ
Et Parnassus honos, illi Pangæa resultant,
Ismaráque, & quondam genialis littora Naxi.

Tunc

Tunc caras iniere fores, comitiq; canoro
Hic Chelyn, hic flauam maculoso Nebrida tergo,
Hic thyrsos, hic plectra ferit, hic enthea lauro
Tempora Minoa crimen premit ille corona.
Vix dum emissa dies, & iam socialia præsto
Omnia, iam festa feruet domus vtraq; pompa,
Fronde virent postes, & feruent compita flammis
Et pars immensa gaudet celeberrima Roma.
Omnis honos, cunctis veniunt ad limina fasces.
Omnis plebeio teritur prætexta tumultu
Hic eques, hic iuuenũ quæst⁹, stola mixta laborat
Fœlices vtrósq; vocant, sed in agmine plures al. reclinis
*Inuidere viro, iam dudum poste*reeliuis*
Quærit hyemẽ thalamis intactum dicere carmen
Quo vatem mulcere queat: dat Iuno verenda
Vincula, & insigni geminat concordia tæda.
Hic fuit illa dies noctem canat ipse maritus
Quantum nosse licet, sic victa sopore doloso
Martia fluminea posuit latus Ilia ripa:
Non talis niueos strinxit Lauinia vultus,
Cum Turno spectante rubet, non Claudia talis
Respexit populos, mota iam virgo carina.
Nunc opus Aonidũ comites, trepidumq; ministri al. vitris.
*Diuersis certare modis, eat enthea*vitis*
Atque hederis redemita cohors, vt pollet ouanti
Quisq; lyra, sed præcipue qui nobile gressu al. choo.
Extremo fraudatis opus date carmina festis
*Digna toris, hunc ipse*choro plaudente, Philetas.*
Callimachusq; senex, vmbroq; Propertius antro

Ambissent laudare diem, nec tristis in ipsis
Naso tomis, diuesq; foco lucente Tibullus.
Ne certè non vnus amor, simplexq; canendi
Caussa trahit, tecum similes iunctaq; Camœna
Stella mihi multumq; pares bacchamur ad aras,
Et sociam doctis haurimus ab amnibus vndam.
At te nascentem gremio mea prima recepit
Partenope, dulcisq; solo tu gloria nostro
Reptasti: nitidum consurgit ad æthera tellus
Bubois, & pulchra tumeat Sebetos alumna.
Nec tibi sulphureis Lucrinæ Naides antris
Nec Pompeiani placeant magis otia Sarni.
Eia age præclaros Latio properate nepotes,
Qui leges, qui castra, legant qui carmina ludant
al. legãt. *Accelleret partu decimũ bona Cynthia mensem*
Sed parcat Lucina precor, tuque ipse parenti
Parce puer, ne mollem vterum, nec stantia ladat
Pectora, cumque tuos tacito natura recessu
Formarit vultus, multum de patre decoris
Plus de matre feras. At tu pulcherrima formæ
Italidum, tandem merito possessa marito,
Vincla diu quæsita foue, sic damna decoris
Nulla tibi, longæ viridis sic flore iuuentæ
Perdurent vultus, tardéque hæc forma senescat.

TIBVRTINVM MANLII VOPISCI.

CErnere facundum Tiburglaciale Vopisci
Si quis, & insertogeminos Anienepenates

Aut

Aut potuit ſocia commercia noſcere ripa
Certantéſq; ſibi dominum defendere villas,
Illum nec calido latrauit Sirius aſtro,
Nec grauis aſpexit Memees frondentis alumnus.
Talis hyems tectis, frangunt ſic improba Sclem
Frigora, Piſæumq; domus non æſtuat annum.
Ipſa manu tenera tectum ſcripſiſſe Voluptas. 10
Tunc Venus Idaliis vnxit faſtigia ſuccis, al. viſa.
Permulſitq; comas, blandumq; reliquit honorem
Sedibus, & volucres vetuit diſcedere natos.
O longum memoranda dies! quæ mente reporto
Gaudia? quam laſſos per tot miracula viſus:
Ingenium quam mitte ſolo? quæ forma beatis
Arte manus conteſſa locis? non largius vſquam
Indulſit natura ſibi, nemora alta citatis
Incubuere vadis, fallax reſponſat imago
Frõdibus, & longas eadẽ fugit vmbra per vndas.
Ipſe Anien (miranda fides) infraq; ſuperq;
Saxeus, hic tumidam rabiem, ſpumoſáque ponit 20
Murmura ceu placidi veritus turbare Vopiſci,
Pierioſque dies, & auentes carmina ſomnos al. vtrinq; domo
Littus vtrumq; domi: nec te mitiſſimus amnis
Diuidit, alternas ſeruat prætoria ripas.
Non externa ſibi, fluuiúmue obſtare queruntur
Seſtiacos nunc fama ſinus, pelagúſq; natatum
Iactet & audaci iunctos delphinas Ephœbo.
Hic æterna quies, nullis hic iura procellis,
Nuſquã feruor aquis datur hic trãſmittere viſus
Et voces, & pene manus, ſic Chalcida fluctus, 30

Expellunt fluuij, sic dissociata profundo
Brutia Sicanium circumspicit ora Pelorum.
Quid primum, mediúmue canam, quo fine quiescã
Auratáque trabes? an Mauros vndiq; postes?
An picturata lucentia marmora vena
Mirer? an emissas per cuncta cubilia lymphas
Huc oculis, huc mente trahor, venerabile dicam
Lucorum seniũm? te qua vada fluminis infra
Cernis? an ad syluas, qua respicis, aula tacentis.*
Qua tibi tota quies, offensáq; turbine nullo
Nox silet, & nigros imitantia murmura somnos?
An qua graminea suscepta crepidine fumant
Balnea, & impositum ripis algentibus ignem?
Quaque vaporiferis iunctus fornacibus amnis
Ridet anhelantes vicino flumine Nymphas.
Vidi artes, veterumq; manus, variisq; metalla
Viua modis, labor est auri memorare figuras,
Aut ebur, aut dignas digitis contingere gemmas.
Quicquid, & argento primum, vel in ære Myrenis
Lusit, & enormes manus est experta colossos,
Dum vagor adspectu, visuq; per omnia duco,
Calcabam, nec opinus opes, nam splendor ab alto
Defluus, & nitidum referentes aëra testa
Monstrauere solum, varias vbi picta per artes
Gaudet humus, suberantq; nouis asarota figuris.
Expauere gradus, quid nunc ingentia mirer?
Aut quid partitis distantia tecta trichoris?
Quid te? qua mediis seruata penatibus arbor
Tecta per & postes liquidas emergis in auras:

al. tacẽtes.

Quo non ſub domino ſæuas paſſura bipennes
Et tunc ignaro forſan vel lubrica Naïs,
Vel non abruptos tibi demet Hamadryas annos,
Quid referã alternas gemino ſuper aggere mẽſas
Albenteſq́ lacus? altoſq́ in gurgite fontes?
Teque per obliquum penitus quæ laberis amnem
Martia, & audaci tranſcurris flumina plumbo?
An ſolum Ioniis ſub fluctibus eludis amnem
Dulcis ad Ætneos deducat ſemita portus
Illis ipſe antris, Ænieus fonte relicto, 70
Nocte ſub arcana glaucos exutus amictus,
Huc, illuc fragili proſternit pectora muſco:
Aut ingens in ſtagna cadit, vitreaſq́ natatu
*Plaudit aquas, illa recubat *Tiberinus in vmbra* v. Tiburnus
Illic ſulphureos cupit Albula mergere crines.
Hæc domus Ægeriæ nemoralẽ abiungere Phœbẽ,
Et Driadum viduare choris algentia poſcit
Taygeta, & ſyluis arceſſere Pana Lyceis.
Quod ni templa darent alias Tyrinthia ſortes,
Et Præneſtinæ poterant migrare ſorores,
Quid bifera Alcinoi laudem pomaria voſq́
Qui nunquam vacui prodiſtis in æthera rami?
Cedant Telegoni, cedant Laurentia Turni
*Iugera. *Lucrinaq́ domus, lituſq́ cruenti* Laſciniæ.
Antiphatæ, cedant vitreæ iuga perfida Circes
Dulichiis vlulata lupis, arceſq́ ſuperbæ
Anxuris, & ſedes Phrygio quas mitis alumno
Debet anus cedant: quæ te iam ſolibus arctis
Auia nimboſa reuocabant littora bruma.

Scilicet hic illi meditantur pondera mores:
Hic premitur fœcunda quies, virtúſque ſerena
Fronte grauis, ſanuſq; decor, luxuq; carentes
Delitiæ, quas ipſe ſuis digreſſus Athenis
Mallet deſerto ſenior Gargetius horto:
Hæc per & Ægeas hyemes, pleiadúmq; niuoſum
Sydus, & Oleniis dignum petiiſſe ſub aſtris,
Si Maleæ credenda ratis, Siculoſq; per æſtus
Sit via. Cur oculis ſordet vicina voluptas?
Hic Tiburtes Faunos Chelys, & iuuat ipſum
Alciden, dictúmque lyra maiore Catillum.
Seu tibi Pindaricis animus contendere plectris,
Siue Chelyn tollis heroa ad robora, ſiue
Liuentem Satyram nigra rubigine turbes
Seu tua non alia ſplendeſcat epiſtola cura,
Digne Midæ, Cræſiq; bonis, & Perſide gaza.
Macte bonis animi, cuius ſtagnantia rura
Debuit, & flauis Hermus tranſcurrere ripis,
Et limo ſplendente Tagus: ſic docta frequentes
Otia, ſic omni detectus pectora nube
Finem Neſtoreæ precor agrediare ſenectæ.

SOTERIA PRO RVTILIO GALLICO.

EStis Io ſuperi, nec inexorabile Clotho
Voluit opus, videt alma pios Aſtræa, Iouiq;
Conciliata cadit, dubitatáque ſydera cernit
Gallicus, es cœlo, de dîs, Germanice cordi,

Quis neget? erubuit tanto spoliare ministro
Imperium fortuna tuum, stat proxima ceruix
Ponderis immensi, damnosáque fila senectæ
Exuit atq; alios melior reuirescit in annos.
Ergo alacres, quæ signa colunt arbana, cohortes,
Inque sinum, quæ sæpe tuum fora turbida questu
Confugiunt, legesq; vrbesq; vbicumque togatæ,
Quæ tua longinquis implorat iura querelis
Certent lætitia, nosterq; ex ordine collis
Confremat, & sileant peioris murmura famæ.
Quippe manet, longumq; æuo redeunte manebit,
Quem penes intrepidæ mitis custodia Romæ
Nec tantum induerint fatis noua sæcula crimen,
Aut instaurati peccauerit ara Terenti.
Ast ego nec Phœbū (quāquā mihi surda sine illo
Plectra,) nec Aonias decima cum Pallade diuas,
Aut mitem Tegeæ, Dircesue hortabor alumnum
Ipse veni, viresq; nouas, animumq; ministra,
Qui caneris docto nec enim *sine carmine cantus al.tātus.
Ausoniæ, decora ampla togæ, centumq; dedisti
Iudicium mentemq; viris, licet Enthea vatis
Excludat Pimplæa sitim: nec conscia detur
Pirene: largos *potius mihi gurges in haustus al.potior.
Qui rapitur de fonte tuo, seu plana salutis
Cum struis orsa modis, seu cum tibi dulcis in artē
Frangitur, & nostras curat facundia leges
Quare age, si Cereri sua dona, merumq; Lyeo
Reddimus, & dines præda tamen accipit omni
Exuuias Diana tholo, captiuaq; tela

Bel

Bellipotens, nec tu, quando tibi Gallice maius
Eloquium, fandiq; opibus sublimis abundas:
Sperne coli tenuiore lyra vaga cingitur astra
Luna, & in Oceanum riui cecidere minores,
Quæ tibi solicitus persoluit præmia morum
Vrbis amor? quæ tum patrumq; equitumq; notaui
Lumina, & ignaræ plebis lugere potentes
Non labente Numa timuit sic curia fœlix.
Pompeio, nec celsus eques nec fœmina Bruto.
Hoc illud, tristis inuitum audire catenas,
Parcere verberibus: nec qua iubet alta potestas
Ire, sed armatas multum sibi demere vires
Dignariq; manus humilis, & verba precantum
Reddere iura foro, nec proturbare curules,
Et ferrum mulcere toga: sic itur in alta
V. miti *Pectora sic* mixto reuerentia fidit amori.
Ipsa etiam cunctos grauis inclementia fati
Terruit, & subiti præceps iuuenile periclo
Nil cunctante malo, non illud culpa senectæ
Quippe ea bissenis vix dū orsa excedere lustris)
Sed labor intendens, animiq; in membra vigentis
Imperium, vigilesq; suo pro Cæsare curæ,
Dulce opus, hinc fossos penitus subrepsit in artus.
Insidiosa quies, & pigræ obliuia viæ
Tunc Deus, Alpini, qui iuxta culmina dorsi,
Signat Apollineos sancto cognomine lucos,
Respicit (heu tanti pridem securus alumni)
al. morâs *Progressusq; moras* hic mecum Epidauria proles
Hinc alti gaudens datur aggredienda facultas.

Ingentem recreare virum teneamus adorti.
Tendatis iam fila colos, nec fulminis atri
*Sit metus, has vltro*laudarit Iuppiter artes* *l. laudauit.
Nam neq; plebeiã, aut dextro sine numine cretã
Seruo animã, atq; adeo breuiter dũ tecta subimus
Expediam, genus ipse suis, præmissaq; retro
Nobilitas, nec origo latet, sed luce sequente
Vincitur, & magno gaudet cessisse nepoti
Prima toga virtus, illa quoque clarus & ingens
Eloquio, mox innumeris exercita castris,
Occiduas, primasq; domos, & Sole sub omni
Permeruit iurata manus, nec otia pacis
Permissum laxare animos, ferrumq; retingi
Hunc Galatia vigens ausa est incessere bello
Hunc quoq; perq; nouem timuit Pãphilia messes
Pannoniusq; ferox, arcuque horrenda fugaci
Armania, & patiens Latij iam pontis Araxes
Quid geminos fasces? magnæq; iterata reuoluam
Iura Asiæ? velit illa quidem ter habere, quaterq;
Hunc sibi, sed reuocant fasti, maiorque curulis
Nec promissa semel, Libyci quid mira tributi
Obsequia? & missum media de pace triumphum
Laudẽ, & opes tãtas? nec qui mandauerat ausus
Expectare fuit, gaudet Trasimenus, & Alpes
Cannenseq; animæ, primusq; insigne tributum
Ipse palam lacera poscebat Regulus vmbra.* *læta.
Non vacat Arctoas acies, Rhenumq; rebellem,
Captiuæq; preces Veledæ, & quæ maxima nuper
Gloria depositam Dacis pereuntibus vrbem

Pan

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

V. lectus. *Pandere cum tanti lectus* rectoris habenas*
Gallice fortuna non admirante subisti.
Hunc igitur (si digna loquor) rapiemus iniquo
Nate Ioui rogat hoc Latiæ pater inclytus vrbis
Et meruit, neque enim frustra mihi nuper honora
Carmina patritio pueri sonuistis in ostro.
Si qua salutifero gemini Chironis in antro
al. & holus. *Herba, tholo quocunque tibi Troiana recondit*
Pergamus, an medicis fœlix Epidaurus arenis
Educat, Idæa profert quam Creta sub vmbra
al. benignum. *Dictami florentis opem, quoque anguis abundat*
Spumatu: iungã ipse manus atq; omne, benigne*
Virus, odoriferis Arabum, quod doctus in aruis,
Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi.
Dixerat, inueniunt positos iam segniter artus
Pugnantémque animam, ritu se cingit vteró
Paonio monstrantq; simul, parentq; volentes
Donec lethiferas vario medicamine pestes,
Et suspecta mali ruperunt nubila somni
al. Aere. *Adiuuat ipse Deus, morbóque valentior omni*
al. Aemonio. *Occupat auxilium, citius non* arte refectus*
Telephus Æmonia, nec quæ metuentis Atridæ*
Saua Machaonio coierunt vulnera succo.
Quis mihi tot cœtus inter, populiq;, patrumq;.
Sit curæ, votiq; locus? tamen ardua testor
Sydera, teque pater vatum Tymbræe, quis omni
Luce mihi, quis nocte timor? dum postibus hærens
Assiduus, nunc aure vigil, nunc lumine cuncta
Auguror, immensa veluti connexa carina

Cym

Cymba minor, cum ſæuit hyems, pro parte furenti
Parua receptat aquas, & eodem voluitur auſtro.
Nectite nunc lata candentia fila ſorores:
Nectite, nemo modum tranſmiſſi computet æui,
Hic vitæ natalis erit, tu Troica dignus
Secula, & Euboici tranſcendere pulueris annos
Neſtoreoſq; ſitus, qua nunc tibi pauper acerta
Digna lites? nec ſi vacuet Mæania valles,
Aut præſtant niueos Clitumna noualia tauros
Sufficiam, ſed ſæpe deis hos inter honores 130
Ceſpes, & exiguo placuerunt farra ſalino.

BALNEVM ETRVSCI (plectro

NOn Helicona graui pulſat Chelys enthea
Nec laſſata voco toties mihi numina Mu-
Et te Phœbe choris, & te dimittimus Euan, (ſas
Tuque inimica fera volucer Tegeæ ſonore* v. Tegeæ honore.
Terga premas, alios poſcunt mea carmina cœtus.
Naidas vndarum dominas, regemq; coruſci
Ignis, adhuc feſſum, Siculaq; incude rubentem
Elicuiſſe ſatis, paulum arma nocentia Theba
Ponite? dilecto volo laſciuire ſodali.
Iunge puer cyathos atque enumerare labora,
Cunctantémque intende chelyn: diſcede laborq;
Curaq; dum nitidis canimus gemmantia ſaxis 10
Balnea, dúmque procax myrtis, ederiſq; ſoluta
Fronde verecundo Clio mea ludit Etruſco.
Ite deæ virides, liquidoſq; auertice vultus,
Et vitrum teneris crinem redimite chorymbis,

Veſte

Veſte nihil tecta: quales emergitis altis
Fontibus, & viſu Satyros torquetis amantes.
Non vos, quæ culpæ decus infamaſtis aquarum
Sollitare iuuat, procul hinc, & fonte doloſo
Crebrenidos. *Salmacis, & vidua*Crebrenidos arida luctu*
Flumina, & Herculei prædatrix cedat alumni.
Vos mihi quæ Latiũ, ſeptenaq; culmina Nymphæ
Incolitis Tybrimq; nouis attollitis vndis,
Quas præceps Anien, atque exceptura natatus
Virgo iuuat, Marſaſq; niues, & frigora ducens
Martia, præcelſis quarum vaga molibus vnda
Creſcit, & innumero pendens tranſmittitur arcu.
Veſtrum opus aggredimur, veſtra eſt quam carmine molli
Pãdo domus, non vnquã aliis habitaſtis in antris
Ditius, ipſa manus tenuit Citherea mariti
Monſtrauitq; artes, neu vilis flamma caminos
Vreret ipſa faſces volucrum ſuccendit amorum
Non huc admiſſæ Thaſos, aut vndoſa Cariſtos
Mœret Onix longè, quæriturq; excluſus Ophites
Sola nitet flauis Nomadum deciſa metallis
Purpura, ſola cauo Phrygiæ quam Synados antro
Ipſe cruentauit maculis lucentibus Atys
Quaſq; Tyrus niueas ſecat, & Sidonia rupes
v. viridi. *Vix locus Eurotæ*viridis, cum regula longo*
al. limi- *Synadæ diſtinctu variat, non*lumina ceſſant*
na. *Effulgent cameræ vario faſtigia vitro*
In ſpecies, animoſq; nitent. ſtupet ipſe beatas
Circomplexus opes, & parcius imperat ignis.

Mi

Multus vbique dies radiis vbi culmina totis
Perforat, atque alio sol improbus vritur æstu.
Nil ibi plebeium: nusquam Temesea notabis
Æra: sed argento fœlix propellitur vnda:
Argentoq; cadit, labrisq; nitentibus instat
Delitias mirata suas, & abire recusat.
Extra autem niueo qui margine cœrulus amnis
Viuit, & in fundum summo patet omnis ab imo.
Cui non ire lacu, pigrosq; exoluere amictus
Suadeat? hoc mallet nasci Cytherea profundo.
Hic te perspicuum melius Narcise videres:
Hic velox Hecate velit & deprehensa lauari.
*Quid nũc strata solo referãt tabulata *crepatis* crepantes.
Auditura pilas, vbi languidus ignis inerrat
Ædibus, & tenuem voluũt hypocausta vaporẽ?
Nec si Baianis veniat nouus hospes ab oris
Talia despiciat (fas sit componere magnis
Parua) Neronea nec qui modo lotus in vnda
Hic iterum sudare neget, macte oro nitenti
Ingenio, curáque puer tecum ista senescant:
Et tua iàm melius discat fortuna renasci.

KAL. DECEMBRES.

SATVRNALES.

ET Phœbus Pater, & seuera Pallas,
Et Musæ procul ite feriatæ.
Iani vos reuocabimus Kalendis.
Saturnus mihi compede exoluta.

Et multo grauidus mero December,
Et ridens Iocus, & Sales proterui
Adsint, dum refero diem beatam
V. pando. *Lati Cæsaris, ebriámq; * partem.*
Vix Aurora nouos mouebat Ortus
Iam bellaria adorea pluebant.
Hunc rorem veniens profudit Eurus.
Quicquid nobile Ponticis nucetis,
Fœcundis cadit aut iugis Idumes,
Quod ramis pia germinat Damascus,
Et quas præcoquit Eboſia cannas,
Largis grætuitum cadit rapinis.
Molles Caioli, Lagunculíque,
Et massis Amerina non peruſtis,
Et mustaceus, & latente palma
Prægnantes Cariotides cadebant.
Non tantis Hyas inſerenã nimbis
Terras obruit, aut ſoluta Pleyas:
Qualis per cuneos hyems Latinos
Plebem grandine concutit ſerenam.
Ducat nubila Iuppiter per orbem,
Et latis pluuias minetur agris,
Dum noſtri Iouis hi ferantur imbres.
Ecce autem caueas ſubit per omnis
Inſignis ſpecie, decora cultu
Plebes altera non minor ſedente.
Hi Panaria, candidáſque mappas
Subuectant, epuláſque lautiores.
Illi marcida vina largiuntur.

Idæos

Idæos totidem putes ministros,
Orbem, qua melior seueriórque est,
Et gentes alis insimul togatas.
Et cum tot populos beata pascas,
Hunc Annona diem superba nescis.
I nunc secula compara vetustas
Antiqui Iouis, aureúmque tempus:
Non sic libera vina tunc fluebant,
N[illegible]rdum seges occupabat annum.
Vi[illegible]escitur omnis ordo mensa:
Parui, Fœmina Plebs, Eques, Senatus,
Libertas reuerentiam remisit.
Et tu quin etiam (quis huc vocare?
Quis promittere posset hoc deorum?)
Nobiscum socias dapes inisti.
Iam se (quisquis is est) inops, beatus,
Conuiuam ducis esse gloriatur.
Hos inter fremitus, nouósque luxus,
Spectandi leuis effugit voluptas.
Stat sexus rudis, insciúsque ferri,
Et pugnas * capit improbus viriles.
Credas ad Tanaim, ferúmque Phasin,
Thermodontiacas calere Turmas.
Hîc audax subit ordo Pumilonum,
Quos natura breui statu peracto,
Nodosum semel in globum ligauit,
Edunt vulnera, conserúntque dextras.
Et mortem sibi qua manu minentur
Ridet Mars pater, & cruenta Virtus:



* v. cupit.

Cæsuræq; vagis Grues rapinis,
Mirantur Pumilos ferociores.
Iam noctis propioribus sub vmbris
Diues sparsio, quos agit tumultus?
Huc intrant faciles emi puellæ.
Hic agnoscitur omne quod theatris,
Aut forma placet, aut probatur arte.
Hoc plaudunt grege Lydiæ tumentes,
Illic cymbala, tinnulæq; Gades.
Illic agmina confremunt Syrorum,
Hic plebs scenica, quique comminutis
Permutat vitreis gregale sulfur.
Inter quæ subito cadunt volatu.
Immensæ volucrum per astra nubes,
Quas Nilus sacer, horridúsque Phasis,
Quas vdo Numidæ legunt sub austro.
Desunt qui rapiant, sinúsque pleni
Gaudent, dum noua lucra comparantur.
Tollunt innumeras ad astra voces,
Saturnalia principis sonantes;
Et dulci dominum fauore clamant.
Hoc solum vetuit licere Cæsar.
Vix dum carula nox subibat orbem,
Descendit media nitens arena
Consas flammeus orbis inter vmbras,
Vincens Gnosiacæ facem coronæ:
Collucet polus ignibus, nihilque
Obscuræ patitur licere nocti.
Fugit pigra quies, inérsque somnus,

Hæc cernens, alias adiuit vrbes.
Quis ſpectacula? quis iocos licentes?
Quis conuiuia? quis dapes inemptas?
Largi flumina quis canat Lyæi?
Iamiam deficio, tuóque Baccho
In ſerum trahor ebrius ſoporem.
Quos ibit procul hic dies per annos?
Quam nullo ſacer exoleſcet æuo?
Dum montes Latij, patérque Tybris,
Dum ſtabit tua Roma, dúmque terris
Quod reddis Capitolium, manebit.

P. STATII PAPINII SYLVARVM LIB. II.

ad Meliorem Atedium.

ET familiaritas noſtra, qua gaudeo (Melior vir optime, nec minus iudicio literarum, quàm in omni vitæ colore terſiſſime) & ipſa opuſculorum quæ tibi trado conditio ſic poſita eſt, vt totus hic alter liber meus etiam ſine epiſtola expectetur. Primum enim habet Glauciam noſtrum, cuius gratiſſimam infantiam, & qualem plerumque infœlices ſortiũtur, apud te complexus amabam. Iam verò tibi huius amiſſi recens vulnus (vt ſcis) Epicædio proſecutus ſum, adeo

festinanter, vt excusandam habuerim affectibus tuis celeritatem, nec nunc eam apud te iacto, qui nosti, sed & cæteris indico: ne quis asperiore lima carmen examinet, & à confuso scriptum, & dolenti datum; cum pené superuacua sint tarda solatia. Pollij mei villa Surrentina, quæ sequitur, debuit à me vel in honorem eloquentiæ eius diligentius dici, sed amicus ignouit, in arborem certè tuam Melior, & Psittacum, scis à me leues libellos quasi epigrammatis loco scriptos, eádem exigebat stili facilitatem Leo mansuetus quem in Amphiteatro prostratum, frigidum erat sacratissimo Imperatori ni statim traderem. At Vrsum quoque nostrum iuuenem candidissimum, & sine iactura desidiæ doctissimum, & scriptam de puero amisso consolationē, super ea, quæ ipsi debeo, huic libro libenter inserui: quia honorem eius tibi laturus acceptum, Excludit volumen Genethliacon Lucani, quod Polla Argentaria carissima vxorum cum hunc diem forte cōsecraremus, imputari sibi voluit ego non potui maiorem tanti autoris habere reuerentiam, quàm quod laudes eius dicturus hexametros meos timui. Hæc qualiacunque sunt Melior carissime, si tibi non displicuerint, à te publicum accipiant. Sin minus, ad me reuertantur.

EPI

EPICÆDION IN GLAVCIAM MELIORIS.

QVod tibi præcepti Melior ſolamen alumni
Improbus ante rogos, & adhuc viuente fauilla
Ordiar? abruptis etiamnum flebile venis
Vulnus hiat, magnæq; patet via lubrica plagæ.
Cũ iam egomet cãtus, & verba medentia ſauus
Conſero, tu planctus, lamentáque fortia mauis,
Oáiſtiq; chelym, ſurdáque auerteris aure.
Intempeſtá cano, citius me tigris abactis
Fœtibus, orbatique velint audire leones.
Nec ſi tergeminum Sicula de virgine carmen
Affluat, aut ſyluis chelys intellecta feriſque,
Muceat inſanos gemitus: ſtat pectore demens
Luctus, & admoto latrant præcordia tactu.
Nemo vetat, ſatiare malis: ægrúmque dolorem
Libertate doma, iam flendi expleta voluptas?
Iámne preces feſſus nõ indignaris amicas? (ipſo
Iámne canã? lachrymis & en mea carmina in
Ore natant, triſtéſque cadunt in verba litura.
Ipſe etenim tecum nigra ſolemnia pompa,
Spectatúmque vrbi ſcelus, & puerile feretrum
Produxi: & ſæuos damnati thuris aceruos,
Plorantémque animam ſupra ſua funera vidi:
Teq; patrũ gemitus ſuperãtẽ, & brachia matrũ
Complexumq; rogos, ignémq; haurire parãtem.
Vix tenui ſimilis comes, offendiq; tenendo.

Et nunc (heu) vitis, & frontis honore soluto,
Infaustus Vates, vexo mea pectora tecum.
Plango lyra, & diri comitem, sociúmque doloris
(Si merui, luctúsque tui consortia sensi)
Iam lenis patiare precor: me fulmine in ipso
Audiuere patres: ego iuxta busta profusis
Matribus, atque piis cecini solatia natis,
Et mihi, cum proprios gemerẽ defectus ad ignes,
Quem natura patrem, nec te lugere seuerus
Arceo, sed confer gemitus, paritérque fleamus.
Iam dudum dignos aditus, laudúmque tuarum
O merito dilecte puer, primodia quærens
Distrahor, hinc anni stantes in limine vitæ,
Hinc me forma rapit, rapit inde modestia præ-
Et pudor, & tenero probitas maturior æuo. cox
O vbi purpureo suffusus sanguine candor,
Sydereique orbes, radiatáque lumina cœlo,
Et castigata collecta modestia frontis,
Ingenuique super crines, molliſque decoræ
Margo comæ? blãdis vbi nã ora arguta querelis
Osculáque implicitis vernos redolentia flores?
Et mixta risu lachrymæ? penitúsque loquentis
Hyblais vox mixta fauis? cui sibila serpens
Poneret, & sæua vellent seruire Nouercæ.
Nil veris affingo bonis! heu lactea colla
Brachiaq́, & nunquã domini sine põdere ceruix
O vbi ventura spes non longinqua iuuentæ,
Atque genis optatus honos? iuratáque multum
Barba tibi? cũcta in cineres grauis intulit hora

Hosti

Hoſtiliſque dies, nobis meminiſſe relictum:
Quis tua colloquiis hilaris mulcebit amatis
Pectora? quis curas, mentiſq; arcana remittet?
Accenſum quis bile feret? famuliſque tumentũ
Leniet, ardentique in ſe deflectet ab ira?
Inceptas quis ab ore dapes, libatáque vina
Auferet? & dulci turbabit cuncta rapina?
Quis matutinos abrumpet murmure ſomnos
Impoſitus ſtratis? abitúſque morabitur arctis
Nexibus? atque ipſo reuocabit ad oſcula poſte?
Obuius intranti rurſus qui in ora, manúſque
Proſiliet? breuibuſq; humeros circundabit vlnis
Muta domus (fateor) deſolatique penates,
Et ſitus in thalamis, & mœſta ſilentia menſis.
Quid mirum tanto ſi te pius alter honorat
Funere? tu domino requies, portúſque ſenectæ,
Tu modo delicię dulces, modo pectore curæ.
*Non te barbaricæ verſabat * verna Cataſtæ,* al. turba.
Nec mixtus Phariis venalis mercibus infans,
Compoſitóſque ſales, meditataq; verba locutus,
Quæſiſti laſciuus herum, tardeq; paraſti. (olim
Hinc domus, hinc ortus, dominiq; penatibus
Carus vtérque parẽs, atque in tua gaudia liber
Ne quererere genus raptum ſed protinus aluo
Suſtulit exultans, ac prima lucida voce
Aſtra ſalutantem dominus ſibi mente dicauit,
Amplexúſque ſinu tulit: & genuiſſe putauit.
Fas mihi ſanctorum venia dixiſſe parentum.
Túque oro Natura ſinas, cui prima per orbem.

Iura animis ſociare datum: non omnia ſanguis
al. demiſta. *Proximus, aut ſerie generis * demiſſa propago,*
Alligat, interius noua ſæpe, adſcitáque ſerpunt
Pignora connexis natos genuiſſe neceſſe eſt,
Hæc legiſſe iuuat. Tenero ſic blandus Achilli
Semifer Æmonium vincebat Pelea Chiron,
Nec ſenior Peleus natum comitatus in arma
Troica, ſed caro Phœnix hærebat alumno.
Optabat longè reditus Pallantis ouantes
Euander, ſidus pugnas ſpectabat Acetes.
Cúmq; procul nitidis genitor ceſſaret ab aſtris,
al. Perſea. *Fluctiuagus volucrem comebat * Præſea Dictis.*
Quid referam altricum victos pietate parẽtes?
Quid te poſt cineres, deceptáque funera matris,
Tutius Inoo reptantem pectore Bacche?
Iam ſecura parens Thuſcis regnabat in vndis
Ilia, portantem laſſabat Romulus Accam.
Vidi ego tranſertos alieno in robore ramos,
Altius ire ſuis: & te iam fecerat illi
Mens, animoſq; patrẽ: nec dum morẽſue, decórue
Tu tamẽ & mutas etiam: tum murmure voces,
Vagitúmque rudem, fletúſque infantis amabas
Ille, velut primos expiraturus ad auſtros
Mollibus in pratis altè flos improbus extat,
Sic tenerante diem, vultu, greſſúque ſuperbo,
Vicerat æquales, multúmque reliquerat annos.
Siue cathenatis curuatus membra paleſtris
Staret, Amyclæa conceptam matre putares.
Oebaliden illo præceps mutaret Apollo:

Alcides

Alcides pensaret Hylan, seu Graius amictu
Attica facundi decurreret orsa Menandri,
Laudaret gauisa sonum, crinémque deorum
Fregisset rosea lasciua Thalia corona.
Maonium siue ille senem. Troizą labores
Diceret, aut casus turdè remeantis Vlyssis,
Ipse pater sensus, ipsi stupuere magistri,
Scilicet infaustâ Lachesis cunabula dextrâ
Attigit, & gremio puerum complexa fouebat
Inuidia, illa genas, & adultum comere crinem,
Et mõstrare artes, & verba refringere, quæ nũc
Plangimus. Herculeos annis æquare labores
Cœperat assurgens, sed adhuc infantia mixta,
Iam tamẽ & validi gressus, mensuráque maior
Cultibus, & visæ puero decrescere vestes.
Cum tibi, quas vestes? quæ non gestamina mitis
Festinabat herus? breuibus constringere lanis
Pectora? & angusta telas arctare lacerna.
Enormes non illæ sinus, sed semper ad annos
Texta legens, modo puniceo velabat amictu.
Nunc herbas imitante sinu, nunc dulce rubenti
Murice, nunc viuis digitos incendere gemmis
Gaudebat: non turba comes, non munera cessant
Sola verecundo deerat prætexta decori.
Hæc fortuna domus: subitas inimica leuauit
Parca manus, quo diua feros grauis exeris angues
Non te forma mouet? non te lachrymabilis ætas?
Hunc nec sæua viro potuisset carpere Progne,
Nec fera crudeles Colchis durasset in iras,

Editus

Editus Æolia nec si foret iste Creusa.
Toruus ad hũc Athamas, insanos flecteret arcus
Hũc quãquã Hectoreos cineres, Troiamq́ pere-
Turribus è Phrygiis flesset missurus Vlysses. (sus,
Septima lux, & iam frigentia lumina torpent
Iam complexa manu crinẽ tenet Infera Iuno.
Ille tamen, Parcis fragiles vrgentibus annos,
Te vultu moriente videt, linguáque cadente
Murmurat, in te omnis vacui iam pectoris efflat
Reliquias: solum meminit, solúmque vocantem
al. reliquit *Exaudit, tibiq́ ora mouet, tibi verba*relinquit*
Et prohibet gemitus, consolatúrque dolentem:
al. tacentis *Gratũ est, fata tamen, quod non mors lẽta * ia-*
Exedit puerile decus, manésque subiuit (centis
Integer, & nullo temeratus corpora damno (mis
Qualis erat, quid ego exequias, & prodiga flam-
Dona loquar? mœstóque ardentia funera luxu?
Quod tibi purpureo tristis rogus aggere creuit.
Quod Cilicũ flores, quod munera graminis Indi
Quodq́ Arabes, Phariiq́ (palam est, vidiq́) li-
Arsurã lauare comã: cupit omnia ferre (quores
Prodigus, & totos Melior succendere census,
Desertas exosus opes, sed non capit ignis
Inuidus, atque arctæ desunt in munera flammæ
Horror habet sensus, qualem te funere summo,
Atque rogum iuxta, Melior placidissime quondã
Extimui, tu ne ille hilaris, comisque videris?
Vnde animi, sauaq́ manus, & barbarus horror
Tu modo fusus humi lucem auersaris iniquam,

Nunc

Nunc toruis pariter veſtes, & pectora rumpis,
Dilectóſque premis viſus, & frigida lambis
Oſcula: erant illic genitor, matérque iacentis
Mœſta, ſed attoniti te ſpectauere parentes. (rũt
Quid mirum! Plebs cuncta, neſas, & prauia fle-
Agmina, Flaminio quæ limite Miluius agger
Trãſuehit, immeritus flãmis dũ triſtibus infans
Traditur, & gemitũ, formaq́, ac voce meretur.
Talis in Iſthmiacos prolatus ab æquore portus
Naufragus impoſita iacuit ſub matre Palæmon
Sic & in anguiferæ ludentem gramine Lernæ
Præciſum ſquamnis auidus bibit anguis Ophel-
Pone metus, latiq́, minas, deſiſte vereri. (ten
Illum nec terno latrabit Cerberus ore,
Nulla ſoror flammis, nulla aſſurgentibus Hydris
Terrebit, quin ipſe auidæ trux nauita cymbæ
Interius ſteriles ripas, & aduſta ſubibit
Littora, ne puero dura aſcendiſſe facultas.
Quid mihi gaudenti, proles Cyllenia, virga
Nuntiat? eſtne aliquid tam ſæuo in tẽpore latũ?
Nouerat effigiem, generoſiq́, ardua Blæſi
Ora puer, dum ſæpe domi noua ſerta ligantem
Te videt, & ſimiles voluentem pectore curas.
Hunc vbi Lethæi luſtrantem gurgitis oras
Auſonios inter proceres, ſeriémque Quirini
Agnouit, timidè primum veſtigia iungit
Acceſſu tacito, ſummóſque laceſſit amictus,
Inde magis ſequitur: neq́, enim magis ille tra-
Spernit, & ignota credit de Stirpe nepotũ, (hẽtem

Mon

Mox vbi delitias, & rari pignus amici
Senſit, & amiſſi puerum ſolatia Blaſi.
Tollit humo, magnáque ligat ceruice, diúque
Ipſe manu gaudẽs vehit, & quæ munera mollis
Elyſij, ſteriles ramos, mutáſque volucres
Porxit, & obtuſo pallentes germine flores.
Nec prohibet meminiſſe tui: ſed pectora blandus
Miſcet, & alternum pueri partitur amorem,
Hic finis rapto quin tu iam vulnera: ſedas.
Et tollis merſum luctu caput? omnia functa,
Aut moritura vides, obeunt noctéſque diéſque,
Aſtráq; : nec ſolidis prodeſt ſua machina terris.
Nam populos, mortale genus, plebiſq; caduca
Quis fleat interitus? Hos bella, hos æquora poſ-
His amor exitio, furor his, & ſæua cupido: (cunt
Vt ſileam morbos, hos ora rigentia brumæ,
Illos implacido letalis Sirius igni:
Hos manet imbrifero pallens Autumnus hiatu.
Quicquid habẽt ortus, finẽ timet, ibimus omnes,
Ibimus immenſis vrnam quatit Æacus vmbris.
Aſt hic quẽ geminus fœlix homineſq; , deóſque,
Et dubios caſus, & cæca lubrica vitæ
Effugit, immunis fati, non ille rogauit,
Non timuit, meruítve mori. Non anxia plebes,
Nos miſeri, quibus vnde dies ſuprema, quis æui
Exitus, incertum quibus inſtet fulmen ab aſtris
Quæ nubes fatale ſonent: nil flecteris iſtis?
Sed flectere libens, ades huc emiſſus ab atro
Limine cui ſoli cuncta impetrare facultas

Glaucia

Glaucia (nam insontes animas, nec portitor ar-
Nec dira comes ille fera) tu pectora mulce, (cet
Tu prohibe manare genas, noctésque beatas
Dulcibus alloquiis, & viuis vultibus imple.
Et periisse nega, desolatamq; sororem,
*Quis*potes, & miseros perge insinuare parẽtes,* al. Qua.

SVRRENTINVM POLII.

Est inter notos Sirenum nomine muros,
Saxaq; Tyrrhena templis onerata Miner-
Celsa Dicarthei speculatrix villa profundi, (ua
Quà Bromio dilectus ager, collesq; per altos
Vritur, & pralis non inuidet vua Falernis,
Huc me post patrij latum quinquennia lustri,
Cum studio iam pigra quies, canúsque sederet
Puluis, ad Ambracias conuersa Gymnade fron-
Trans gentile fretum placidi facõdia Polli (des,
Detulit, & nitida iuuenilis gratia Polla,
Flectere iam cupidum gressus, quà limite noto
Appia longorum teritur Regina viarum.
Sed iuuere mora, placido lunata recessu
Hinc atque hinc curuas perrũpũt æquora rupes.
Dat natura locum montiq; interuenit vnum
Littus, & in terras scopulis pendentibus exit.
Gratia prima loci gemina testudine fumant
Balnea, & è terris occurrit dulcis amaro
Nympha mari, leuis hic Phorci chorus, vdaq;
Cimodoce, viridisq; cupit Galatea lauari (crines
Ante Domũ tumida moderator cœrulus vnda

Excusat

Excubat, innocui cuſtos laris huius amico
Spumant templa ſalo? fœlicia rura tuetur
Alcides gaudet gemino ſub numine portus.
Hic ſeruat terras, hic ſæuis fluctibus obſtat.
Mira quies pelagi, ponunt hic laſſa furorem
Æquora, & inſani ſpirant clementius Auſtri.
Hîc præceps minus audet hyẽs, nullóq; tumultu
Stagna modeſta iacẽt, dominiq; imitãtia mores.
Inde per obliquas irrepſit porticus arces,
Vrbis opus, longóque domat ſaxa aſpera dorſo.
Quà prius obſcuro permixti puluere ſoles,
Et feritas inamœna uiæ, nunc ire uoluptas:
Qualis ſi ſubeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen, ab Inoo fert ſemita tecta Lechæo.
Non mihi ſi cunctos Helicon indulgeat amnes
Et ſuperet Pimplea ſitim, largéque uolantis
Vngula ſedet equi, reſerétque arcana pudicos
Phœmonoë fontes, uel quos mens auſpice Phœbo
Altius immerſa turbauit Pollius urna,
Innumeras ualeam ſpecies, cultúſque locorum
Pieriis æquare modis, uix ordine longo
Suffecere oculi, uix dum per ſingula ducor,
Suffecere gradus, qui rerum turba! locíne
Ingeniũ, an domini mirer prius? hæc domus ortus
Aſpicit, & Phœbi tenerum iubar: illa cadẽtem
Detinet, exactámque negat dimittere lucem,
Cum iam feſſa dies, & in æquora montis opaci,
Vmbra cadit, uitreóque natant prætoria Ponto,
Hæc pelagi clamore fremunt. Hæc tecta ſonoros

Ignorant,

Ignorant fluctus, terræq; silentia malunt.
His fauit natura locis, hic victa colenti
Cessit, & ignotos docilis mansueuit in vsus.
Mõs erat hic, vbi plana vides: hæc lustra fuerãt
Quæ nunc tecta subis, vbi nunc nemora ardua
Hic nec terra fuit, domuit possessor, & illũ (cernit
Formantem rupes, expugnantémque secutæ
Gaudet humus, nunc cerne iugũ discentia saxa
Intrantesq; domos, iussúmque recedere montem.
Iam Methymnei vatis manus, & chelys vnà 60
Thebais, & Getici cedat tibi gloria plectri.
Et tu saxa moues, & te nemora alta sequũtur.
Quid referam veteres ceræq;, arísque figuras?
Si quid Apellei gaudent animasse colores
Si quid adhuc vacua, tamen admirabile Pisæ
Phidiacæ rasere manus, quod ab arte Myronis,
Aut Polycletæo iussum est quod viuere cœlo,
Æráque ab Isthmiacis auro potiora fauillis,
Ora ducum, & vatum, sapientumq; ora priorũ,
Quos tibi cura sequi, quos toto pectore sentis 70
Expers curarum, atque animum virtute quieta
Compositus, sempérq; tuus, quid mille reuoluam
Culmina vísendíque vices? sua cuiq; voluptas.
Atque omni propriũ thalamo mare, transq; ia-
Nerea, diuersis seruit sua terra fenestris (cẽtem
Hæc videt Inarimem, illi Prochyta aspera paret
Armiger hac magni patet Hectoris, inde mali-
Aera respirat pelago circumflua Nessis. (gnum, 80
Inde vagis omen, fœlix Euplea carinis,

Quæq; ferit curuos exerta Magalia fluctus
Angitur: & domino contra recubante, procul q;
Surrentina tuus spectat prætoria Limon.
Vna tamen cunctis procul eminet vna diætis
Quæ tibi Parthenopen directo limine Ponti
Ingerit, hic Graiis penitus defecta metallis
Saxa, quot Eoæ respergit vena Syenes?
Synnade quot mœsta, Phrygiæ fodere secures
Per Cybeles lugentis agros? vbi marmore picto
Candida purpureo distinguitur area gyro
Hic & amyclæi casum de monte Lycurgi
Quod viret, & molles imitatur rupibus herbas.
Hic Nomadũ lucent flauentia saxa Thasoq;,
Et Chios, & gaudens fluctus spectare Caristos.
Omnia Chalcidicas turres obuersa salutãt, (tas
Macte animo q; grata probas, quod grata frequẽ
Arua, nec inuideant quæ te gemuere Dicarchi
Mœnia, nos docto melius potiemur alumno.
Quid nunc ruris opes, pontoq; noualia dicam
Iniecta, & madidas Baccheo nectare rupes?
Sæpe per autumnum iam pubescente Lyeo
Conscendit scopulos, noctisq; occulta sub vmbra
Palmite maturo rorantia lumina tersit
Nereis, & dulces rapuit de collibus vnas.
Sæpe & vicino sparsa est Vindemia fluctu.
Et Satyri cecidere vadis, nudamq; per vndas
Doride montani cupierunt prendere Panes.
Sic fœlix tellus dominis ambobus in annos
Mygdonij, Piliiq; senis, nec nobile mutes

Seruitium, nec te cultu Tirynthia vincat
Aula Dicarcheique sinus, nec sapius igris
Blanda Therapnæi placeant vincta Galesi.
Hic seu sidereas exercet Pollucis artes,
Seu voluit monitus, quos dat Gargeticus auctor:
Seu nostram quatit ille chelyn, seu dissona nectit
Carmina, siue minax vltorem stringit iambon:
Hinc leuis è scopulis meliora ad carmina Siren
Aduolat, hinc motis audit Tritonia cristis.
Tunc rabidi ponunt flatus, maria ipsa vetãtur
Obstrepere: mergunt pelago doctamq; trahũtur
Ad chelyn, & blandi scopulis Delphines ader-
Viue Midæ gazis, & Lydo ditior auro, (rant.
Troica, & Euphrate supra diademata fœlix.
Quem non ambigui fasces, non mobile vulgus,
Non leges, non castra tenent: qui pectora magno,
Spemq; metumq; domas, vitio sublimior omni
Exemptus fatis, indignantemq; refellis
Fortunam, dubio quem non in turbine rerum
Deprendet suprema dies: sed abire paratum
Ac plenum vitæ nos vilis turba caducis
Deseruire bonis: semperq; optare parati,
Spargimur in casus, celsa tu mentis ab arce
Despicis errantes, humanaq; gaudia rides.
Tempus erat cum te gemina suffragia terræ
Diriperent, celsusq; duas veherere per vrbes.
Inde Dicarcheis multum venerando colonis,
Hinc ascite mei, pariterq; his largus, & illis
Ac iuuenile calens, plectriq; errore superbus,

At nunc discussa rerum caligine, verum
Aspicis illo alij rursus iactantur in alto.
At tua securos portus, blandamq; quietem
Intrauit, non quassarat is, sic perge: nec vnquam
Emeritam in nostras puppem dimitte procellas.
Discite securi, quorum de pectore mixtæ
In longum coiere faces, sanctusq; pudicæ
Seruat amicitiæ leges amor: ite per annos
Saculaque, & priscæ titulos præcedite famæ.
Túque nurus inter longè pulcherrima, cuius
Non frontem vertere minæ, sed candida semper
Gaudia, & in vultu curarum ignara voluptas.
Non tibi sepositas infœlix strangulat arca
Diuitias, auidique animum dispendia torquẽt
Fœnoris expositi census, sed docta fruendi
Temperies, non vlla Deo meliore cohærent
Pectora, non alias decuit Concordia mentes.

ARBOR ATE DII.

STat, quæ perspicuas nitidi Melioris opacet
Arbor aquas, complexa lacus, quis robore ab-
Curuata in nodos redit inde cacumine recto (imo
Ardua ceu mediis iterum nascatur ab vndis,
Atque, habitet vitreum tacitis radicibus amnẽ
Quid Phœbis tã parua rogẽ? vos dicite causas
Naides, & faciles (satis est) date carmina Fau-
Nympharũ tenera fugiebãt Pana caterua. (ni.
Ille quidẽ it, cunctas tanquã velit, it tamẽ vnã
In Pholoen, siluis hac, fluminibúsque, sequentis
Nunc hirtos gressus, nunc improba cornua vitat

Iam

Iamq; & belligerum Iani nemus atraq; Caci
Rura, Quirinaleſq; fuga ſuſpenſa per agros
*Cœlica tecta ſubit*ibi demum victa labore,* V. iam.
Feſſa metu: qua nunc placidi Melioris, aperti
Stant ſine fraude lares: flauos collegit amictus
Arctius, & niueæ poſuit ſe margine ripæ.
Inſequitur Velox pecorum Deus, & ſua credit
Connubia ardenti iamiam ſuſpiria librat
Pectore, iam prædæ leuis imminet: ecce citatos
Aduertit Diana gradus, dum per iuga ſeptem
Errat, Auentinæq; legit veſtigia terræ,
Penituit vidiſſe Deam, conuerſaq; fidas
Ad comites, Nunquámne auidis arcebo rapinis
Hoc petulans, fœdumq; pecus? ſemperq; pudici
Decreſcet mihi turba chori? ſic deinde locuta
Depromit pharetra telũ breue, quod neq; flexis
Cornibus, aut ſolito torquet ſtridore, ſed una
Emiſit contenta manu, læuumq; ſoporem
Naidos, auerſa fertur tetigiſſe ſagitta.
Illa Deam pariter ſurgens, hoſtemq; proteruum
Vidit, & in fontem, niueos, ne panderet artus.
Sic tota cum veſte ruit, ſtagniſq; ab altis
Pana ſequi credens, ima latus implicat alga.
Quid faceret ſubito deceptus prædo? nec altis
Credere corpus aquis, hirtæ ſibi conſcius audet
Pellis, & à tenero nandi rudis: omnia queſtus,
Immitẽ Bromium, ſtagna inuida, & inuida tela
Primæuam vſu Platanum, cui longa propago,
Innumeraq; manus, & iturus in æthera vertex.

Arbor, & hæc duræ latebrosa cubilia nymphæ
Tu saltem decliuis ama, preme frondibus vndã,
Illa quidem meruit: sed ne precor igne superno
Æstuet, aut dura feriatur grandine, tantum,
Spargere tu laticem, & foliis turbare memẽto.
Tunc ego, téque diu, recolã, dominamq; benigna
Sedis, & illæsa tutabor vtramq; senecta.
Et Iouis, & Phœbi frondes, & discolor vmbra
Populus, & nostræ stupeant tua germina pinus.
Sic ait illa Dei veteres animata calores
Vberius stagnis, obliquo pendula trunco.
Incubat, atq; vmbris sinuatur amãtibus vndas.
Sperat, & amplexus, sed aquarũ spiritus arcet,
Nec patitur tactus, tandem eluctata sub auras
Libratur fundo, rursusq; enode cacumen
Ingeniosa leuat, veluti descedat in imos
Stirpe lacus alia, iam nec Phœbeia Nais
Odit, & excluſos inuitat gurgite ramos.
Hæc tibi parua quidem geniali luce paramus
Dona, sed ingenti forsan victura sub æuo.
Tu cuius placido posuere in pectore sedem
Blãdus honos, Hilarisq; tamẽ (cũ põdere) Virtus.
Cui nec pigra quies, nec iniqua potentia, nec spes
Improba, sed medius per honesta, & dulcia limes
Incorrupte fidem, nulloq; experte tumultus,
Et secrete palam, qui digeris ordine vitam:
Idem auri facilis contentor, & optimus idem
Condere diuitias, opibusq; immittere lucem.
Hæc longum florens animi, morumq; iuuenta

Illi-

Iliacos æquare senes, & vincere pœrsta,
Quos pater Elysiogenitrix, quos detulit annos,
Hoc illi duras exorauere sorores:
Hoc quæ te sub teste, situm fugitura tacentem
Ardua magnanimi reuiresçit gloria Blæsi.

PSITTACVS MELIORIS.

PSittace dux volucrum, domini facunda voluptas,
Humanæ solers imitator Psittace linguæ:
Quis tua tam subito præcluſit murmura fato.
Hesternas miserande dapes, moriturus iniſti
Nobiscum, & gratæ carpentem munera mensæ,
Errantemq; toris mediæ plus tempore noctis
Vidimus, affatus etiam meditatáque verba
Reddideras, at nunc æterna silentia Lethes
Ille canorus habes, cedat Phaetontia vulgi
Fabula, nec soli celebrent sua funera Cycni.
At tibi quanta domus rutila testudine fulgens?
Connexuſq; eburi virgarum argenteus ordo?
Argutúmque tuo stridentia limina cornu?
Et quærulæ iam sponte fores? vacat ille beatus
Carcer, & angusti nusquam conuitia tecti,
Huc docti stipentur aues, quis nobile fandi
Ius natura dedit, plangat Phœbeius ales,
Auditáſque memor penitus dimittere voces
Sturnus, & Aonio versa certamine Picæ:
Quiq; refert iungens iterata vocabula Perdix:
Et quæ Bistonio queritur soror orba cubili.

Ferte simul gemitus, cognataq; dacite flammis
Funera, & hoc cuncta miserandũ addiscite car-
Occidit aeria celeberrima gloria gentis (men
Psittacus ille plaga viridis regnator Eoa,
Quem non gemmata volucris Iunonia cauda
Vinceret aspectu, gelidi non Phasidis ales.
Nec quas humẽti Numida rapuere sub Austro,
Ille salutator regum, nomenq; locutus
Cæsareũ, & queruli quondã vice functus amici
Nunc conuiua leuis, monstrataq; reddere verba
Tam facilis: quo tu melior dilecte recluso
Nunquam solus eras, at non inglorius vmbris
Mittitur Assyrio cineres adolentur amomo.
V. Gramine. *Et tenues Arabum respirant * germine palmæ,*
Sicaniisq; crocis, senio nec fessus inerti
Scandet odoratos Phœnix fœlicior ignes.

LEO MANSVETVS IMP.

QVid tibi constrata mãsuescere profuit ira?
Quid scelus humanasq; animo dediscere
Imperiũq; pati, & domino parere minori? (cædes?
Quid? quod abire domo, rursusq; in claustra re-
Suetus, & à capta iã spõte recedere præda, (uerti
Insertásque manus laxo dimittere morsu?
Occidis altarum vastator docte ferarum,
Non grege Massyllo, curuaq; indagine clausus,
Non formidato supra venabula saltu
Incitus, aut cæco foueæ deceptus hiatu.
Sed victus fugiente fera stat cardine aperta

Inf-

Infœlix cauea, & clauſas circùm vndiq; portas
Hoc licuiſſe nefas pauidi timuere Leones.
Tunc cunctis cecidere iubæ, puduitq; relatum
Aſpicere, & totas duxere in lumina frontes.
At te non primo fuſum nouus obruit ictu
Ille pudor manſere animi, virtuſq; cadenti
A media iam morte redit, nec protinus omnes
Terga dedere minæ: ſicut ſibi conſcius alti
Vulneris, aduerſum moriens it miles in hoſtem,
Attollitq; manum, & ferro labente minatur:
Sic piger ille gradu, ſolitoq; exutus honore
Firmat hians oculos animãq; hoſtemq; requirit.
Magnæ tamen ſubiti tecum ſolatia lethi
Victæ feres, quod te mœſti, Populuſq; Patreſq;
Ceu notus caderes triſti gladiator arena,
Ingemuere mori: magni quod Cæſaris ora
Inter tot Scyticas, Libycaſq;, & littore Rheni,
Et Pharia de gente feras, quas perdere vile eſt,
Vnius amiſſi tetigit iactura Leonis.

EPICEDIVM PILETI VRSI.

SÆue nimis lachrymis quiſquis diſcrimina ponis
Ludendiq; modos, miſerum eſt primæua parenti
Pignora, ſurgenteſq; nefas accendere natos.
Durum & deſerti, prærepta coniuge partem
Conclamare tori mœſta & lamenta ſororum,
Et fratrũ gemitus, arctè tamen, & procul intrat
Altius in ſenſus, maioraq; vulnera vincit
Plaga minor: famulũ (quoniã rerũ omnia cæca

al. mouit *Sic miſcet fortuna manu, nec pectora móuit)*
Sed famulum gemis Vrſe pium, ſed amore, fideq́
*Hau meritũ lacrymas cui maior ſtẽmate*iũcto*
al. cuncto *Libertas ex mente fuit, ne comprime fletus,*
Ne pudeat: rumpat frenos dolor iſte Deiſq́
Si tã dura placẽt, hominẽ gemis (hei mihi ſubdo
Ipſe faces) hominem Vrſe, tuũ qui dulce volenti
Seruitium, cui triſte nihil: qui ſponte ſibiq́
Imperioſus erat, quiſnam hic in funera miſſos
Caſtiget luctus? gemit inter bella peremptum
Parthus equum, fidoſq́ canes fleuere Moloſſi,
Vt volucres habuere rogum ceruuſq́ Maronis
Quid ſi nec famulus (vidi ipſe, habituſq́ notaui
Te tantum cupientis herum) ſed maior in ore
Spiritus, & tenero manifeſti in ſanguine mores?
Optarent multum Graia, cuperentq́ Latina
Sic peperiſſe nurus, non talem Creſſa ſuperbum
Callida ſollicito reuocauit Theſea filo.
Nec Paris Oebalios talis viſurus amores
al. inuictas *Ruſticus*, inuiſas deiecit in aquora pinus*
Non fallo, aut cantus aſſueta licentia ducit.
Vidi, & adhuc video, qualem nec bella cauentẽ
Littore virgineo Thetys occultauit Achillem.
Nec circum ſaui fugientem mœnia Phœbi
Troilon Æmonia deprendit lancea dextra,
Qualis erat! procul heu, cunctis puerisq́ viriſq́
Pulchrior, & tantum domino miror illius vnus
Ante decor, quantum præcedit clara minoris
Luna faces, quãtũq́ alios premit Heſperus ignes.

Non

Non tibi fœmineum vultu decus, horaq; ſupra
Mollis honos qualis dubia poſt crimina formæ
De ſexu tranſire iubent: paruoq; virilis
Gratia, nec petulans acies blandiq; ſeuero
Igne oculi (qualis belli iam caſſide viſa
Parthenopeus erat) ſimplexq; horrore decoro
Crinis, & obſeſſa nondum, primoq; micantes
Flore genæ, talem Ledæo gurgite pubem
Educat Eurotas, teneri ſic integer æui
Elin adit, primoſq; Ioui puer approbat annos.
Nã pudor inde nouæ mentis, tranquillaq; morũ,
Temperies, teneroq; animus maturior æuo:
Carmina quæ donaſſe queant? Sæpe ille volentẽ
Caſtigabat herum, ſtudioq;, altiſq; iuuabat
Conſilijs, tecum triſtiſq;, hilariſq;, nec vnquam
Ille ſuus: vultumq; tuo ſumebat ab ore.
Dignus, & Æmonium Pyladen præcedere fama
Cecropiamq; fidem, ſed laudum terminus eſto.
Quem fortuna ſinit, non mente fidelior ægra
Sperauit tardi reditus Eumeus Vlyſſis
Quis Deus, aut quiſnã tã triſtia vulnera caſus
Eligit? vnde manus fatis tam certa nocendi?
O quam diuitiis, cenſuq; exitus opimo
Fortior Vrſe fores, ſi vel fumante ruina
Ructaſſent dites Veſuuina incendia Locros
Seu Polentinos merſiſſent flumina ſaltus.
Seu Lucanus ager, Seu Tybridis impetus altæ
In dextram torſiſſet aquas: paterere ſerena
Fronte Deos: ſiue alma fidem, meſſeſq; negaſſet

Crotaq;

al. carmine quo donaſſe queã

Cretaq́, Cyreneq́, & qua tibi cunque beato
Larga redit Fortuna sinu, sed gnara dolorum
Inuidia infœlix, animi vitalia vidit,
Ladendiq́ vias, vitæ modo carmen adultæ
Nectere tentabat iuuenum pulcherrimus ille,
Cum tribus Eleis vnam Trieterida lustris
Attendit toruo tristis Rhamnusia vultu.
Ac primum impleuitq́ toros oculisq́ nitorem
Addidit, & solito sublimius ora leuauit,
(Heu misero letale fauens) seseq́ videndo
Torsit, & inuidia mortemq́ amplexa, iacenti
Iniecit nexus, carpsitq́ immitis adunca
Ora verẽda manu, quinta vix Phosphoros hora
Rorantem sternebat equum, iam littora duri
Sæua Pilete senis, durumq́ Acheronta videbas
Quo domini clamante sono? non sæuius atros
Nigrasset planctu genitrix tibi sæua lacertos,
Nec pater: & certè qui vidit funera frater
Erubuit vinci: sed nec seruilis adempto
Ignis odoriferos exhausit flamma Sabæos,
Et Cilicum messes, Phariæq́ exempta volucri
Cinnama, & assyrio manantes gramine succos.
At domini fletus, hos tantum ausere fauillæ,
Hos bibit vsque rogus, nec quod tibi Setia canos
Restinxit cineres, gremio nec lubricus ossa
Quod vallauit Onyx, miseris acceptius vmbris
Quã gemitus, sed & ipse iuuat, quid terga dolori
Vrse damus? quid dãna foues? & pectore iniquo
Vulnus amas? vbi nota reis facundia raptis?

Quid

Quid carã crucias tam ſæuis luctibus vmbram
Eximiæ licet ille animi, merituſq́, dolorem
Soluiſti ſubiti ille pios, carpſitq́ quietem
Elyſiam, claroſq́ illic fortaſſe parentes
Inuenit, aut illic per amœna ſilentia Lethes
Forſan Auernales alludunt vndiq́ mixtæ
Naides, obliquoq́ notat Proſerpina vultu.
Pone precor queſtus, alium tibi fata Pileton
Forſan, & ipſe dabit, moreſq́ habitumq́ decoris
Monſtrabit gaudens, ſimilemq́ docebit amorem.

GENETHLIACON LVCANI.

LVcani proprium diem frequentet
Quiſquis collibus Iſthmiæ Dionæ
Docto pectora concitatus æſtro,
Pendens bibit vngulæ liquorem.
Ipſi quos penes eſt honor canendi,
Vocalis Citharæ repertor Arcas,
Et tu Baſſaridum repertor Euan,
Et Pean, & Hynatiæ ſorores,
Latæ purpureas nouate vittas.
Crinem comite, candidamq́ veſtem
Perfundant hederæ recentiores.
Docti largius euagentur amnes,
Et plus Aoniæ virete ſylvæ.
Et ſi qua patet, aut diem recepit
Sertis mollibus expleatur vmbra.
Centum Theſpiacis odora lucis
Stent altaria, victimæq́ centum,

Quas

Quas Dircæ lauat, aut alit Citheron.
Lucanum canimus, fauete linguis.
Vestra est: ista dies, fauete Musæ,
Dum qui vos geminas tulit per artes
al Vinctæ Et *iunctæ pede, vocis, & solutæ,
Romani colitur chori Sacerdos.
Fœlix heu nimis, & beata tellus,
Quæ pronos Hyperionis meatus.
Summis Oceani vides in vndis
Stridoremq; rotæ cadentis audis.
Quæ Tritonidæ fertiles Athenas
Vnctis Batica prouocas trapetis.
Lucanum potes imputare terris.
Hoc plus quam Senecam dedisse mundo,
Aut dulcem generasse Gallionem.
Attollat refluos in astra fontes
Graio nobilior Malete Betis.
Batin Mantuæ prouocare noli,
Natum protinus, atque humum per ipsam
Primo murmure dulce vagientem
Blando Calliope sinu recepit:
Tum primum posito remissa luctu
Longos Orpheus exuit dolores:
Et dixit, puer ô dicate musis,
Longæuos citò transiture vates,
Non tu flumina, nec greges ferarum,
Nec plectro Geticas mouebis Ornos:
Sed septem iuga, Martiumq; Tybrim,
Et doctos equites, & eloquentes

Cantu purpureum trahes Senatum.
Nocturnas alij frigum ruinas,
Et tardi reducis vias Vlyssis,
Et puppem temerariam Minerua
(Trita vatibus orbita) sequantur.
Tu carus Latio, memórque gentis
Carmen fortior exeris togatum.
Ac primum, teneris adhuc in annis
Ludes Hectora, Thessaloq; currus.
Et supplex Priami potentis aurum
Et sedes reserabis inferorum.
Ingratus Nero ducibus theatris,
Et noster tibi præfertur Orpheus.
Dices culminibus Remi vagantis,
Infandos domini nocentis ignes.
Tu casta titulum, decusque Polla
Iucunda dabis allocutione.
Mox cepta generosior iuuenta
Albos ossibus Italis Philippos,
Et Pharsalica bella detonabis.
Et fulmen ducis inter arma diui,
Libertate grauem pia Catonem.
Et gratum popularitate Magnum.
Tu Pelusiaci scelus Canopi
Deflebis pius, & Pharo cruenta
Pompeio dabis altius sepulchrum.
Hæc primo iuuenis canes sub æuo
Ante annos culicis Maroniani.
Cedet musa rudis ferocis Enni,

Et docti furor arduus Lucreti.
Et qui per freta duxit Argonautas.
Et qui corpora prima transfigurat.
Quin maius loquor, ipsa te Latinis
Æneis venerabitur canentem.
Nec solum dabo carminis nitorem,
Sed tædis genialibus ditabo
Doctam, atque ingenio tuo decoram:
Qualem blanda Venus, daretq; Iuno,
Forma, simplicitate, comitate,
Censu, sanguine, gratia, decore.
Et vestros Hymnæon ante postes
Festis cantibus ipsa personabo.
O sæue nimium, graueq; parcæ!
O nunquam data festa longa summis
Cur plus ardua casibus petatis?
Cur sæua vice magna non senescunt?
Sic natum Nasamonij Tonantis
Post ortus, obitusq; fulminatos,
Angusto Babylon premit sepulchro.
Sic fixum Paridis manu trementis
Peliden Thetys horruit cadentem.
Sic ripis ego murmurantis Hebri
Non mutum caput Orpheos sequebar.
Sic & tu rabidi (nefas) Tyranni
Iussus præcipitem subiere Lethen.
Dum pugnas canis, arduáque voce
Das solatia grandibus sepulchris.
(O dirum scelus! O scelus! tacebis.

Sic

Sic fata est, leuitérque decidentes,
Abrasit lachrymas nitente plectro.
At tu, seu rapidum poliper axem.
Famæ curribus arduis leuatus,
Quà surgunt animæ potentiores.
Terras despicis, & sepulchra rides:
Seu pacis meritum nemus recluſæ
Fœlix Elycij tenes in oris
Quò Pharsalica turba congregatur,
Et te nobile carmen insonantem
Pompei comitantur, & Catones:
Tu magna sacer & superbus vmbra
Nescis Tartaron, & procul nocentum
Audis verbera, pallidúmque, visa
Matris lampade, respicis Neronem,
Adsis lucidus, & vocante Polla
Vinum quæso diem, Deos silentium
Exores, solet hoc patere limen
Ad nuptas redeuntibus maritis.
Hæc te non thiasis procax dolosis
Falsi numinis induit *figuras al. figuræ.
Ipsum sed colit, & frequentat ipsum
Imis altius insitum medullis.
Ac solatia vana submïnistrat
Vultus, qui simili notatus auro
Stratis præmitet, incubátque somno,
Secura procul hinc abite mortes:
Hæc vitæ genialis est origo
Cedat luctus atrox genisq; manent

Iam dulces lachrymæ, dolórque fessus
Quicquid fleuerat antè, nunc adoret.

P. STATII PAPINII SYLVARVM LIB. III.

ad Pollium.

TIbi certè (Polli dulcissime, & hac, cui tam fideliter inhæres, quiete dignissime) non habeo probandam diu libellorum istorum temeritatem: cum scias multos ex illis in sinu tuo subito natos, & hanc audaciam stili nostri frequenter expaueas, quoties in illius facundiæ tuæ penetrale seductus, altius literas intro: & in omnes à te studiorum sinus ducor. Securus itaque tertius hic Syluarum nostrarum liber ad te mittitur. Habuerat quidem & secundus testem. Sed hic habet authorem. Nam primum limen eius, Hercules Surrentinus aperit, quem in litore tuo consecratum, statim vt videram, his versibus adoraui. Sequitur libellus, quo splendidissimum & mihi iucundissimum iuuenem, Metium Celerem, à sacratissimo imperatore missum ad legionem Syriacam (quia sequi non poteramus) sic prosecutus sum. Merebatur & Glaudij Etrusci mei pietas aliquod ex studiis

nostris

noſtris ſolatium, cum lugeret veris (quod amariſſimum eſt) lachrymis ſenem patrem. Earinus præterea Germanici Dei noſtri libertus ſcit, quandiu deſiderum eius moratus ſim, cum petiiſſet vt capillos ſuos, quos cum gemmata pixide, & ſpeculo ad Pergameum Aſclepium mitebat, verſibus dedicarem. Summa eſt Ecloga, qua mecum ſecedere Neapolim Claudiam meam exhortor. Hic, ſi verum dicimus, ſermo eſt quidem ſecurus, vt cum vxore, & qui perſuadere malit, quàm placere, huic præcipuè libello fauebis, cùm ſcias hanc deſtinationem quietis meæ, tibi maximè intendere: méque non tam in patriam, quàm ad te ſecedere.

HERCVLES SVRRENTINVS.

INtermiſſa tibi renouat Tirynthie ſacra
Pollius, & cauſas deſignat deſidis anni,
Quòd coleris maiore tholo, nec littora pauper.
*Nuda * tenens: tectúmque vagis habitabile nautis:*
Sed nitidos poſtes, Graiiſq; effulta metallis
Culmina, ceu tædis iterum luſtratus honeſti
Ignis, ab Oetæa conſcenderis æthera flamma.
Vix oculis, animóque fides, túne ille recluſi
Liminis, & paruæ cuſtos inglorius aræ?

Vnde hæc aula recens? fulgorq; inopinus agresti
Alcidæ? sunt fata Deûm, sunt fata locorum.
O velox pietas! steriles hic nuper arenas,
Aspersum pelago montis latus, hirtaq; dumis
Saxa, nec vlla pati faciles vestigia terras,
Cernere erat, quænam subito fortuna rigentes
Ductauit scopulos? Tyrióne hæc mœnia plectro,
An Getica venere lyra? stupet ipse labores
Annus, & angusto bisseni limite menses
al. affluit. *Longæuum mirantur opus:* adfuit, arces*
Erexitq; suas: atque obluctantia saxa
Summouit nitens, & magno pectore montem
Reppulit, immitem credas iussisse Nouercam.
Ergo age, seu patrios, liber iam legibus, Argos
Incolis, & mersum tumulis Eurystea calcas:
Siue tui solium Iouis, & virtute parata
Astra tenes, hausturnque tibi succincta beati
Nectaris, excluso melior Phryge porrigit Hebe.
Huc ades, & genium templis nascentibus infer.
Non te Lerna nocens, nec pauperis arua Molochi,
Nec formidatus Nemees ager, antráque poscunt
Thracia, nec Pharij polluta altaria Regis,
Sed fœlix simplexq; domus, fraudumq; malarum
Inscia, & hospitibus superis dignissima sedes.
Pone truces arcus, agménque immite pharetra?
Et regum multo perfusum sanguine robur.
Lustratumq; humeris dimitte gerentibus hostem.
Hic tibi Sidonio celsum puluinar Acantho
Texitur, & signis cresçit torus asper eburnis,

Paca

Pacatus, mitisq; venit, nec turbidus ira,
Nec famulare timens, sed quem te Manalis Auge
Confectum thiasis, & multo fratre madentem
Detinuit qualémque vagæ post crimina noctis
Thespius obstupuit toties socer hic tibi festa
Gymnas, & insontes iuuenum sine castibus iræ,
Annua veloci peragunt certamina lustro.
Hic templis inscriptus, auo gaudente, sacerdos
Paruus adhuc, similisq; tui, cum prima nouercæ
*Mõstra manu premeres, atq; * exanimata dolores* al. examinata.
Sed quæ nam subiti veneranda excrdia templi,
Dic age Calliope socius tibi grande sonabit
Alcides, tensoq; modos imitabitur arcu,
Tempus erat, cœli cum torrentissimus axis
Incumbit terris, ictusq; Hyperione multo
Acer anhelantes incendit Sirius agros.
Iamq; dies aderat, profugis cum regibus aptum
Fumat Aricinum Triuiæ nemus, & face multa
Conscius Hippoliti splendet lacus ipsa coronat
Emeritos Diana canes, & spicula tergit:
Et tutas sinit ire feras, omnisq; puditis
Itala terra focis, Hecateias excolit Idus.
Ast ego Dardania quamuis sub collibus Albæ
Rus propriũ, magniq; ducis mihi munere currens
Vnda, domi curas mulcere, æstusq; leuare
Sufficerent, notus Sirenum nomine rupes,
Facundiq; larem Polli non hospes habebant
Assiduè, moresq; viri, pacémque, nouosq;
Pieridum flores, intactaq; carmina discens.

Forte diem Trimæ dum littore ducimus vdo,
al. assutáq; *Angustásque fores, * assuetáque tecta grauamus*
Frondibus, & patula defendimus arbore soles.
Delituit cœlum, & subitis lux candida cessit
Nubibus, & tenuit grauiore Fauonius Austro
Immaduit, qualem Libyæ Saturnia nimbum
Attulit, Iliaco dum diues Elisa marito
Donatur, testésque vlulant per deuia Nymphæ.
Diffugimus, festásque dapes; redimitáque vina
Abripiunt famuli, ne quo conuiuia migrent.
Quamuis innumera gaudentia rura, supernè
Insedere domus, & multo culmine diues
Mons nitet, instantes sed proxima quærere nimbi
Suadebant, læsáq; fides reditura sereni
Stabat dicta sacri tenuis casa nomine templi.
Et magnũ Alciden humili lare parua premebat,
Fluctiuagas nautas, scrutatorésque profundi
Vix operire capax, huc omnis turba coimus,
Huc epula, ditésque tori, cœtusq; ministrum
Stipantur, nitidæq; cohors gratissima Pollæ.
Non cepere fores, angustáque deficit ædes.
Erubuit, risitq; Deus, dilectáque Polli
Corda subit, blandisq; virum complectitur vlnis.
Túne, inquit, largitor opum, qui mente profusa
Tecta Dicarchei pariter, iuuenémque repleßti
Parthenopen, nostro qui tot fastigia monti
Tot virides lucos, tot saxa imitantia vultus,
Æráque, tot scripto viuentes limine ceras (quam
Fixisti? quid enim ista domus? quid terra, priuß-

Te

Te gauderet, erat? longo tu tramite nudos* al. erant.
Texisti scopulos: fuerátque vbi semita tantum,
Nunc ibi distinctis stat porticus alta columnis.
Ne sorderet iter, curui tu littoris ora,
Clausisti calidas gemina testudine lymphas.
Vix opera enumerem, mihi pauper, & indigus vni
Pollius, & tales hilaris tamen intro penates,
Et littus, quod pandis, amo, sed proxima sedem
Despicit, & tacitè ridet mea numina Iuno.
Da templum, dignáque tuis conatibus aras,
Quas puppes velis nolint transire secundis,
Quo pater æthereus, mensisq; accita deorum
Turba, & ab excelso veniat soror hospita templo.
Nec te, quod solidus contra riget vmbo maligni
Montis, & immenso non vnquam exesus ab æuo
Terreat, ipse adero, & conamina tanta iuuabo,
Asperáque inuitæ perfringam viscera terræ.
Incipe, & Herculeis fidens hortatibus aude.
Non amphioniæ steterint velocius arces,
*Pergameúsue labor, dixit * montémque reliquit,* v. montẽq
Nec mora, conscriptâ formatur imagine tela.
Innumeras coiere manus, his cædere syluas, al. leuare
*Et * reuelare trabes: illis immergere curæ*
Fundamenta solo, coquitur pars vuida terræ
Proiectura hyemes, atque excluſura pruinas.
Indomitúsque silex curua fornace liquescit.
Præcipuus, sed enim labor est exscindere dextra
Oppositas rupes, & saxa negantia ferro.* al. rigẽti
Hic pater ipse loci, positus Tyrinthius armis

Insudat, validaq; solum deforme bipenni,
Cum graue nocturna cœlum subtexitur vmbra.
Ipse fodit, dites Capreæ, virideſq; resultant
Taurubulæ, & terris ingens redit æquoris Echo.
Non tam grande sonat motis incudibus Ætna
Cum Brontes, Steropesq; ferit, nec maior ab antris
Lemniacis fragor est, vbi flammeus Ægida cælat
Mulciber, & castis exornat Pallada donis.
Decrescunt scopuli, & rosea sub luce reuersi
Artifices mirantur opus, vix annus anhelat
Alter, & ingenti diues Tirynthius arce
Despectat fluctus, & iunctæ tecta Nouercæ
Prouocat, & dignis inuitat Pallada templis.
Iam placidæ dant signa tubæ, iam fortibus ardens
Fumat arena sacris: hos nec Pisæus honores
Iupiter, aut Cyrrhæ pater aspernetur opacæ.
Nil his triste locis, cedat lachrymabilis Isthmos:
Cedat atrox Nemee: litat hic fœlicior infans:
Ipsa pumiceis virides Nereides antris
Exiliunt vltro, & scopulis humentibus hærent.
Nec pudet occultè nudas spectare palæstras.
Spectat & Icario numerosus palmite Gaurus,
Syluaq;, quæ fixam pelago Nesida coronat:
Et placidus Limon, numénque Euplea carinis.
Et Lucrina Venus, Phrygióque è vertice Graiæ
Addiscis Mysene tubas, ridetq; benigna
Parthenope gentile sacrum, nudosq; virorum
Certatus, & parua suæ simulachra coronæ,
Quin age, & ipse libens proprij certaminis actus

Inuicta

Inuicta dignare manu: seu nubila disco
** Fingere, seu volucres Zephyros prævertere telo,* al. findere.
Seu tibi dulce manu Libycas nudare palestras,
*Indulge * sacris, & si tibi poma supersunt* al. in
Hesperidum, gremio venerabilis ingere Pollæ.
Nam capit, & tantum non dedignatur honorem.
Quod si dulce decus, virideſq́ resumeret annos,
(Da veniam Alcide) fors huic & pensa tulisses.
Hæc ego nascentes lætus bacchatus ad aras
Libamenta tuli, nunc ipsum in limine cerno
Soluentem voces, & talia dicta ferentem.
Macte animis, opibusq́, meos imitate labores,
Qui rigidas rupes, infœcundæq́ pudenda
Naturæ deserta domas, & vertis in vsum
Lustra habitata feris, fœdeq́ latentia profers
Numina, quæ tibi nunc meritorũ præmia soluam?
Quas referam grates? Parcarum fila tenebo,
Extendamq́ colus, duram scio vincere mortem:
Auertam luctus, & tristia damna vetabo.
Téque nihil læsum, vidi renouabo senectâ.
Concedámque diu iuuenes spectare nepotes.
Donec & hic sponsæ maturus, & illa marito.
Rursus & ex illis soboles noua, grexq́ proteruus
Nunc humeris irreptet aui, nunc agmine blando
Certatim placidæ concurrat ad oscula Pollæ.
Nam templis nunquam statuetur terminus aui.
Dum me flammigeri portabit machina cœli,
Nec mihi plus Nemee, priscũq́ habitabitur Ar-
Nec Tiburnæa domus, solisq́ cubilia Gades. (gos.

Sic ait & tangens ſurgentem altaribus ignem.
Populeáque mouens albentia tempora ſylua,
Et ſtyga, & atherei iurauit fulmina patris.

PROPENTICON METII CELERIS.

DI quibus audaces amor eſt ſeruare carinas.
Suáque ventoſi mulcere periculæ ponti,
al. leuis. *Sternite molle fretum, placidumq; aduertite votis*
Concilium & lenis non obſtrepat vnda precanti.
Grande tuo, rarúmque damus Neptune profundo
Depoſitum, iuuenis dubio committitur alto
Metius atque animæ partem ſuper æquora noſtræ
Maiorem transferre parat, proferre benignæ
Sydera, & antennæ gemino conſiſtite cornu
Oebalij fratres vobis pontúſque, polúsque,
Luceat. Iliacæ longè nimboſa ſororis
Aſtra fugante precor, totóque excludite cœlo.
Vos quoque cæruleum diuæ Nereides agmen.
Quîs honor, & regni ceſſit fortuna ſecundi,
(Dicere quæ magni fas ſit mihi ſydera Ponti)
Surgite de vitreis ſpumoſæ Doridos antris,
Baianóſque ſinus, & fœta tepentibus vndis
Littora, tranquillo certatim ambite natatu.
Quærentes vbi celſa ratis, qua ſcandere gaudet
Nobilis Auſoniæ Celer armipotentis alumnus.
Nec quærenda diu, modo nam trans æquora terris
Prima Dicarcheis Phariũ grauis intulit annum
Prima ſalutauit Capreas, & margine dextro

Sparſit.

Sparsit Tyrrhenæ Mareotica vina Minervæ.
Huius vtrumque latus molli percingite gyro.
Et partite vices, vos stuppea tendite mali
Vincula, vos summis annectite suppara velis.
Vos Zephyris aperite sinus: pars transtra reponat,
Pars demittat aquis, curuæ moderamina puppis.
Sint quibus exploret rupes grauis arte molorchus,
Quæque secuturam religent post terga Phaselon,
Vncaque submersæ penitus retinacula vellant.* al. velent
Temperet hæc æstus, pelagúsque inclinet ad ortus,
Officio careat glaucarum nulla sororum,
Hinc multo Protheus, gemino hinc & corpore Tritõ
Prænatet, & subitis qui perdidit inguina monstris
Glaucus, adhuc quoties patriis allabitur oris
Littoream blanda ferions Anthedona cauda.
Tu tamen ante omnes diua cum matre Palæmon
Annue, si vestras amor est mihi pandere Thebas.
Nec cano degeneri Phœbeium Amphiona plectro,
Et pater Æolio frangit qui carcere ventos,
Cui varii flatus, omnésque per æquora mundi,
Spiritus, ac hyemes nimbosáque nubila parent,
Arctius obiecto Borean, Eurumque Notúmque
Monte premat, soli Zephyro sit copia cœli:
Solus agas puppes, summásque supernatet vndas
Assiduus pelago, donec tua turbine nullo
Læta Paretoniis assignet carbasa ripis.
Audimur, vocat ipse ratem, nautásque morantes
Increpat, ecce meum timido iam frigore pectus
Labitur, & nequeo, quamuis mouet ominis horror.

Claudere

Claudere ſuſpenſus oculorum in margine fletus.
Iámque ratem terris diuiſit funè ſoluto
Nauita, & anguſtum deiecit in æquora pontem.
Sæuus vbi è puppe longo clamore magiſter.
Diſſipat amplexus, atq; obſcula fida reuellit,
Nec longum cara licet in ceruice morari.
Attamen in terras è plebe nouiſſimus omni
Ibo, nec egrediar niſi iam cedente carina.
Quis rudes, & abſciſſum miſeris animãtibus æquor
Fecit iter? ſolidæq; pios telluris alumnos
Expulit in fluctus, pelagóque immiſit hiantes?
Audax ingenij nec enim temeraria Virtus
Illa magis, ſummæ gelidum quæ Pelion Oſſæ
Iunxit, anhelantémque iugis bis preſſit Olympum.
Vſque adeóne parum lentas tranſire paludes?
Stagnaq; & anguſtos ſummittere põtibus amnes?
Imus in abruptum, gentileſq; vndique terras
Fugimus, exigua clauſi trabe, & aëre nudo.
Inde furor ventis, indignataq; procellæ,
Et cœli fremitus, & fulmina plura Tonanti.
Ante rates, pigro turpebant æquora ſomno,
Nec ſpumare Thetis, nec ſpargere nubila fluctus
Audebant, viſis tumuerunt puppibus vndæ,
Inq; hominem ſurrexit hyems, tunc nubila Plias,
Oleniúmque pecus ſolito tunc peior Orion.
Iuſta queror, fugit ecce vagas ratis acta per vndas
Paulatim minor, & longè ſeruantia vincit
Lumina, tot gracili ligno complexa timores,
Quaq; ſuper reliquos, te noſtri pignus amoris,

Porta

Portatura celer, quos nunc ego pectore somnos
Quòsve queam perferre dies? quis cuncta pauenti
Nuntiet? an facili te prætermiserit vnda
Lucani rabida ora maris? num torua Charibdis
Fluctuet? aut Siculi, populatrix virga profundi?
Quos tibi currenti præceps ferat Adria mores?
Que pax Carpathio quali te subuehat aura
Doris Agenorei furtis blandita iuuenci.
Sed merui quæstus, quid enim castra petente.
Non vel ad ignotos ibam comes impiger Indos?
Cimmeriúmque Chaos? starem prope bellica regis
Signa mei, seu tela manu, seu frena teneres,
Armatis seu iura dares, operúmque tuorum
Et si non socius, certè mirator adessem.
Sic quondam magno Phœnix reuerendus Achilli
Littus ad Iliacum, Thymbræáque Pergama venit
Imbellis timidòque nihil iuratus Atridæ.
Cur nobis ignauus amor? sed pectore fido
Nusquã abero, longisq; sequar tua carbasa votis,
Isi Phroneis quondam stabulata sub antris,
Nunc regina Phari, numénque orientis anheli,
Excipe multisono puppem Mareotida sistro:
Ac iuuenem egregium, Latius cui ductor Eoa
Signa, Palæstinasque dedit frænare cohortes,
Ipsa manu placida per limina festa, sacrósque
Duc portus, vrbésque tuas, te præside noscat
Vnde paludosi fœcunda licentia Nili.
Cur vada desidant, & ripa coerceat vndas
Cecropio stagnata luto, cur inuida Memphis,

Cúrue

Cúrue Terapnæi laſciuiat ora Canopi.
Cur ſeruet Pharias lethæus ianitor aras,
Vilia cur magnos æquent animalia diuos.
Quę ſibi præſternat viuax altaria Phœnix,
Quos dignetur agros: aut quo ſe gurgite Nili
Mergat adoratus trepidis paſtoribus Apis.
Duc & ad Emathios manes, vbi belliger vrbis
Conditor Hyblæo perfuſus nectare durat:
Anguiferámque domũ, blandóque merſa veneno
Actias Auſonias fugit Cleopatra cathenas:
Vſque & in Aſſyrias ſedes: mandatáque caſtra
Proſequere, & Marti iuuenem dea trade Latino:
Nec nouus hoſpes erit puer hic ſudauit in armis
Notus adhuc, tantum maioris munere claui:
Iam tamen & turmas facili prævertere gyro
Fortis, & Eoas iaculo damnare ſagittas.
Ergo erit illa dies, qua te maiora daturus
Cæſar ab emerito iubeat diſcedere bello;
At nos hoc iterum ſtantes in littore, vaſtos
Cernemus fluctus, aliáſque rogabimus auras
O tum quantus ego, aut quanta votiua mouebo
Plectra lyra! cum me magna ceruice ligatum
Attolles humeris, atque in mea pectora primum
Incumbes è puppe nouus, ſeruatáque reddes
Colloquia, inq; vicem medios narrabimus annos.
Tu rapidum Euphraten, & regia Bactra, ſacraſq;
Antiquæ Babilonis opes, & Zeugma Latinæ
Pacis iter: quà dulce Nemus florentis Idumes,
Quà precioſa Tyros rubeat, quà purpura ſucco

Sidoniis

Sidoniis iterata vadis vbi germine primum,
Candida fœlices ſudent Opobalſama virgæ,
Aſt ego deuictis dederim quæ buſta Pelaſgis.
Quæve laboratas claudat mihi pagina Thebas.

LACHRYMÆ HETRVSCI.

SVmma Deum pietas, cuius gratiſſima cœlo
Rara profanatas inſpectant numina terras:
Huc vittata comam, niueóque inſignis amictu
Qualis adhuc præſens, nullâque expulſa nocentum
Fraude, rudes populos, atque aurea regna colebas.
Mitibus exequiis ades, & lugentis Hetruſci
Cerne pios fletus, laudatáque lumina terge.
Nam quis inexpleto rumpentem pectora queſtu,
Complexúmque rogos, incumbentémque fauillis
Aſpiciens, non aut primæuæ funera plangi
Coniugis, aut nati modo pubeſcentia credat
Ora rapi flammis? pater eſt, qui fletur adeſte
DIq; hominéſque ſacris, procul hinc, procul ite no- 10
Si qui corde nefas tacitum, feſſique ſenectus (centes
Longa patris, ſi quis pulſatæ conſcius vnquam
Matris, & infernâ rigidam timet Æacon vrnâ,
Inſontes, caſtóſque voco teneo ecce ſeniles
Leniter implicito vultus, ſanctámque parentis
Caniciem, ſpargit lachrymis: animáq; ſupremum
Frigus amat, celeres genitoris filius annos.
(Mira fides) nigráſque putat properaſſe ſorores. 20
Exultent placidi Lethæa ad flumina manes.
Elyſia, gaudete domus, date certa per aras,

Feſtâ

Festáque pallentes hilarent altaria lucos.
al. heu. *Fœlix* & nimium fœlix, ploratáque nato*
Vmbra venit longè furiarum sibila, longè
Tergeminus custos penitus via longa patescat
Manibus egregiis, eat horrendumq; silentis
Accedat domini solium gratésque supremas
Perferat, & totidem iuueni roget anxius annos:
Macte pio gemitu, dabimus solatia dignis
Luctibus, æternasq; vltro sacrabimus vmbris
Inferias Hetrusce senis, tu largus Eoa
absúper bas. *Germina, tu messes Cilicũq; Arabumq;* superbis*
Merge rogis, ferat ignis opes haredis, & alto
Aggere missuri nitido pia nubila cœlo,
Stipentur cineres, nos non arsura feremus
Munera, venturósque tuus durabit in annos,
Me monstrãte, dolor, neque enim mihi flere parẽtẽ
Ignotum: similis gemui proiectus ad ignem.
Ille mihi tua damna dies compescere cantu
Suadet, & ipse tuli, quos nunc tibi confero questus
Non tibi clara quidem senior placidissime gentis
Linea, nec proauis demissum stemma: sed ingens
Suppleuit fortuna genus, culpámque parentum
Occuluit: neque enim dominos de plebe tulisti:
Sed quibus occasus pariter famulantur & ortus.
Nec pudor iste tibi quid enim terrisq; polóque
Parendi sine lege manet? vice cuncta geruntur,
Alternisque premunt, propriis sub regibus omnis
Terra: premit fœlix regum diademata Roma.
Hanc ducibus frenare datum, mox crescit in illos

Impe

Imperium ſuperis, ſed habent & numina legem.
Seruit & aſtrorum velox chorus, & vaga ſeruit
Luna, nec iniuſſa toties redit orbita lucis.
Et modo (ſi fas eſt æquare iacentia ſummis)
Pertulit & ſæui Tirynthius horrida regis
Pacta, nec erubuit famulantis fiſtula Phœbi.
Sed neque barbaricis Latio tranſmiſſus ab oris,
Smyrna tibi gentile ſolum, potuſque verendo
Fonte Meles, Hermique vadum, quo Lydius intrat
Bacchus, & aurato réficit ſua cornua limo.
Læta dehinc ſeries, variiſq; ex ordine ruris
Auctus honos, ſemperq; gradu prope numina, ſem-
Cæſareum coluiſſe latus, ſacriſque Deorum (per
Arcanis hærere datum. Tibereia primum
Aula tibi, vix dum aura nouâ mutante iuuentâ
Panditur, hic annis multa ſuper indole victis
Libertas oblata venit, nec proximus hæres
Immitis, quanquam & furiis agitatus, abegit,
**Hinc & in Arctoas tenuis comes vſque pruinas* al. hunc.
Terribilem affatu paſſus, viſúque Tyrannum,
Immanemque ſuis, vt qui metuenda ferarum
Corda domant, merſasq; iubẽt iam ſanguine tacto
Reddere ab ore manus, & nulla viuere præda.
Præcipuos ſed enim merito, ſurrexit in actus
Nondum ſtelligerum ſenior demiſſus in axem
Claudius, & longo tranſmittit habere nepoti.
Quis ſuperos metuens, pariter tot templa, tot aras,
Promeruiſſe datur? ſummi Iouis aliger Arcas
Nuntius imbriſera potitur Thaumantide Iuno.

Stat celer obſequio iuſſa ad Neptunia Triton.
Tu toties mutata ducum iuga rite tuliſti
Integer, inque omni fœlix tua cymba profundo
Iamque piam lux alta domum præcelſaque toto
Intrauit fortuna gradu, iam creditur vni
Sanctarum digeſtus opum, partæq; per omnes
Diuitiæ populos, magniq; impendia mundi.
Quicquid ab auriferis eiectat Iberia foſſis,
Dalmatico quod monte nitet, quod Meſſibus Afris
Verritur, æſtiferi quicquid terit area Nili,
Quodque legit merſus pelagi ſcrutator Eoi,
Et Lacedemonij pecuaria culta Galeſi,
Perſpicuæque niues, Maſſyllæque robora, & Indi
Dentis honos vni parent commiſſa miniſtro,
Quæ Boreas, quæq; Eurus atrox, quæ nubilus Au-
Inuehit, hybernos citius numeraueris imbres (ſter
Syluarumque comas, vigilis, te animiq; ſagacis
Exitus euoluit, quantum Romana ſub omni
Pila die, quantumq; Tribus, quid templa quid alti
Vndarum curſus, quid propugnacula poſcant
Aequoris, aut longè ſeries porrecta viarum.
Quod domuum celſis niteat laquearibus aurum,
Quæ diuum in vultus igni formanda liqueſcat
Maſſa, quid Auſonia ſcriptum crepet igne moneta,
Hinc tibi rara quies, animóque excluſa voluptas,
Exiguæque dapes, & numquam læſa profundo
Cura mero: ſed iura tamen genialia cordis
Et mentem vincere toris, & iungere feſta
Connubia, & fidos domino genuiſſe clientes.

Quis ſublime genus, formamq; inſignis Hetruſcæ
Neſciat: haud quamquã proprio mihi cognita viſu,
Sed decus eximium formæ par reddit imago
Vultibus, & ſimilis natorum gratia monſtrat.
Nec vulgare genus, faſces ſummamq; curulem
Frater, & Auſonios enſes mandatáque fidus
Signa tulit, cum prima truces amentia Dacos
Impulit, & magno gens eſt damnata triumpho.
Sic quicquid patrio ceſſatum eſt ſanguine mater 120
Reddidit, obſcurúmque latus clareſcere vidit
Connubio gauiſa domus nec pignora longè,
Quippe bis ad partus venit Lucina, manúque
Ipſa leui grauidos tetigit fœcunda labores.
Fœlix ô ſi longa dies, ſi cernere vultus
Natorum, viridiſque genas tibi iuſta dediſſent
Stamina, ſed medio cecidere abrupta iuuenta
Gaudia, florenteſque manu ſcidit Atropos annos,
Qualia pallentes declinant lilia culmos.
Pubenteſq; roſæ primos moriuntur ad Auſtros
Aut vbi verna nouis expirat purpura pratis 130
Illa ſagittiferi circumuolitaſtis, amores
Funera materno ſq; rogos vnxiſtis amomo.
Nec modus, aut pennis laceris aut crinibus ignem
Spargere: collectæq; pyram ſtruxere pharetræ.
Quas tunc inferias? aut quæ lamenta dediſſes
Materni, Hetruſce rogis? qui funera patris
Haud matura putas, atque hos pi⁹ ingemis annos.
Illum, & qui nutu ſuperas nunc temperas arces,
Progeniem clarant terris partitus, & aſtris,

Lætus Idumæi donauit honore trium hi.
Dignatúſque loco victricis, & ordine pompæ
Non vetuit, tenuéſque nihil minuêre parentes.
Atque idem in cuneos populos cũ duxit equeſtres,
Mutauítque genus, lauaque ignobile ferrum
Exuit, & celſo natorum æquauit honore.
Dextra bis octonis fluxerunt ſæcula luſtris,
Atque æui ſine nube tener, quàm, diues in vſus
Natorum, totoque volens excedere cenſu,
Teſtis adhuc largi nitor inde aſſuetus Hetruſci,
Cum tua non humiles dedit indulgentia mores.
Hunc ſi quidem amplexu ſemper reuocãte tenebas
Blandus, & imperio nunquam pater: huius honori
Pronior, ipſe etiam gaudebat cèdere frater.
Quas tibi, deuoti iuuenes pro patre renato
Summe ducũ grates, aut quæ pia vota rependant?
Tu ſeu tarda ſitu, rebúſque exhauſta ſenectus
Errauit, ſeu blanda diu fortuna regreſſum
Maluit attonitum & venturi fulminis ictus
Horrentem, tonitru tantum, lenique procella
Contentus monuiſſe ſenem: cumque horrida ſupra
Æquora curarum ſocius procul Italarura
Linqueret hic molles campani littoris oras,
Et Diomedeas conſedere iuſſus in arces.
Atque hoſpes, non exul erat, nec plura moratus
Romuleum reſeras iterum Germanice limen,
Mœrentémque foues, inclinatóſque penates
Erigis, haud mirum ductor placidiſſime, quando
Hæc eſt quæ victis parcentia fœdera Cattis,

Quæ

Quæque ſuum Dacis donat clementia montem
Quæ modo Marcomanos poſt horrida bella vagoſq́
Sauromatas, Latio non eſt dignata triumpho.
Iamque in fine dies, & inexorabile penſum
Deficit, hic mæſti pietas me poſcit Etruſci
Qualia nec Siculæ moderantur carmina rupes,
Nec fati iam certus Olor, ſauíque marita
Tereos, heu quantis laſſantem brachia vidi
Planctibus, & prono fuſum ſuper oſcula vultu,
Vix famuli, comiteſque tenent: vix arduus ignis
Submouet, haud aliter gemuit periuria Theſeus
* Littore, qui falſis deceperat Aegea velis.
Tunc immane gemens, fœdatúſque ora tepentes
Affatur cineres, cui nos fidiſſime linquis
Fortuna redeunte pater? modo numina magni
Præſidis atque breues ſuperum placauimus iras.
Nec frueris: tantíque orbatus muneris vſu
Ad manes ignare fugis: nec flectere parcas,
Aut placare malæ datur aſpera numina Lethes
Fœlix cui magna patrem ceruice vehenti
Sacra Mycenæa patuit reuerentia flammæ.
Quique tener ſæuis genitorem Scipio pœnis
Abſtulit, & Lydi pietas temeraria Lauſi
Ergo Theſſalici coniux penſare mariti
Funus, & immitem potuit Phrygavincere ſupplex
Thracius, ah quanto melius pro patre liceret!
Non totus rapiêre tamen, nec funera mittam
Longius, hic manes, hic intra tecta tenebo.
Tu cuſtos dominúſque laris? tibi cuncta tuorum

170 180 190

* al. littora.

Parebunt, ogo rite minor, semperque secundus,
Assidué libabo dapes, & popula sacris
Manibus, effigiesque colam, te lucida saxa,
Te similem docta referet mihi linea cera.
Nunc ebur, & fuluum vultus imitabitur aurum:
Inde viam morum, longæq; examina vitæ,
Affatusque pios, monituráque somnia poscam.
Talia dicentem genitor dulcedine læta
Audit, & immites lentè descendit ad vmbras.
Verbaque dilectæ fert narraturus Hetruscæ.
Salue supremum genitor mitissime Patrum.
Supremumque vale, qui numquam sospite nato
Triste Chaos, mœstique situs patiere sepulchris.
Semper adoratis spirabunt floribus aræ.
Semper & Assyrios fœlix bibet vrna liquores,
Et lachrymas, qui maior honos, hic sacra litabit
*Manibus * æque tua tumulum tellure leuabit.*
Nostra quoq; exemplo meritis tibi carmina sancit.
Hoc etiam gaudens cinerem donasse sepulcro.

* atque.

COMA EARINI.

ITe comæ facilémque precor trãscurrite pontum:
Ite, coronato recubantes molliter auro.
Ite dabit cursus mitis Cytherea secundos,
Placabitque notos, fors & de puppe timenda
Transferet, inque sua ducet super æquora concha.
Accipe laudatos iuuenis Phœbeie crines,
Quos tibi Cæsareus donat puer, accipe latus,

In

Intonſóque oſtende patri, ſine dulce nitentes
Comparet, atque diu fratris putet eſſe Lyci.
Forſan, & ipſæ comæ nunquam labentis honorem
Proferet, atque alio clauſum tibi ponet in auro
Pergame, pinifera multum fœlicior Ida.
Illa licet ſacræ placeat ſibi nube rapinæ,
Nempe dedit ſuperis illum, quem turbida ſemper
Iuno videt, refugitq; manum, nectárque recuſat.
At tu grata Deis, pulchróque inſignis alumno,
Miſiſti Latio, placida quem fronte miniſtrum
Iupiter Auſonius pariter, Romanáque Iuno
Aſpiciunt, & vtérque probant, nec tanta potenti
Terrarum Domino, diuûm ſine mente voluptas.
Dicitur Idalios Ericis de vertice lucos
Dum petit, & molles agitat Venus aurea Cygnos
Pergameas intraſſe domus, vbi maximus ægris
Auxiliator adeſt, & feſtinantia ſiſtens
Fata ſalutifero mitis Deus incubat angui.
Hic puerum egregiæ præclarum ſydere formæ
Ipſius ante Dei ludentem conſpicit aram.
Ac primum ſubita paulum deceptæ figuræ
Natorum de plebe putat, ſed non erat illi
Arcus, & ex humeris nullis fulgentibus vmbræ.
Miratur puerile decus, vultúmque comáſque
Aſpiciens, túne Auſonias, ait ibis ad arces,
Neglectus Veneris tu ſordidæ tecta, iugúmque
Seruitij vulgare feres: procul abſit, ego iſti
Quem meruit, formæ dominũ dabo, vade age mecũ
Vade puer, ducam volucri per ſydera curru

Donum immane duci, nec te plebeia manebunt
Iura: Palatino famulus deberis amori.
Nil ego, nil fateor, toto iam dulce sub orbe
Aut vidi, aut genui, cedat tibi Latmius vltro,
Sangariusq́ puer, quemque irrita fontis imago,
Et sterilis consumpsit amor, te Carula Nais
Mallet, & apprensa traxisset fortius vrna.
Tu puer ante omnes, solus formosior ille,
Cui daberis, sic orsa, leues secum ipsa per auras
Tollit, Olorinaque iubet considere biga.
Nec mora iam Latij montes, veteresq́ penates
Euandri, quos mole noua pater inclytus vrbis
Excolit, & summis aquat Germanicus astris
Tunc proprior iam cura deæ: quæ forma capillis
Optima quæ vestis roseos accendere vultus.
Apta, quod in digitis, collo quod dignius aurum.
Norat cœlestis oculos ducis, ipsaq́ tædas
Iunxerat, & plena dederat connubia dextra.
Sic ornat crines, Tyrios sic fundit amictus.
Dat radios, ignemq́ suum, cessere priores
Delicię famulúmque greges, hic pocula magna
Prima duci, myrrhasq́ graues, cryſtallaq́ portat
Candidiore manu, cresçit noua gratia Baccho.
Care puer, superis qui prælibare verendum
Nectar, & ingentem toties contingere dextram
Electus, quam nosse Getæ, quam tangere Persæ,
Armeniiq́ Indique petunt. O sydere dextro
Edite! multa tibi diuûm indulgentia fauit.
Olim etiam, ne prima genas lanugo nitentes.

Carta

Carperet, & pulchra fuscare gratia forma,
Ipse Deus patriæ, celsam trans æquora liquit
Pergamon, haud vlli puerum mollire potestas
Credita, sed tacita iuuenis Phœbeius arte
Leniter haud vllo concussum vulnere, corpus,
De sexu transire iubet, tamen anxia curis
Mordetur, pueriq; timet Cytherea dolores,
Nondum pulchra ducis clementia cœperat ortu
Intactos seruare mares: nunc frangere sexum,
Atq; hominem mutare nefas, gauisaq; solos
Quos genuit, Natura videt, nec lege sinistra
Ferre tenent famulæ natorum pondera matres.
Tu quoque nunc iuuenis, genitus si tardius esses,
Vmbratusq; genas, & adultos fortior artus,
Non vnum gaudens Phœbeia ad limina munus
Misisses, patrias nunc vertex solus ad auras
Nauiget, hunc multo Paphiæ saturabat amomo,
Hunc noua tergemina pectebat Gratia dextra.
Huic & purpurei cedat coma saucia Nisi,
Et quam Sperchio tumidus seruabat Achilles.
Ipsi cum primum niueam præcerpere frontem.
Decretum est, humeroq; modo nudare nitentes,
Accurrunt teneri, Paphia cum matre volucres
Expediúntque comas, & serica pectore ponunt
Pallia, tunc iunctis crinem incidêre sagittis,
Atque auro gemmisque locant, rapit ipsa cadẽtes
Mater, & arcanos iterat Cytherea liquores.
Tunc puer è turba manibus qui forte supinis
Nobile gemmato speculum portauerat auro,

Hoc quoque demus ait patriis nec gratius vllum
Munus erit templis, ipsoque potentius auro,
Tu modo fige aciem, & vultus hucusque relinque.
Sic ait, & speculum recluſit imagine rapta.
At puer egregius tendens ad sydera palmas,
His mihi pro donis, hominum mitissime cuſtos
(Si merui) longa dominum renouare iuuenta,
Atque orbi seruare velis, hoc sydera mecum,
Hoc vnda, terraque rogant, eat oro per annos
Iliacos, Pylioſq; simul, proprioſq; penates
Gaudeat, & secum Tarpeia seneſcere templa,
Sic ait, & motas miratur Pergamus aras.

AD CLAVDIAM VXOREM.

QVid mihi mœſta die: ſociis quid noctibus
Anxia peruigili ducis ſuſpiria curâ (vxor
Non metuo ne laſa fides, ne pectore in iſto
Alter amor, nullis in te datur ire ſagittis.
Audiat infeſto licet hæc Rhamnuſia vultu
Non datur, & ſi egomet patrio de littore raptus,
Qua tuos emeritis per bella, per æquora luſtris
Errarem: tu mille procos intacta fugares,
Non intertextas commenta retexere telas.
Sed ſine fraude palã thalamoſq; armata negaſſes
Dic tamen vnde alia mihi fronte, & nubila vultu
Anne quod Euboicos feſſus remeare penates
Anguror, & patria ſenium componere terra?
Cur hoc triſte tibi? arte laſciuia cordi

Nulla,

Nulla, nec aut rapidi mulcent te prælia Circi,
Aut intrat sensus clamosi turba Theatri.
Sed probitas, & opaca quies, & sordida numquam
Gaudia: quas autem comitem te rapto per undas?
Quamquam, & si gelidas irẽ mãsurus ad Arctos,
Vel super Hesperiæ vada caligantia Thules,
Aut septem gemini caput haud penetrabile Nili,
Hortarere vias. Hæc mens tua nempe benigna,
Quam mihi forte Venus iunctam florẽtibus annis
Seruet, & in senium tua, quæ me vulnere primo
Intactum thalamis, & adhuc iuuenile vagantem
Fixisti, tua frena libens, dociliſque recepi
Et semel insertas non mutaturus habenas,
*Vsque premo. ter me*vidisti Albana ferentem*
Dona comes, sanctóque indutum Cæsaris auro,
Visceribus complexa tuis sertisque dedisti nitidis.
Oscula anhela mei: tu cum Capitolia nostræ
Inficiata lyræ, sæuum, ingratumque dolebas
Mecum victa Iouem, tu procurrentia primis
Carmina nostra sonis, totáſque in murmure noctes
Aure rapis vigili longi tu sola laboris
Conscia, cumque tuis creuit mea Thebais annis.
Qualem te nuper Stygias modo raptus ad undas,
Cum iam Letheos audirem cominus amnes,
Aspexi, tenuíque oculos iam morte cadentes.
Scilicet exhausti Lacheſis mihi tempora fati
Te tantum miserata dedit, superique potentes
Inuidiam timuere tuam, post ista propinquum
Nunc iter, optatoſque sinus comes ire moraris

Heu

Heu vbi nota fides, tótque explorata per vſus
Qua veteres Latias, Graiaſque Heroidas æquas?
Iſſet ad Iliacas (quid enim deterret amantes?)
Penelope gauiſa domos, ſi paſſus Vlyſſes.
Queſta eſt Aegiale, queſta eſt Melibœa relinqui,
Et quamquam ſæui fecerunt Menada planctus:
Nec minor his, tu noſſe fidem, firmámq; mariti
Reddere, ſic certè cineres, vmbramque priorem
Quæris adhuc, ſi exequias amplexa canori
Coniugis, ingentes iteraſti pectore planctus.
Iam mea, nec pietas alia eſt tibi, curáque nata
Sic vt mater amas, ſic nunquam corde recedit
Nata tuo, fixamq; animi penetralibus imis
Nocte, diéque tenes, non ſic trachinia nidos
Alcyone vernos, non ſic Philomela penates
Circuit amplectens, animãq; in pignora trãsfert,
Heu nunc illa terit viduo quod ſola cubili
Otia iam pulchræ terit infœcunda iuuentæ.
Sed venient, plenis venient connubia tædis
Sic certè, formæq; bonis, animíque meretur.
Siue chelin complexa petit, ſeu voce paterna
Diſcendum Muſis ſonat, & mea carmina flectit
Candida ſeu molli diducit brachia motu,
Ingenium probitas, artemq; modeſtia vincit
Nonne leues pueros, non te Cytherea pudebat
Hoc ceſſare decus, nec tantum Roma iugales
Conciliare toros, feſtaſq; accendere tædas.
Fertilis, & noſtra generi tellure dabuntur.
Non adeo Veſuuinus apex, & flammea diri

Montis

Montis hyems trepidas exhauſit ciuibus vrbes.
Stant populiſque vigent, hic auſpice cõdita Phœbo
Tecta, Dicarchei portus, & littora mundi
Hoſpita, at hîc magnæ tractus imitantia Romæ.
Quæ Capys, aduectis impleuit mœnia Teucris
Noſtra quoque & propriis, tenuis nec rara colonis
Parthenope, cui mite ſolum trans æquora vectæ
Ipſe Dioneæ monſtrauit Apollo columbæ.
Has ego te ſedes (nam nec mihi barbara Thrace,
Nec Libyæ natale ſolum) transferre laboro:
Quas & mollis hyems, & frigida temperat æſtas:
Quas imbelle fretum torpentibus alluit vndis.
Pax ſecura locis, & deſidis otia vitæ,
Et nunquam turbata quies, ſomníque peracti,
Nulla foro rabies, aut ſtrictæ iurgia legis,
Morum iura viris: ſolum, & ſine faſcibus æquum
Quid nunc magnificas ſpecies, cultúſque locorum,
Tẽplaq́ & innumeris ſpatia interſtincta columnis,
Et geminam molem nudi, tectique Theatri. 90
Et capitolinis quinquennia proxima luſtris?
*Quid laudem*ritus, libertatemque Menandri,* al. Gratia.
Quam Romanus honos, & grata licentia miſcent? al. riſus
Nec deſunt variæ circum oblectamina vitæ,
Siue vaporiferas blandiſſima littora Baias,
Enthea fatidicæ ſeu viſere tecta Sibyllæ
Dulce ſit, Iliacóque iugum memorabile Romo:
Seu tibi Bacchei vineta madentia Gauri, 100
Teleboumque domos, trepidis vbi dulcia nautis
Lumina noctiuagæ tollit Pharus æmula lunæ,

Caráq́

Caráque non molli iuga Surrentina Lyeo,
Quæ meus ante alios habitator Pollius auget:
Ænariaque lacus medicos, Statinaſq́ renatas
Mille tibi noſtræ referam telluris amores,
Sed ſatis hoc coniux, ſatis hoc dixiſſe; creauit
Me tibi, me ſocium longos aſtrinxit in annos.
Nonne hæc amborum genitrix, altrixq́ videri
Digna? ſed ingratus qui plura adnecto, tuiſq́
Moribus indubito, venies cariſſima coniux,
Præueniéſque etiam, ſine me tibi ductor aquarum
Tybris, & armiferi ſordebunt tecta Quirini.

P. PAPINII STATII

SYLVARVM LIB. IV.

ad Marcellum.

INueni librum, Marcellum cariſſime, quem pietati tuæ dedicarem. Reor quidem aliter quam inuocato numine maximi imperatoris nullum opuſculum meum cœpiſſe. Sed hic liber tres habet. Sequitur quarta quæ ad honorem tuum pertinet. Primo autem ſeptimum decimũ Germanici noſtri conſulatũ adoraui. Secundo gratias egi ſacratiſſimis eius epulis honoratus. Tertio viam Domitianã miratus ſum, qua grauiſſimã arenarum molem exemit.

Cuius

Cuius beneficio tu quoque maturius epistolam meam accipies, quam tibi in hoc libro à Neapoli scribo. Proximum est Lyricum carmen ad Septimum Seuerum, iuuenem (vti scis) inter ornatissimos secundi ordinis, tuum quidem etiam condiscipulum, sed mihi contra hoc quoque ius arctissimè carum. Iam Vindicis nostri Herculem Epitrapezion, secundum honorem quem de me, & de ipsius studiis meretur, imputare etiam tibi possum, Maximum Iuniũ dignitatis & eloquentiæ nomine à nobis diligi, satis eram testatus epistola, quam ad illum de editione Thebaidos meæ publicaui. Sed nunc quoque cum reuerti maturius è Dalmatia rogo. Iuncta est Ecloga ad Municipem meum Iulium Menecratem splendidum iuuenem, & Pollij mei generum. Cui gratulor quod Neapolim nostram numero liberorum honestauerit. Plocio Gryppo maioris gradus iuueni dignius opusculum reddam, sed interim hendecasyllabos, quos Saturnalibus vna risimus, huic volumini inserui. Quare ergo plura in quarto syluarum, quam in prioribus? Ne se putent aliquid egisse, qui reprehenderunt, (vt audio) quod hoc stili genus edidissem. Primum superuacuum est dissuadere rem factam. Deinde multa ex illis iam Domino Cæsari dederam, & quanto hoc plus est,

est, quam edere? Exercere autem iocos non licet sic secretò inquit. Sed & speromachias spectamus, & pilaris lusio admittitur, nouissimè quisquis ex meis inuitus aliquid legit, statim se profitetur aduersum. Itaque consilio eius accedam. In summa nempe ego sum qui traducor. Taceat, & gaudeat. Hunc tamē librum tu Marcelle defendes. Et si videtur hactenus, sin minus, reprehendemur.

XVII. CONSVLATVS GERMANICI IMP.

Laeta bis octonis accedit purpura fastis
Cæsaris insignẽq; aperit Germanicus annum,
Atque oritur cum sole nouo, cum grandibus astris
Clarius ipse nitens, & primo maior Eoo.
Exultent leges Latiæ: gaudete curules,
Et septem gemino iactantior athera pulset
Roma iugo: plusq; ante alias Euandrius arces
Collis ouet, subiere noui Palatia fasces,
Et requiem bis sextus honos, precibusq; receptis
Curia Cæsareum gaudet vicisse pudorem.
Ipse etiam immensi reparator maximus aui
Attollit vultus, & vtroq; à limite grates
Ianus agit: quem tu vicina pace ligatum
Omniæ iustissi componere bella, nouique
In leges iurare fori, leuiat ecce supinas (tur
Hinc, atq; inde manus, geminaq; hac voce profa-

Sal

Salue magne parens mundi, qui ſæcula mecum
Inſtaurare paras, talem te cernere ſemper
Menſe meo tua Roma cupit: ſic tempora naſci,
Sic annos intrare decet, da gaudia faſtis
Continua, hos humeros multo ſinus ambiat oſtro,
Et properata tua manibus Protexta Minerua,
Aſpicis vt templis alius nitor, altior aris
Ignis, & ipſa mea tepeant tibi ſydera bruma.
Moribus atque tuis gaudent turmæq́, tribúſque,
Purpureiq́ Patres, lucémque à conſule ducit (bat
Omnis honos, quid tale precor prior annus habe-
Dic age Roma potens? & mecum longa vetuſtas
Dinumera faſtos, nec parua exempla recenſe,
Sed quæ ſola meus dignetur vincere Cæſar.
Ter Latio, deciéſque tulit labentibus annis
Auguſtus faſces, ſed cœpit ſero mereri.
Tu iuuenis prægreſſus annos, & quanta recuſas,
Quanta vetas, flectêre tamen, precibuſq́ Senatus
Permittes hanc ſæpe diem: manet inſuper ordo
Longior & totidem ſælix tibi Roma curules
Terq́ quaterq́ dabit, mecum altera ſæcula cõdes
Et tibi longæui reuocabitur ara parentis.
Mille trophæa feres, tantum permitte triumphos. al. reſtant
* *Reſtat Bactra nouis, reſtat Babylona tributis*
Frænari, nondum gremio Iouis Indica Laurus,
Nondũ Arabes, Sereſq́ regãt, nondũ omnis honorẽ
Annus habet, cupiũtq́ decem tua nomina mẽſes.
Sic Ianus, clauſóque libens ſe poſte recepit.
Tunc omnes patuere fores, latóque dederunt

Signa polo, longámque tibi Rex mane iuuentam
Annuit, atq; suos promisit Iuppiter annos.

EPVLVM DOMITIANI EVCHARISTICON.

REgia Sidoniæ conuiuia laudat Elisæ
Qui magnũ Aeneã Laurẽtibus intulit ar-
Alcinoiq; dapes mansuro carmine monstrat, (uis.
al. lento. *Aequore qui * multo reducẽ consumpsit Vlyssem.*
Ast ego, cui sacræ Cæsar noua gaudia cœnæ
Nunc primum, dominaq; dedit cõsurgere mensa,
Quâ celebrem meæ uotæ lyrá, quas soluere grates
Sufficiam? non si pariter mihi uertice læto
Nectat adoratas, & Smyrna, & Mantua lauros,
Digna loquar, mediis uideor discumbere in astris
Cum Ioue, & Iliaca porrectum sumere dextra
Immortale merum, steriles tranſmisimus annos,
Hæc aui mihi prima dies, hæc limina uitæ.
Tenè ego regnator terrarum, orbisq; subacti,
Magne parens, te spes hominum, te cura deorum
Cerno iacens? datur hæc iuxta, datur ora tueri
Vina inter, mensasq; & non assurgere fas est:
Tectũ augustũ, ingens nõ centum insigne colũnis,
Sed quantæ superos cœlumq; Atlante remisso
Sustentare queant: stupet hoc uicina Tonantis
Regia, téque pari lætantur sede locatum
Numina, ne magnum properes ascendere cœtum,
Tanta patet moles, effusæq; impetus aulæ
Liberior, campi multumq; amplexus aperti

Aethereo

Aethereo & tantum domino minor, ille penates
Implet & ingenti genio iuuat: æmulus illic
Mons Iybys, Iliacusq; nitent, & multa Syene,
Et Chios, & glauca certantia Doride saxa,
Lunáque portandis tantum suffecta columnis:
Longa super species, fessis vix culmina prendas
Visibus, auratiq; putes laquearia cœli.
Hic cum Romuleos proceres, trabeatáque Cæsar
Agmina mille simul iussit discumbere mensis,
Ipsa sinus accincta Ceres Bacchusq; laborant
Sufficere, ætherei fœlix sic orbita fluxit
Triptolemi: sic vitifero sub palmite nudos
Vmbrauit colles, & sobria rura Lyæus,
Sed mihi non epulas, Indisq; innixa columnis
Robora, Maurorum famulásue ex ordine turmas.
Ipsum, ipsum cupido tantum spectare vacauit
Tranquillum, vultu, sed maiestate serena
Mulcentem radios, submitentémque modestè
Fortunæ vexilla suæ, tamen ore nitebat
Dissimulatus honos, talẽ quoque Barbarus hostis
Posset: & ignotæ conspectum agnoscere gentes:
Non aliter gelida Rhodopes in valle recumbit
Dimissis Gradiuus equis, sic lubrica ponit
Membra Terapnæa resolutus gymnade Pollux,
Sic iacet ad Gangen Indis vlulantibus Euan,
Sic grauis Alcides post horrida iussa reuersus
Gaudebat strato latus accelinare Leoni,
Parua loquor, nec dũ æquo tuos Germanice vul-
Talis vbi Oceani finem, mensasq; reuisit (tus.

Æthiopum ſacro diffuſus nectare vultus,
Dux ſuperum, ſecreta iubet dare carmina Muſas
Et Pallenæos Phœbum laudare triumphos,
Di tibi (námque animas ſæpe exaudire minores
Dicuntur) patria bis, térque, exire ſenecta
Annuerint fines, rata numina miſeris aſtris,
Templaq; des, habiteſq; domos, ſæpe annua pandas
Limina, ſæpe nouo Ianum lictore ſalutes:
Sæpe coronatis iteres quinquennia luſtris.
Qua mihi fœlices epulas, menſaq; dediſti
Sacra tua, talis longo poſt tempore venit
*Lux mihi * Troiana qualis ſub collibus Albæ* al. Romanæ.
Cum modo Germanas acies, modo Daca ſonãtem
Prælia, Palladio tua me manus induit auro,

VIA DOMITIANA.

QVis duri ſilicis, grauiſq; ferri
Immanis ſonus, æquori propinquum
Saxoſa latus Appiæ repleuit?
Certè non Libycæ ſonant caterua,
Nec dux aduena peierante bello,
Campanos quatit inquietus agros.
Nec frangit vada, montibúſque cæſis
Inducit Nero ſordidas paludes.
Sed qui limina bellicoſa Iani
Iuſtis legibus, & foro coronat:
Qui caſtæ Cereri diu negata
Reddit iugera, ſobriáſque terras,

Qui

Qui fortem vetat interire sexum:
Et Censor prohibet mares adultos
Pulchræ supplicium timere formæ.
Qui reddit Capitolio Tonantem:
Et pacem propria domo reponit.
Qui genti patriæ futura semper
Sancit limina Flauiúmque culmen.
*Hic * scenis populi vias grauantes,*
*Et * campos iter omne detinentes,*
Longos eximit ambitus, nouóque
Iniectu solidat graues arenas.
Gaudens Euboicæ domum Sibyllæ,
Gauranósque sinus, & æstuantes
Septem montibus admouere Baias,
Hic quondam piger axe vectus uno
Nutabat cruce pendulæ viator,
Rodebátque rotas maligna tellus,
Et plebs in mediis Latina campis
Horrebat mala nauigationis.
Nec cursus agiles, sed impeditum
Tardabant iter orbitæ tacentes,
Dum pondus nimium quærens sub altu
Repit languida quadrupes statera.
At nunc, quæ solidum diem terebat
Horarum via facta vix duarum,
Non tensæ volucrum per astra pennæ,
Nec velocius ibitis carinæ.
Hic primus labor incheare sulcos,
Et rescindere limites, & alto

al cœno
al. camp

Egestu penitus cauare terras,
Mox haustas aliter replere fossas,
Et summo gremium parare dorso,
Ne nutent sola, ne maligna sedes
Et pressis dubium cubile saxis.
Tunc umbonibus hinc, & hinc coactis,
Et crebris iter alligare gomphis:
O quanta pariter manus laborant.
Hi cædunt nemus, exeúntque montes,
al. leuant. *Hi ferro scopulos, trabésque * cædunt:*
Illi saxa ligant, opúsque texunt
Cocto puluere, sordidóque topho,
Hi siccant bibulas manu lacunas,
Et longè fluuios agunt minores.
Hæ possent & Athon cauare dextræ,
Et mœstum pelagus gementis Helles
Intercludere ponte non natanti.
His paruus (Lechiæ nisi vetarent)
Intus freta miscuisset Isthmos.
Feruent littora, nobilésque sylua,
It longus medias fragor per urbes.
Atque Echo simul hinc, & inde fractam
Gauro Massicus Vuifer remittit,
Miratur sonitum quieta Cyme,
Et Linterna palus, pigérque Sæuo.
Ast flauum caput, humidumque latè
Crinem mollibus impeditus ulmis,
Vulturnus leuat ora, maximóque
Pontis Cæsarei recliuis arcu,

Pandis

Pandis talia facibus redundat.
Camporum bone conditor meorum,
Qui me vallibus auiis refusum,
Et ripas habitare nescientem,
Recti legibus aluei ligasti:
Et nunc ille ego turbidus, mináxque,
Vix passus dubias prius carinas,
Iam pontem fero, peruiúsque calcor:
Qui terras rapere, & rotare syluas
Assueram (pudet) Amnis esse cœpi,
Sed grates ago, seruitúsque tanti est,
Quod sub te duce, te iubente cessi,
Quod tu maximus arbiter, meaq;
Victor perpetuus legere ripa,
Et nunc limite me colis beato,
Nec sordere sinis, malúmque latè
Deterges sterilis soli putorem,
Ne me puluereum, grauémque cœno
Tyrrheni sinus obruat profundi.
Qualis Cinyphias tacente ripa,
*Pœnos * Bagrada serpit inter agros.*
Sed talis ferar; vt nitente cursu
Tranquillum mare, proximúmque possim
Puro gurgite prouocare Lyrim,
Hæc Amnis, paritérque se leuarat
Ingenti plaga marmorata dorso.
Huius ianua, prosperúmque limen
Arcus belligeri Ducis trophæis,
Et totis Ligurum nitens metallis.

al. Bagadra.

Quantus nubila qui coronat imbri.
Illic flectitur excitus viator.
Illic Appia se dolet relinqui.
Tunc velocior, acriórque cursus,
Tunc ipsos iuuat impetus iugales.
Ceu fessis vbi remigum lacertis
Prima Carbasa ventilantur aura.
Ergo omnes, age, quæ sub axe primo
Romani colitis fidem parentis,
Prono limite commeate gentes,
Eoæ citiùs venite laurus,
Nil obstat cupidis, nihil moratur.
Qui primo Tyberim relinquit ortus.
Primo vespere nauigat Lucrinum.
Sed quam fine viæ recentis imo,
Quæ monstrat veteres Apollo Cumas,
Albam crinibus, infulisq; cerno?
Visu fallimur? an sacris ab antris
Profert Chalcidicas Sibylla laurus?
Cedamus Chely, iam repone cantus,
Vates sanctior incipit: tacendum est.
En & colla rotat, nouisq; latè
Bacchatur spatiis, viámque replet.
Tunc si virgineo profatur ore.
Dicebam veniet, manete campi,
Atque amnis, veniet fauente cœlo,
Qui fœdum nemus, & putres arenas
Celsis pontibus, & via leuabit.
En hic est Deus, hunc iubet beatis

Pro se Iuppiter imperare terris
Quo non dignior has subit habenas,
Ex quo me duce prascios Auerni
Æneas auidè futura quærens
Lucos & penetrauit, & reliquit.
Hic pacibonus, hic timendus armis,
Naturâ melior, potentiorq;.
Hic flammiferos teneret axes,
Largis India nubibus maderet,
Vndaret Libye, teperet Æmus,
Salue dux hominum, & parens deorum,
Prauiſum mihi, cognitúmque numen,
Nec iam putribus chartis
Solemni prece quindecim virorum
Perluſtra mea dicta, ſed canentem
Ipſam cominus (vt mereris) audi.
Vidi quam ſeriem morantis æui
Pronectant tibi candidæ ſorores.
Magnus te manet ordo ſæculorum
Natis longior, abnepotibúſque.
Annos perpetua geres iuuenta,
Quos fertur placidos obiſſe Neſtor,
Quos Titonia computat ſenectus,
Et quantos ego Delium poposci.
Iurauit tibi iam niualis Arctos.
Nunc magnos Oriens dabit triumphos,
Ibis quà vagus Hercules, & Euan
Vltra ſydera, flammeúmque ſolem,
Et Nili caput & niues Atlantis:

Et laudum cumulo beatus omni
Scandes, belliger, obuiósque curras.
Donec Troicus ignis, & renatæ
Tarpeius Pater intonabit aulæ,
Hæc donec via, te regente terras
Annosa magis Appia senescit.

AD MARCELLVM.

CVrre per Euboicos non segnis epistola cãpos
Hac ingressa vias, qua nobilis Appia crescit
In latus, & molles solidus premit agger arenas:
Atque vbi Romuleas velox penetraueris arces:
Continuo dextras flaui pete Tybridis oras,
Lydia qua penitus stagnum nauale coërcet
Ripas, suburbanisq; vadum prætexitur hortis,
Illic egregium, formáque, animisq; videbis
Marcellum, & celsi præsignem vertice nosces.
Cui primum solito vulgi de more salutem,
Nox inclusa modis hæc reddere verba memento.
Iam terras volucremq; polum fuga veris aquosi
Laxat, & Icariis cœlum latratibus vrit,
Ardua iam densæ rarescunt mœnia Romæ.
Hos præneste sacrum, nemus hoc glaciale Dianæ,
Algidus aut horrẽs, aut Tuscula protegit vmbra
Tiburis hi lucos, Anienáque frigora captant.
Te quoque Clamosæ quænam plaga mitior vrbi
Subtrahit! æstiuos quo decipis aëre soles?
Quid tuus ante omnes, tua cura potissima Gallus

Nec

Nec non noſter amor) dubiũ morúmne probãdus,
Ingeniíve bonos) Latiis æſtiuat in oris?
Anne metallifera repetit iam menia luna?
Tyrrhenaſq́ domos? quod ſi tibi proximus hæret,
Non ego nunc veſtro procul à ſermone recedo.
Certũ eſt: inde ſonus geminas mihi circuit aures:
Sed tu dum nimio poſſeſſa Hyperione flagrat
Torua Cleonei iuba ſyderis, exue curis
Pectus, & aſſiduo temet furare labori:
Et ſontes operit pharetras, arcúmque retendit
Parthus, & Elæis auriga laboribus actos
Alpheo permulcet equos, & noſtra fatiſcit
Laxatúrque Chelys, vires inſtigat, alítque
Tempeſtiua quies, maior poſt otia virtus.
Talis cantata Briſeide venit Achilles
Acrior, & poſitis erupit in Hectora plectris.
Te quoque flammabit tacitè repetita parumper
Deſidia, & ſolidos nouus exultabit in actus.
Certè iam Latiæ non miſcent iurgia leges,
Et pacem piger annus habet, meſſéſque reuerſæ
Dimiſere forum, nec iam tibi turba reorum
Veſtibulo, queruliq́ rogant exire clientes.
Ceſſat Centeni moderatrix iudicis haſta.
Qua tibi ſublimi iam nunc celeberrima fama
Eminet, & iuuenes facundia præterit annos
Fœlix curarum, cui non Heliconia cordi
Serta nec imbelles Parnaſſi è vertice laurus,
Sed viget ingenium, & magnos accinctus in vſus
Fert animus quaſcunque vices, nos otia vitæ

Solamur

Solamur cantu ventosaq; gaudia fama
Quærimus, en egomet somniũ, & geniale secutus,
Littus, vbi Ausonio se condidit hospita portu
Parthenope, tenues ignauo pollice chordas
Pulso, Maroneique sedens in margine templi
Sumo animũ, & magni tumulus accãto magistri.
At tu si longi cursum dabit Atropos aui,
(Détque precor, Latijq; ducis sic numina pergãt,
Quem tibi post habito studium est coluisse Tonãte,
Quique tuos alio subtexit munere fasces,
Et spatia obliqua mandat renouare Latina)
Forsitan Ausonias ibis frenare cohortes,
Aut Rheni populos, aut nigra littora Thules,
Aut Istrum seruare latus, metuendáque porta
Limina Caspiaca: nec enim tibi sola potentis
Eloquij virtus, sunt membra accommoda bellis,
Quiq; grauem tardi subeant thoraca lacerti.
Seu campo pedes ire paras, est agmina supra
Nutaturus apex, seu frena sonantia flectes,
Seruiet asper equus: nos facta aliena canendo
Vergimur in senium: propriis tu pulcher in armis
Ipse canenda geres, patriq; exempla parabis.
Magna geres, dignósque etiãnum belliger actus,
Poscit auus, præstátque domi nouisse triumphos.
Surge agedũ, iuuenémque puer deprẽde parẽtem,
Stemmate materno fœlix, virtute paterna.
Iam te blanda sinu Tyrio sibi gloria fœlix
Educat, & cunctus gaudet spondere curules.
Hæc ego Chalcidicis ad te Marcelle sonabam

Litteri

Littoribus: fractas vbi Vesbius egerit iras,
Æmula Trinacriis voluens incendia flammis,
Mira fides! creàétne virum ventura propago,
Cùm segetes iterũ, cùm iam hæc deserta virebũt
Infra vrbes, populósque premi? proauitáque toto
Rura abiisse mari? nec dum lethale minari
Cessat apex, procul ista tuis, Tisata, Teate,
Nec Marucinos agat hæc insania montes.
Nunc si fortè meis quæ sint exordia Musis
Scire petis, iam Sidonios emensa labores
Thebais optato collegit carbasa portu:
Parnassiq; iugis, syluáque Heliconide festis
Thura dedit flammis, & virginis exta iuuencæ,
Pomiferáque meas suspendit ab arbore vittas.
Nunc vacuos crines, alio subit insula nexu.
Troia quidem, magnúsque mihi tẽtatur Achilles,
Sed vocat Arcitenẽs aliò pater, armáque mòstrat
Ausonij maiora ducis: trahit impetus illò
Iampridem, retrahitq; timor: stabúntne sub illa
Mole humeri? au magno vincetur põdere ceruix?
Dic Marcelle, ferat, fluctus adsueta minores,
Nosse ratis, nondum Ioniis credenda periclis?
Iámque vale, & penitus noti tibi vatis amorem
Corde exire veta, nec enim Tirynthius almæ
Pectus amicitiæ, cedit tibi gloria fidi
Theseos, & lacerum qui circa mœnia Troiæ
Priamidem cæso solatia traxit amico.

LYRI

LYRICVM AD SEPT. SEVERVM.

PArui beatus ruris honoribus:
Qua priſca Teucros Alba colit lares,
Fortem atque facundum Seuerum
Non ſolitis fidibus ſaluto.
Iam trux ad Arctos Parrhaſias hyems
Conceſſit altis obruta ſolibus:
Iam pontus, ac tellus renident,
Iam Zephiris Aquilo refractus,
Nunc cuncta veris frondibus annuis
Crinitur arbos: nunc volucrum noui
Queſtus, inexpertúmque carmen,
Quod tacita ſtatuere bruma:
Nos parca tellus, peruigil & focus,
Culménque multo lumine ſordidum
Solantur, exemptúſque teſta,
Qua modo ferbuerat Lyaus,
Non mille bàlant lanigeri greges,
Nec vacca dulci mugit adultero,
Vnique (ſi quando) canenti
Mutus ager domino reclamat.
Sed terra primis poſt patriam mihi
Dilecta curis, huic mea carmina
Regina bellorum virago
Caſareo perarauit auro,
Cum tu ſodalis dulce periculum
Conniſus omni pectore tolleres,

Vt Caſtor ad cunctos tremebat
Bebrycia ſtrepitus arena:
Téne in remotis Scyrtibus quia
Leptis creauit? Iam ferret indicas
Meſſes, odoratiſque rara
Cynnama praripiet Sabæis.
Quis non in omni vertice Romuli
Reptaſſe dulcem Septimium putet?
Quis fonte Iuturnæ relictis
Vberibus neget eſſe paſtum?
Hæc mira virtus, protinus Auſonum
Portus, vadoſæ neſcius Africæ
Intras, adoptatúſque Thuſcis
Gurgitibus puer innataſti,
Hic paruus inter pignora Curiæ
Contentus alto lumine purpuræ
Creſcis, ſed immenſos labores
Indole patricia ſecutus.
Non ſermo Pœnus, non habitus tibi,
Externa non mens, Italus, Italus,
Sunt vrbe, Romaniſque turmis,
Qui Libyam deceant alumni,
Eſt & frementi vox hilaris foro,
Venale, ſed non eloquium tibi,
Enſiſq; vagina quieſcit,
Stringere ni iubeant amici.
Sed rura cordi ſæpius, & quies,
Nunc in paternis ſedibus, & ſolo
Veiente, nunc frondoſa ſupra

Hernica

Hernica, nunc Curibus vetustis.
Hic plura pones, vocibus, & modis
Passim solutis, sed memor interim
Nostri, verecundo latentem
Barbiten ingeminas sub antro.

VINDICIS HERCVLES EPITRAPESIOS.

FOrtè remittentem curas, Phœboq; leuatum
Pectora, cùm patulis tererẽ vagus otia septis,
Iam moriente die, rapuit me cœna benigni
Vindicis, hæc imos animi per lapsa recessus
Inconsumpta manet, neque enim ludibria vẽtris
Hausimus, aut epulas diuersis è sole petitas,
Vinaque perpetuis auo certantia fastis.
Ah miseri, quos nosse iuuat, quid Phasidis ales
Distet ab hyberna Rhodope grue: quis magis aper
Exta ferat: cur Thuscus aper generosior Vmbro.
Lubrica qua recubent conchilia melius alga.
Nobis verus amor: medióque Helicone petitus
Sermo, hilaresq; ioci, brumalem absumere noctem
Suaserunt, mollémque oculis expellere somnum,
Donec ab Elysiis prospexit sedibus alter
Castor, & hesternas risit Titonia mensas.
O bona nox, iunctáque vtinam Tirynthia luna,
Nox & Erythræis Thetidi signanda lapillis,
Et memoranda diu, genium habitura perẽnem.
Mille vbi tunc species, aris eborisq; vetusti,
Atque locuturas mentito corpore ceras,

Edidici

Edidici, quis namq; oculis certauerit vsquam
Vindicis, artificum veteres agnoscere ductus?
Et non inscriptis authorem reddere signis?
Hic tibi qua docto multum vigilata Myroni
Aera laboriferi viuant qua marmora cœlo
Praxitelis, quod ebur Piseo pollice rasum,
Quod Polycletæis visum est spirare caminis,
Linea qua veterem longè fateatur Apellem,
Monstrauit, nãque hæc quoties Chelyn exuit ille,
Desidia est, hic Aonys amor auocat antris.
Hæc inter, castæ, Geniius tutelá; que mensæ
Amphitryoniades, multo mea cœpit amore
Pectora, nec longo satiauit lumina vĩsu,
Tantus honos operi, firmosque inclusa per artus
Maiestas, Deus ille Deus, seseq; videndum
Indulsit Lysippe tibi, paruusque videri,
Sentiriq; ingens, & cum mirabilis intra
Stet mensura pedem, tamen exclamare libebit
(Si visus per membra feras) hoc pectere pressus
Vastator Nemees: hæc exitiale ferebant
Robur, & Argoos frangebant brachia remos.
Hoc spatio tam magna breui mendacia formæ:
Quis modus in dextra, quanta experientia docti
Artificis curis, pariter gestamina mensæ
Fingere, & ingentes animo versare colossos?
Tale nec Idæis quicquam Telchines in antris
Nec solidus Brontes, nec qui polit arma deorum
Lemnius, exigua potuisset ludere massa.
Nec torua effigies, epulisque aliena remissis,

Sed qualem parci domus admirata Molorchi,
Aut aleæ lucis vidit Tegeæa ſacerdos.
Qualis, & Oeteis emiſſus in aſtra fauillis
Nectar adhuc torua lætus Iunone bibebat.
Sic mitis vultus, veluti de pectore gaudens
Hortetur menſas, tenet hæc marcentia fratris
Pocula, adhuc ſæuæ meminit manus altera cædis.
Suſtinet occultum Nemeo tegmine ſaxum
Digna operi fortuna ſacro. Pellæus habebat
Regnator lætis numen Venerabile menſis,
Et comitem occaſus ſecum portabat & ortus:
Prenſabatq; libens, modo quâ diademate dextrã
Abſtulerat, dederatq;, & magnas verterat vrbes,
Semper ab hoc animos incraſtina bella petebat.
Hic acies victor ſemper narrabat opimas.
Siue cathenatos Bromio detraxerat Indos,
Seu clauſum magna Babylona refregerat haſta,
Seu Pelopis terras, libertatemque Pelaſgam
Obruerat bello: magnóque ex agmine laudum
Fertur Thebanos tantum excuſaſſe triumphos.
Ille etiam magnos fatis rumpentibus actus
Cum traheret lethale merum, iam mortis opacæ
Nube grauis, vultus alios in numine caro,
Aeráque ſupremis timuit ſudantia menſis.
Mox Nazamoniaco decus admirabile Regi
Poſſeſſum, fortique Deo libauit honores?
Semper atrox dextra, periuroque enſe ſuperbus
Annibal, Italicæ perfuſum ſanguine gentis,
Diráque Romuleis portantem incendia tectis.

Ode

Oderat: & cum epulas, & cum lenea dicaret
Dona Deus, castris mœrens comes isse nefandis.
Præcipuè cum sacrilegus face miscuit arces
Ipsius, immeritas q3 domos, ac templa Sagunti
Polluit, & populis furias immisit honestas.
Nec post Sidonij letum ducis, ære potita
Egregio plebeia domus: conuiuia Syllæ
Orn̄abat, semper claros intrare penates
Assuetum, & fœlix dominorum stēmate signum,
Nunc quoq3 (si mores, humanáque pectora curæ
Nosse Deis) non aula quidem Tirrynthia, nec te
Regius ambit honos, sed casta, ignaràque culpæ
Mens domini, cui prisca fides, cœptæque perenne
Fœdus amicitiæ: scit adhuc florente sub æuo
Par magnis Vestinus auis, quem nocte, diêque
Spirat, & in caræ viuit complexibus vmbræ.
Hic igitur tibi læta quies fortissima Diuûm
Alcide: nec bella vides, pugnásque feroces,
Sed chelyn, & vittas, & amātes carmina laurus.
Hic tibi solemni memorabit carmine quantus
Iliacas, Geticasq3 domos, quantúsque niualem
Stymphalon, quātúsque iugis Erimanthō aquosis
Terrueris, quem te pecoris possessor Iberi,
Quem tulerit sæuæ Mareoticus arbiter aræ.
Hic penetrata tibi, spoliatáque limina mortis
Concinet, & flentes Libyæ, Scythiæue puellas.
Nec te regnator Macedū, nec barbarus vnquam
Annibal, aut sæui posset vox horrida Syllæ,
His celebrare modis, certè tu muneris author

Non aliis malles oculis Lysippe probari.

LYRICVM AD MAXIMVM IVNIVM.

IAm diu lato satiata campo
Fortis herois Erato labores
Differt: atque ingens opus in minores
Contrahe gyros.
Tuque regnator Lyricæ cohortis,
Da noui paulum mihi iura plectri.
Si tuas cantu Latio sacraui
Pindare Thebas.
Maximo carmen tenuare tento,
Nunc ab intonsa capienda myrto
Serta, nunc maior sitis, & bibendus
Castior amnis.
Quando te dulci Latio remittent
Dalmatæ montes? vbi Dite viso
Pallidus fosso redit, erutoque
Concolor auro.
Ecce me natum propiore terra
Non tamen portu retinent amœno
Desides Baiæ, Liticénue notus
Hectoris armis.
Torpor est nostris, sine te Camœnis,
Tardius sueto venit ipse Thymbræ
Rector, & primis meis ecce metis
Hæret Achilles.
Quippe te fido monitore nostra

The

Thebais multâ cruciata limâ
Tentat audaci fide, Mantuanæ
Gaudia famæ
Sed damus lento veniam, quod alma
Prole fundasti vacuos penateis.
O diem lætum venit ecce nobis
Maximus alter.
Orbitas omni fugienda nisu,
Quam premit votis inimicus hæres,
Optimo poscens (pudet heu) propinquum
Funus amico.
Orbita nullo tumulata fletu,
Stat domo capta cupidus superstes
Imminens leti spoliis, & ipsum
Computat ignem.
Duret in longum generosus infans,
Perq́ non multis iter expeditum
Crescat in mores patrios, auumque
Prouocet actis.
Tu tuos puero memorabis enses,
Quos ad Eoum tuleris Orontem
Signa frenatæ moderatus alæ
Castore dextro.
Ille vt inuicti rapidum secutus
Cæsaris fulmen, refugit amaram
Sarmatis legem dederit, sub imo
Viuere cœlo,
Sed tuas artes puer ante discat,
Omne quis mundi seniumremensus

Orsa Salusti breuis & Timaui
Reddis alumnum.

AD IVLIVM MENECRATEM OB PROLEM.

PAnde fores superûm, vittataq; tẽpla Sabæis
Nubibus & pecudum fibris spirantibus imple
Partenope, clari genus ecce Menecratis auget
Tertia iam soboles: procerum tibi nobile vulgus
Crescit, & insani solatur damna Veseni.
Nec solum festas secreta Neapolis aras
Ambiat, & socij portus, dilectaq; mitis
Terra Dicarchei, nec non plaga cara madenti
Surrentina Deo sertis altaria cingat,
Materni qua litus aui, quem turba nepotum
Circuit, & similes contendit reddere vultus.
Gaudeat & Libyca præsignis auunculus hasta:
Quæq; sibi genitos putat, attollitq; benigno
Polla sinu, macte ô iuuenis qui tanta merenti
Lumina das patriæ, dulci tremit ecce tumultu
Tot dominis clamata domus: procul atra recedat
Inuidia, atque alio liuentia pectora flectat:
His seniũm, longæq; decus virtutis, & alba
Atropos, & patrius lauros promisit Apollo.
Ergo quod Ausoniæ pater angustissimus vrbis
Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis,
Omen erat, venit toties Lucina, piumq;
Intrauit repetita larem, sic fertilis oro
Stet domus, & donis nunquam mutata sacratis.

Macte

Macte, quod & proles tibi sapius aucta virili
Robore, se iuueni lætam dat Virgo parenti.
Aptior his virtus, citius dabit illa nepotes.
Qualis maternis Helena iam digna palestris
Inter Amyclæos raptabat candida fratres.
Vel qualis cœli facies, vbi nocte serena
Admouere iubar mediæ duo sydera Lunæ.
Sed queror haud faciles, iuuenū carissime quest⁹,
Iraſcorq; etiam, quantum iraſcuntur amantes
Tantáne me decuit vulgari gaudia famam
Noscere? cumq; tibi vagitet tertius infans
Protinus ingenti non venit nuncia curſu
Littera, quæ festos cumulare altaribus ignes,
Et redimere chelyn, posteſq; ornare iuberet?
Albanoq; cadum sordentem promere fumo?
Et cantu signare diem? sed tardus ineſq;
Nunc demum mea vota cano, tua culpa, tuusq;
Hic pudor, vlterius sed enim producere questus
Non licet, en hilaris circunstat turba tuorum
Defensatq; patrem, quem nō hoc agmine vincas?
Di patrij, quos augurijs super æquora magnis
Littus ad Ausonium deuexit Abantia classis.
Tu ductor populi longè emigrantis Apollo,
Cuius adhuc volucrem leua ceruice sedentem
Respiciens blandi fœlix Eumelis adorat:
Tuq; Actæa Ceres, curſu, cui semper anhelo
Vōtiuam taciti quaſſamus lampada myſtæ:
Et vos Tyndaridæ, quos non horrenda Lycurgi
Taygeta, vmbroſæq; magis coluere Terapnæ.

Hos cum plebe sua patrij seruare penates.
Sint qui fessam ævo, crebrisq; laboribus vrbem
Voce, opusq; iuuent, viridiq; in nomine seruent.
His placidis genitor mores, largumq; nitorem
Monstrat auus, pulchræ studium virtutis vterq;.
Quippe & opes, & origo sinunt hac lãpade prima
Atrittas intrare fores, hoc pube sub ipsa
(Si modo prona bonis inuicti Cæsaris adsint
V. limina *Numina (Romulei limen pulsare senatus.*

RISVS SATVRNALITIVS AD PLOTIVM

EST sane iocos iste, quod libellum
Misisti mihi Grippe pro libello,
Vrbanum tamen hoc potest videri,
Si post hoc aliquid mihi remittas.
Nam ludere Grippe perseueras,
Non ludis, licet ecce computemus.
Noster purpureus, nouusq; chartâ,
Et binis decoratus vmbilicis,
Præter me, hoc mihi constitit decussis.
Turo sum times, situq; putrem,
Quales aut Libycis madent Oliuis,
Aut Thus Niliacum, Pipérue seruant,
Aut Bizantiacos colunt lacertos,
Nec saltem tua dicta continentem,
Quatrino iuuenis foro tonabas,
Aut centum prope iudices (priusquam
Te Germanicus arbitrum sequenti

Anno

Annonæ dedit, omniumq; latè
Præfecit stationibus viarum?
Sed Bruti senis oscitationes,
De capsa miseri libellionis,
Emptum plus minus esse Caiano
Donas, usque adeo ne defuerunt
Cæsis pilea suta de lacernis?
Vel mantilia? luridæue mappæ?
Chartæ Thebaicæue, Caricæue.
Nusquam turbine conditus ruenti
Primorum globus, atq; Coctanorum.
Non Ellychnia sicca, non replictæ
Bulborum tunicæ, nec oua tantum?
Non leues alicæ, nec asperum Far.
Nusquam Cyniphijs vagata campis
Curuarum domus vda cochlearum?
Non lardum graue, debilisq; Perna.
Non Lucanica, non graues Phalisci,
Non sal, oxiporumue, Caseúsue,
Aut panes viridantis Aphronitri.
Vel passum Pythiis suis recoctum.
Dulci defruta, vel lutosa cœno.
Quantum vel dare cæreos nitentes,
Cultellum, tenuésue codicillos.
Ollares rogo non licebant vuas,
Cumano patinas in orbe tortas,
Aut vanam dare Synthesin (quid horres?
Alborum calicum, atque caccaborum?
Sed certa velut æquus in statera.

Nil mutas, sed idem mihi rependis.
Quid si cum bene mane semicrudus
Illatam tibi dixero salutem,
Et tu me vicibus domi salutes?
Aut cum me dape iuueris opima,
Expectes similes, & ipse cœnas?
Irascor tibi Grippe, sed valebis
Tantum me mihi quo soles lepore,
Et nunc hendecasyllabos remittas.

P. PAPINII STATII

SYLVARVM LIBER V.

Ad Abascantium.

OMnibus affectibus prosequēda sunt bona exempla cum publicè prosint pietas quam Priscillæ tuæ præstas, & morū tuorum pars nulli non conciliare te præcipuè marito potest. Vxorem enim viuam amare, voluptas est, defunctā religio, ego tamē huic operi, nō vt vnus è turba * sed tamen tū quasi officiosus assilui, amauit enim vxorē meā Priscilla, & amādo fecit mihi illam probatiorem. Post hoc ingratus sum, si lachrymas tuas transeo. Præterea latus omne diuinæ domus semper demereri pro mea mediocritate connitor: nam qui bona fide deos colit, amat, & sacer-

al. nec tantum quasi.

dotes

dotes, sed quamuis propiorem nexum amicitiæ tuæ iampridem cuperem, mallem tamen nondum interueniſſe materiam.

ABASCANTII IN PRISCILLAM PIETAS.

SI manus aut ſimiles docilis mihi fingere ceras,
Aut ebur, impreſſis aurúmue animare figuris
Hinc Priſcilla tuo ſolatia grata mârito
Conciperem, namq; egregia pietate meretur,
Vt vel Apellæo vultu ſignata colore.
Phidiaca vel nata manu, reddare dolenti.
Sic auferre rogis vmbram conatur, & ingens
Certamen cum morte gerit, curaſq; fatigat
Artificum, inq; omni te quærit amare metallo.
Sed mortalis honos agilis quem dextra laborat.
Nos tibi laudati iuuenis rariſſima coniux,
Longa, nec obſcurum finem latura, perenni
Tentamus dare iuſta lyra, modo dexter Apollo,
Quiq; venit iuncto mihi ſemper Apolline Cæſar,
Annuat: haud alio melius condere ſepulchro.
Sera quidem tanto ſtruitur medicina dolori,
Altera cum volucris Phœbi rota torqueat annũ:
Sed cũ plaga recens, & adhuc in vulnere primo
Nigra domus queſtu, miſeramq; acceſſus ad aurẽ
Coniugis orbati, tunc flere & ſcindere veſtes,
Et famulos laſſare greges, & vincere planctus

Fataq;

Fatáque, & iniuſtos rabidis pulſare querelis
Cœlicolas ſolamen erat, licet ipſe leuandos
Ad gemitus ſyluis comitatus, & amnibus Orphe⁹
Afforet, atque omnis pariter matertera vatem,
Omnis Apollineus tegeret, Bacchique ſacerdos,
Nil cantus, nil fila Deis pallentis Auerni
Eumenidumq; audita comis, mulcere valerent.
Tantus in attonito regnabat pectore lectus.
Nunc etiam ad plãctus refugit, tã plana cicatrix
Dum canimus, grauibuſque oculis vxorius inſtat
Imber: habentne etiam nũ hæc lumina fletus?
Mira fides, citius genitrix Siphyleia fertur
Exauſiſſe genas, citius Titonida mœſti
Deficient rores: aut exſiccata fatiſcet
Mater Achilleis hyemes effrangere buſtis.
Macte animi, notat iſta Deus qui flectit habenas
Orbis, & humanos propior Ioue digerit actus,
Mœrentemq; videt, lectiq; arcana miniſtri
Hinc etiam documẽta cœpit, quod diligis vmbrã
Et colis exequias, hic eſt caſtiſſimus ardor.
Hic amor à domino meritus cenſore probari.
Nec mirum ſi vos collato pectore mixtos
Iunxit in abrupta Concordia longa cathena.
Illa quidem nuptumq; prior, tædaſq; marito
Paſſa alio, ſed te ſeu virginitate iugatum
Viſceribus totis, animoq; amplexa fouebat.
Qualiter aquæuo ſociatam palmite vitem
Vlmus amat, miſcetq; nemus, ditemq; precatur
Autumnum, & charis gaudet redimita racemis.

Lau

Laudentur frenuis, sepulchra munere formæ
Quæ morum caruere bonis, falsæque potentes
Laudis egẽt veræ, tibi quamquam & origo niteret,
Et fœlix species, multumq; optanda maritis,
Ex te maior honos, vnum nouisse cubile,
Vnum secretis agitare sub ossibus ignem.
Illum nec Phrygius vitiasset raptor amorem
Dulichiiue proci, nec qui fraternus adulter.
Casta Mycenæo connubia polluit auro.
Si Babilonis opes, Lydæ si pondera Gazæ,
Indorumq; dares, Serúmque Arabumq; potentes:
Diuitias, mallet cum paupertate pudica
Intemerata mori, vitamq; impendere famæ.
Nec frons triste rigẽs, nimiusq; in moribus horror
Sed simplex, hilarisq; fides, & mixta pudori
Gratia, quod si anceps metas ad maiora vocasset,
Illa vel armiferas pro coniuge læta cateruas,
Fulmineosq; ignes, mediiq; pericula ponti,
Exciperet: melius quod non aduersa probarunt
Quæ tibi cura tori, quantus pro coniuge pallor!
Sed meliore via, dextros tua vota marito
Promeruere Deos: Dum nocte dieq; fatigas
Numina, dum cunctis supplex aduolueris aris,
Et mitem genium domini præsentis adoras,
Audita es, venitque gradu fortuna benigno.
Vidit quippe pij iuuenis, rarámque quietem,
Intactámque fidem, succinctáque pectora curis,
Et vigiles sensus, & digna euoluere tantas
Sobria corda vices, vidit qui cuncta suorum

Nouit

Nouit, & inſpectis ambit latus omne miniſtris:
Nec mirum, videt ille ortus, obituſq́, quid arctos,
Qui Boreas hibernus agat, ferriq́ togæq́
Conſilia, atq́ ipſam mentem probat, ille ſubactis
Molẽ immẽſam humeris, & vix tractabile põdus
Impoſuit: nec enim numeroſior altera ſacra
Cura domo, magnum latè dimittere in vrbem.
Romulei mandata ducis, viresq́ modoſq́,
Imperij tractare manu, quæ Laurus ab Arcto,
Quid vagus Eufrates, quid ripa binominis Iſtri.
Quid Rheni vexilla ferant: quãtũ vltimus orbis
Ceſſerit, & refluo circumſona gurgite Thule.
Omnia nam lætas pila attollentia frondes,
Multaq́ fumoſa ſignatur lancea penna.
Præterea fidos Dominus, ſi diuidat enſes,
Pandere quis centum valeat frenare maniplos
Intermiſſis Eques? quis præcepiſſe cohorti
Quem deceat clari præſtantior ordo tribuni?
Quiſnam frenigeræ ſignum dare dignior alæ?
Mille etiam præoſſe vices: an merſerit agros
Nilus an imbrifero Libyæ ſudauerit Auſtro.
Cunctaq́ ſi numerem, nõ plura interprete virga
Nunciat è celſis ales Tegeaticus aſtris:
Quæque cadit liquidas Iunonia virgo per auras,
Et picturato pluuium ligat aere gyro.
Quæq́ tuas laurus volucri Germanice curſu
Fama vehit prægreſſa diem, tardumq́ ſub aſtris
Arcada & in medio linquit Thaumantida cœlo
Qualem te ſuperi Priſcilla, hominesq́ benigno

Aſpexere die, cum primum ingentibus actis
Admotus coniux, viciſti gaudia cœnæ
Ipſius, effuſo dum pectore prona ſacratos
Ante pedes, auidè domini tam magna merentis
Volueris, Aonio non ſic in vertice gaudet,
Quem pater arcani præfecit hiatibus antri
Deliius, aut primi cui ius venerabile thyrſi
Bacchus, & attonitæ tribuit vexilla caterua.
Nec tamen hic mutata quies, probitasq; ſecundis
Intumuit: tenor idem animo, moréſque modeſti
Fortuna creſcente manent: fouet anxia curas
Coniugis, hortaturq; ſimul, flectitque labores.
Ipſa dapes medicas, & ſobria pocula tradit,
Exẽplũq; ad herile monet, velut Appula coniux
Agricolæ parci: vel ſole infecta Sabino,
Quæ videt emeriti iam proſpectantibus aſtris
Tempus adeſſe viri, properè menſasq; toroſq;
Inſtruit, expectatque ſonum redeuntis aratri.
Parua locor, tecum gelidas comes illa per Arctos,
Sarmaticasq; hyemes, Iſtrumq;, & pallida Rheni
Frigora, tecum omnis animo durata per æſtus:
Et ſi caſtra darent, vellet geſtare pharetras,
Vellet Amazonia ſatus intercludere pelta.
Dum te puluere bellorum nube videret
Cæſarei prope fulmen equi, diuinaq; tela
Vibrantem, & magnæ ſparſum ſudoribus haſtæ
Hactenus alma chelys, tẽpus nunc ponere frondes
Phœbe tuas, mœſtaq; comam damnare cupreſſo.
Quiſnam impacata conſanguinitate ligauit

Fortu

Fortunã, Inuidiamque Deus? quis iussit iniquas
Aeternum bellare deas? nullaene nstauit
Illa domum? teruo quam non hac lumina figat
Protinus? & saua perturbet gaudia dextra?
Florebant hilares, inconcussique penates,
Nil mœstum, quid enim quamuis infida leuisque,
Cæsare tam dextro posset fortuna timeri?
Inuenere viam liuentia fata, piumq;
Intrauit vis saua larem: sic plena maligno
Afflantur vineta noto: sic alta senescit
Imbre seges nimio: rapidæ sic obuia puppi
Inuidet, & velis adnubilat aura secundis,
Capitur eximium fato Priscilla decorem.
Qualiter alta comam syluarum gloria pinus
Seu Iouis igne malo, seu iam radice soluta
Deficit, & nulli spoliata remurmurat aurae.
Quid probitas, aut casta fides? quid numina prosũt
Culta Deũm? furuæ miserã circum vndique læti
Vallauere plagæ, tenuantur dura sororum
Licia, & exacti supereſt pars vltima fili.
Nil famuli cœtus, nil ars operosa medentum.
Auxiliata malis, comites tamen vndique ficto
Spem simulant vultu, flẽtem notat illa maritum.
Ille modo infernæ nequicquam flumina Lethes
Incorrupta rogat, nunc anxius omnibus æris
Illachrymat, signatq; fores, & pectore terget
al. limina. **Lumina, nunc magni vocat exorabile numen*
Cæsaris. Heu durus Fati timor! est ne quod illi
Non liceat? quantæ poterant mortalibus annis

Acce

Acceſſiſſe morã? ſi tu pater omne teneres
Arbitrium: cæco gemeret mors clauſa barathro
Longius & vacuã poſuiſſent ſtamina Parcã.
Iamq; cadunt vultus, oculiſq; nouiſſimus horror
Obtuſãq; aures, niſi cum vox ſola mariti
Noſcitur, illum vnum media de morte reuerſa
Mens videt, illum ægris circundat fortiter vlnis
Immotas obuerſa genas, nec ſole ſupremo
Lumina, ſed dulci mauult ſatiare marito.
Tunc ſic vnanimum moriens ſolatur amantem.
Pars animæ victura meæ, cui linquere poſſim
O vtinam, quos dura mihi rapit Atropos annos.
Parce precor lachrymis, ſæuo nec concute planctu
Pectora, nec crucia fugientem coniugis vmbram.
Linquo equidem thalamos (ſaluo tamen ordine)
Quod prior exegi longâ potiora ſenectâ (mœſtos
Tempora, vidi omni te pridem in flore nitentem,
Vidi altã propriùs, propriuſq; accedere dextrã.
Non in te fatis, non iam cœleſtibus vllis
Arbitrium, mecum iſta fero, tu limite cœpto
Tende libens, ſacrumq; latus, Geniumq; potẽtem
Irrequietus amã, nunc, quod cupit ipſe videri,
Da Capitolinis æternum ſedibus aurum,
Quo niteat ſacri centeno pondere vultus
Cæſaris, & propriã ſignet cultricis amorem.
Sic ego, nec furias, nec deteriora videbo
Tartara, & Elyſias fœlix admittar ad oras.
Hæc dicit labens, ſocioſq; amplectitur artus,
Harentemq; animam non triſtis in ora mariti

Transtulit, & cara pressit sua lumina dextra.
At iuuenis magno flammatus pectora luctu,
Nunc implet sæuo viduos clamore penates,
Nunc ferrum laxare cupit: nunc ardua tendit
In loca: vix retinent comites: nunc ore ligato
Incubat amissæ, mersumq; in corde dolorem
Sæuus agit: qualis conspecta coniuge segnis
Odrysius vates positis ad Strymona plectris
Obstupuit, tristemq; rogum sine carmine fleuit.
Ille etiam certè rupisset tempora vitæ,
Nè tu tartareum Chaos incomitata subires,
Sed prohibet mens fida Duci, mirandáque sacris
Imperiis, & maior amor: quis carmine digno
Exequias, & dona malæ feralia pompæ
Perlegat? omne illic stipatum examine longo
Ver Arabum, Cilicumq; fluit floresq; Sabæi,
Indorumq; arsura seges, præreptaq; templis
Thura, Palæstini simul, Hebræiq; liquores,
Coryciæq; comæ, Cynareiaq; germina, & altis
Ipsa toris Serum, Tyrioq; vmbrata recumbit
Tegmine, sed toto spectatur in agmine coniux.
Solus in hunc magna flectuntur lumina Romæ,
Ceu iuuenes natos suprema ad busta ferentem,
Is dolor in vultu, tantum crineq;, genæque
Noctis habent illam tranquillo fine solutam,
Fœlicemq; vocant, lachrymas fundente marito.
Est locus ante vrbem, qua primùm nascitur ingēs
Appia, quaq; Italo gemitus Almone Cybelle
Ponit, & Idæos iam non reminiscitur amnes.

Hic te Sidonio velatam molliter ostro
Eximius coniux (nec enim fumantia busta
Ardoremq; rogi potuit perferre) beato
Composuit priscilla toro, nil longior ætas
Carpere, nil cui poterunt vitiare labores
Siccatam membris: tantas venerabile marmor
Sepit opes: mox in varias mutata nouaris
Effigies, hoc ære Ceres, hoc lucida Gnosis,
Illo Maia tholo, Venus hoc non improba saxo
Accipiunt, vultus haud indignata decoros.
Numina circunstant famuli, consuetáque turba
Obsequiis: tum rite tori, mensæq; parantur
Assiduè: domus ista domus quis triste sepulchrum
Dixerit? hac merito visa pietate mariti,
Protinus exclames: Est hic, agnosco minister
Illius, æterna modo qui sacraria genti,
*Condidit * inq; alio posuit sua sydera cœlo.* al. atque
Sic vbi magna nouum Phario de littore puppis
Soluit iter, iámque innumeros vtrinq; rudentes,
Latáque veliferi porrexit brachia mali,
Inuasitq; vias; in eodem angusta phaselus
Æquore, & immensi partẽ sibi vendicat Austri.
Quid nunc immodicos iuuenum lectissime fletus
Corde foues? longumq; vetas exire dolorem?
Nempe times, ne Cerbereos Priscilla tremiscat
Latratus, tacet ille piis, nec tardior adsit
Nauita, proturbetq; vadis: vehit ille merentes
Protinus, & Manes placidus locat hospite cymba.
Præterea si quando pio laudata marito

Vmbra venit, iubet ire faces Proserpina latas
Egressasq; sacris veteres Heroidas antris
Lumine purpureo tristes aperire tenebras,
Sertaq;, & Elysios animæ prosternere flores,
Sic Manes Priscilla subit, vbi supplice dextra
Pro te fata rogat; reges tibi tristis auerni
Placat, vt expletis humani finibus æui
Pacantem terras dominum, iuuenemq; relinquas
Ipse senex: certè iurant in vota sorores.

PROTREPTICON AD CRISPINVM.

RVra meus Tyrrhena petit, saltusq; Tagetis
Crispinus, nec lõga mora est, aut auia tellus
Et mea secreto velluntur pectora morsu,
Vdaq; turgentes impellunt lumina guttas.
Ceu super Aegeas hyemes abeuntis amici
Vela sequar, spectemq; ratem iam fessus ab altis
Rupibus, atque oculis longo querar aëre vinci.
Quid si militiæ iam te puer inclyte primæ
Claræ rudimenta, & castrorum dulce vocaret
Auspicium, quanto manarent gaudia fletu?
Quósve darẽ amplexus? etiámne optãda propin-
Tristia? & octonos bis iam tibi circuit orbes (quãt
Vita? sed angustis animus robustior annis.
Succumbit q; oneri, & mẽtem sua non capit ætas.
Nec mirum, non te series inhonora parentum
Obscurum proauis, & priscæ lucis egentem,
Plebeia de stirpe tulit, non sanguine cretus

Turmali-

Turmali, trabeq́, ac remis, & paupere clauo
Augustam sedem, & Latij penetrale senatus
Aduena pulsasti, sed præcedente tuorum
Agmine. Romulei quales per iugera Circi,
Cum pulcher visu, titulis generosus auitis
Expectatur equus, cuius de stemmate longo
Fœlix demeritos habet admissura parentes,
Illum omnes acuunt plausus, illum ipse volantem
Puluis, & incuruæ gaudent agnoscere metæ,
Sic te Clare puer, genitum sibi curia sensit.
Primaq́ patritiâ Claussit vestigia Luñâ.
Mox Tyrios ex more sinus, tunicamq́ potentem
Agnouere humeri, sed enim tibi magna parabat
Ad titulos exempla pater, quippe illi iuuentam
Protinus ingredienti, pharetratum inuasit Ara-
Belliger, indocilemq́ fero seruire Neroni (xem
Armeniam: rigidi summam Mauortis agebat
Corbulo, sed comitem belli, sociumq́ laborum:
Ille quoque egregiis multum miratus in armis
Bolanum, atque illi curarum asperrima suetus
Credere, partiriq́ metus, quod tempus amicum
Fraudibus, exorto quænam bona tempora bello,
Quæ suspecta fides, aut quæ fuga vera ferocis
Armenij: Bolanus iter prænosse timendum.
Bolanus tutis iuga quærere commoda castris:
Metari Bolanus agros, aperire malignas
Tot veprum, nemorumq́ moras, tantãq́ verendi
Mentem implere ducis, iussisq́ ingentibus vnus
Sufficere: ipsa virum norat iam Barbara tellus.

Ille secundus apex bellorum, & proxima cassis.
Sic Phryges attoniti, quanquam Nemæa viderẽt
Arma, Cleonæusq́ acies impelleret arcus
Pugnante Alcide, tamen & Telamona timebant,
Discе puer, nec enim externo monitore petendus
Virtutis tibi pulcher amor: cognata ministret
Laus animo atque aliis. Decij, reduceſq́ Camillī
al. natan- *Monstrẽtur, tu discе patrẽ, quantuſq́ *nigrantem*
tem. *Fluctibus occiduis, fessoq́ Hyperione Thulen*
Intrarit mandata gerens, quantuſq́ potentes
Mille urbes Asiæ sortito rexerit anno,
Imperium mulcente toga, tibi talia pronis
Auribus, hæc certent tibi conciliare propinqui.
Hæc iterent comites præcepta, seneſq́ paterni.
Iámque aliò moliris iter, nec desine passu
Ire paras; nondum valida tibi signa iuuentæ
Irrepsere genis, & adhuc decor intẽger æui.
Nec genitor iuxta, fatis námque hauſtus iniquis
Occidit, heu, geminam prolem sub præside linquẽs
Nec saltem teneris oſtrum puerile lacertis
Exuit, albentiq́ humeros induxit amictu.
Quem non corrumpit pubes effrena? nouæq́
Libertas properata togæ? ceu neſcia falcis
Sylua comas tollit, fructumq́ expirat in umbras.
At tibi Pieriæ tenero sub pectore curæ,
Et pudor, & docti legem sibi dicere mores.
Tunc hilaris probitas, & frons tranquilla, nitórq́
Luxuriæ confine tenens, pietáſque per omnes
Diſpensata domos æquæuo cedere fratri,

Mira

Mirariq; patrem, miseræq; ignoscere matri
Admonuit fortuna domus, tibi ne illa nefanda
Pocula, letalésque manu componere succos
Eualuit? qui voce potes prauertere morsus
Serpentum: atque omnes vultu placare nouercas?
Infestare iuuat manes meritóque precatu
Pacem auferre rogis, sed te puer optime cerno
Flectentem iussis, & talia dicta parantem.
Parce precor cineri, fatum illud, & ira nocentum
Parcarum, criménque Dei, mortalia quisquis
Pectora sero videt, nec primo in limine sistit
Conatus scelerum, atque animus infanda paran-
Excidat illa dies æuo, ne postera credant (tes
Secula, nos certè taceamus: & obruta multa
Nocte tegi propria patiamur crimina gentis.
Exegit pœnas hominum, qui cura suorum,
Quo pietas authore redit, terráque reuisit.
Quem timet omne nefas, satis hæc lachrym. ãdáq;
Vltio, quin suas vtinam exorare liceret (nobis
Eumenidas, timidæq; auertere Cerberon vmbræ,
Immemorémq; tuis citius dare manibus amnem,
Macte animo iuuenis (sic crescũt crimina matris)
Nec tantum pietas, sed protinus ardua Virtus
Affectata tibi nuper cum forte sodalis
Immeritæ falso palleret crimine famæ,
Erigerétque forum, succinctáque iudice multo
Surgeret, & castum vibraret Iulia fulmen,
Tu quanquam non ante forum legésque seueras
Passus, sed tacita studiorum occultus in vmbra

Defensare metus, aduersáque tela subisti
Pellere inermis adhuc, & tyro pauentis amici
Haud vnquam tales aspexit Romulus annos,
Dardaniusq; senex, medij bellare togata
Strage fori, stupuere Patres tentamina tanta,
Conatusq; tuos, nec te reus ipse timebat.
Par vigor est membris, promptæq; ad fortia vires
Sufficiunt animo, atque ingentia iussa sequuntur.
Ipse ego te nuper Tyberino in littore vidi,
Qua Tyrrhena vadis Laurentibus æstuat vnda,
al.nuda. *Tendentem cursus, vexantemq; ilia * nudo*
Calce ferocis equi, vultu, dextráque minacem.
(Si qua fides dictis) stupui, armatumq; putaui.
Getulo sic pulcher equo, Troianáque quassans
Tela, nouorcales ibat venator in agros
Ascanius, miserumq; patri flagrabat Elisam.
Troilus haud aliter gyro leuiore minantes
Eludebat equos, aut quem de turribus altis
Arcadas Ogygio versantem in puluere metas
Spectabant Tyriæ non toruo lumine matres.
Ergo age, nam magni Ducis indulgentia pulsat,
Certáque dat votis hilaris vestigia frater.
Surge animo, & fortes castrorum concipe curas,
Monstrabunt acies Mauors, Actæáque virgo.
Flectet. al,quatet. * *Flectere Castor equos, humeris quatere arma, Quirinus*
Quis tibi tam tenero permisit plaudere collo
Nubigeros clypeos, intactáque cædibus arma?
Quasnam igitur terras, quẽ Cæsaris ibis in orbem
Arcteosq; amnes, & Rheni fracta natabis

Flumina? an æstiferis Libyæ sudabis in aruis?
An iuga Pannoniæ, mutatoresq; domorum
Sauromatas quaties? an te septenus habebit
Ister? & undoso circumflua coniuge Peuce?
An Solymum cinerem, palmetáque capta subibis.
Non sibi fœlices syluas ponentis Idumes?
Quod si te magno tellus frenata parenti
Accipiat, quantum ferus exultabit Araxes,
Quanta Calidonios attollet gloria campos,
Cum tibi longæuus referet trucis incola terræ,
Hic suetus dare iura parens, hoc cespite turmas
Affari nitidas speculas, castelláque longè
Aspicis: ille dedit, cinxitq; hæc mœnia fossa.
Belligeris hæc dona Deis, hæc tela dicauit.
Cernis adhuc titulos, hunc ipse vacãtibus armis.
Induit, hunc regi rapuit thoraca Britanno.
Qualiter in Teucros victricia bella parentis
Ignotum Pyrrho Phœnix narrabit Achillem.
Fœlix qui viridi fidens optate iuuenta
Durabis quascunque vias, vallumq; subibis
Forsan & ipse latus (sic numina principis adsint)
Cinctus, & vnanimi comes indefessus amici,
Quo Pylades ex more pius, quo Dardana gessit
Bella Menœtiades, quippe hæc concordia vobis
Hic amor est, duretq; precor, nos fortior ætas
Iam fugit, hinc votis, animum, precibusq; iuuabo.
Hei mihi, sed questus solitos si forte ciebo,
Et mea Romulei venient ad carmina patres,
Tu deeris Crispine mihi, cuneosq; per omnes

Te meus abſentem circumſpectabit Achilles.
Sed venies melior, vatum non irrita currunt
Omina, quiq; aquilas tibi nũc, & caſtra recludit,
Idem omnes perferre gradus, cingétque ſuperbis
Faſcibus, & patrias dabit inſediſſe curules.
Sed quis ab excelſis Toianæ collibus Albæ,
Vnde ſuæ iuxta proſpectat mœnia Romæ,
Proximus ille Deus, fama velocior intrat
Nuncius, atque tuos implet Criſpine penates?
Dicebam certè. Vatum non irrita currunt
Auguria, en ingens reſerat tibi limen honorum
Cæſar, & Auſonij committit munia ferri.
Vade puer, tantiſque enixus ſuffice donis.
Fœlix, qui magno iam nunc ſub præſide iuras,
Cuique ſacer primum tradit Germanicus enſem.
Non minus hoc, fortis quam ſi tibi panderet ipſe
Bellipotens aquilas, tortáque induceret ora
Caſſide, vade alacer, maioráque diſce mereri.

EPICEDION IN PARTEM.

IPſe malus vires, & lamentabile carmen
Elyſio de fonte mihi, pulſúmque ſiniſtra
Dagenitor perdocte lyra, néq; enim antra moueri
Delia, nec ſolitam fas eſt impellere Cyrrham,
Te ſine Corycia quidquid modo Phœb' in vmbra
Quicquid ab Iſmariis monſtrabat collibus Euan,
*Dedidici fugere * meos Parnaſia crines* al. mei.
Vellera, funeſtámque ederis irrepere taxum
Extimui, trepidámque (nefas) areſcere laurum.

Certè ego, magnaminum qui facta attollere regũ
Ibam altum ſpirans, Martemq; æquare canendo.
Quis ſterili mea corda ſitu, quis Apolline merſo
Frigida damnatæ produxit nubila menti?
Stãt circum attonitæ Vatem, & nil dulce ſonantes
Nec digitis, nec voce deæ, dux ipſa ſilenti
Fulta caput cithara: qualis poſt Orphea raptum
Aſtitit Hebre tibi, cernens iam ſurda ferarum
Agmina, & immotos ſublato carmine lucos,
Ac tu ſeu membris emiſſus in ardua tendens,
Fulgenteſq; plagas, rerúmque elementa recenſes,
Quis Deus, vnde ignes, quæ ducat ſemita ſolem,
Quæ minuat Phœben, quæq; integrare latentem
*Cauſa queat, * notiq; modos extendis Arati.* al. docti.
Sed tu Lethæi ſecreto in gramine campi
Concilia Heroum iuxta, Maneſq; beatos,
Mæonium Aſcræumq; ſenem, non ſenior vmbra
Accolis, alternumq; ſonas, & carmina miſces.
Da votem magno Pater ingeniúmque dolori.
Nam me ter relegens cœlo, terq; ora retexens
Luna videt reſidem, nullaque Heliconide triſtes
Solantem curas, tuus vt mihi vultibus ignis
Irrubuit, cinerémque oculis humentibus hauſi.
Vilis honos ſtudiis, vix hæc in munera ſoluo
Primum animum, taciti ſq; ſitum depellere curis.
Nunc etiam labente manu, nunc lumine ſicco
Ordior accliuis tumulo, quo molle quieſcis
Iugera noſtra tenens, vbi poſt Æneia fata
Solatus, Latiis ingeſſit montibus Albam

Aſcæ

Aſcanius, Phrygio dum pingues ſanguine campos
Odit, & infauſtæ regnum dotale Nouercæ.
Hic ego te (nam Sicanij non mitius halat
Aura croci, dites nec ſic tibi rara Sabæi
Cinnama, odoratas nec Arabs decerpſit ariſtas.)
Inſerui cum laude loci: ſed carmine plango
Pierio, ſumas gemitus, & vulnera nati,
Et lachrymas, rari quas nũ quã habuere parẽtes.
Atque vtinã ſortuna dares mihi Manibus aras,
Par templis opus, aëriamque educere molem
Cyclopum ſcopulos vltra, atque audacia ſaxa
Pyramidum, & magno tumulum prætexere luco:
Illic & Siculi ſuperaſſem dona ſepulchri.
Et Nemees lucum, & Pelopis ſolennia trunci.
Illic Oebalio non finderet aëra diſco
Graiorum vis vlla virûm, non aura rigaret
Sudor equûm, aut putri ſonitũ daret vngula foſſa.
Sed Phœbi ſimplex chorus. Hic frondẽtia vatum
Præmia, laudato genitor tibi ritè dicarem.
Ipſe madens oculis, vmbrarum, animæq; ſacerdos
Præcinerem gemitum, cui te nec Cerberus omni
Ore, nec Orpheæ quirent auertere leges:
Atque tibi, moreſq; tuos & facta canentem
Fors & magniloquo non poſt habuiſſet Homero,
Tenderet & toruo pietas æquare Maroni.
Cur magis inceſſat ſuperos, & ſæua ſororum
Stamina, quæ tepido genitrix ſuper aggere nati
Orba ſedet? vel quæ primæui coniugis ignem
Aſpicit, obſtantesq; manus, turdamq; tenentem

Vincit

Vincit in ardentem liceat moritura maritum?
Maior certè aliis ſuperos, & Tartara pulſem
Inuidia, externis etiam miſerabile viſu
Funus eat, ſed nec modo ſe natura dolenti,
Nec pietas iniuſta dedit: mihi limine primo
Fatorum & viridi genitor ceu raptus ab æuo,
Tartara dura ſubis, nec enim Marathonia virgo
Parcius extinctum ſæuorum crimine agreſtum
Fleuerit Icarium, Phrygia quam turre cadentem
Aſtyanacta parens: laqueo quin illa ſupremo
Incluſit gemitus, & te poſt funera magni
Hectoris, Hæmonio pudor eſt ſeruiſſe marito.
Non ego, quas fati certus ſibi voce canora
Inferias præmittit Olor: nec rupe quod atra
Tyrrhenæ volucres nautis prædulce minantur,
In patrios adhibebo rogos, non murmure trunco
Quod gemit, & duræ queritur Philomela ſorori.
Nota nimis vati, quis non in funere cunctos
Heliadum ramos, lachrymoſaq; germina dixit?
Et Phrygiũ ſilicem? atq; auſum cõtraria Phœbo
Carmina? nec ſciſſa gauiſam Pallada buxo?
Te pietas oblita virum, reuocataq; cœlo
Iuſtitia, & gemina plangat facundia lingua,
Et Pallas doctiq; cohors Heliconia Phœbi.
Quis labor Aonios ſeno pede ducere campos,
Et quibus Arcadia carmen teſtudine menſis
Cyda labor, noménque fuit: quóſq; orbe ſub omni
Ardua ſeptena numerat Sapientia fama.
Qui furias, regumq; domos, auerſaq; cœlo

Sydera

Sydera terrifico ſuper intonuere cothurno,
Et quîs laſciua vires tenuare Thalia
Dulce, vel heroos greſſu truncare tenores.
Omnia namq́ animo cõplexus, & omnib⁹ auctor.
Qua fandi vis lata patet: ſiue orſa libebat
Aoniis vincere modis, ſeu voce ſoluta
Spargere, & effreno nimbos æquare profatu.
Exere ſemirutos ſubito de puluere vultus
Parthenope, crinémque afflato monte ſepulti
Pone ſuper tumulos, & magni funus alumni.
Quo non Munichiæ quicquam præſtantius arces,
Doctáque Cirene, Spartéve animoſa creauit,
Si tu ſtirpe vetus, famaq́ obſcura iaceres
Nil gentile tenens, illo te ſiue probares
Graiam, atque Euboico maiorem ſanguine duci.
Ille tuis toties præſtinxit tempora ſertis,
Cum ſtata laudato caneret quinquennia verſu,
Ora ſupergreſſus Pylij ſenis, oraq́ regis
Dulichijs, ſpecieq́ comam ſubnexus vtraq́:
Non tibi deformes obſcuri ſanguinis ortus,
Nec ſine luce genus (quãquam fortuna parĕtum
Arctior expenſis) etenim te diuite ritu
Ponere purpureos infantia adegit amictus,
Stirpis honore datos, & nobile pectoris aurum,
Protinus exorto dextrum riſere ſorores
Aonides, pueróque chelym ſummiſit, & ora
Imbuit amne ſacro, iam tum tibi blandus Apollo.
Nec ſimplex patriæ decus, & natalis origo
Pendet, & ambiguo gemina certamine terra

Te de

Te de gente ſuum Latiis aſcita colonis
Graia refert Selle: Graius qua puppe magiſter
Excidit, & mediis miſer euigilauit in vndis
Mæon, & inde ſuum longo probat ordine vitæ
Mæonidem, aliæq; aliis natalibus vrbes.
Diripiunt, cunctæq; probant non omnibus. Ille
Verſus alit victos immanis gloria falſi,
Atque ibi dum profers annos, vitamq; ſalutas,
Protinus ad patrij raperis certamina luſtri
Vix implenda viris, laudum feſtina: ſed vt dux
Ingenij ſtupuit primæua ad carmina plebes
Euboea, & natis te monſtrauere parentes:
Inde frequens pugnæ, nullóque ingloria ſacro
Vox tua non toties victorem Caſtora gyro,
Nec fratrem caſtu virides plauſere Terapnæ.
Sic pronum vicisſe domi: quid Achæa mereri
Præmia nunc ramis Phœbi, nunc germine Lernæ,
Nunc Arhamantea protectum tempora pinu
Cum toties laſſata, tamen nuſquam auia frondes
Abſtulit, aut alium tetigit victoria crinem.
Hinc tibi vota patrum credi: generoſáque pubes
Te monitore regi, mores & facta priorum
Diſcere quis caſus Troiæ, quàm tardus Vlyſſes,
Quãtus equos pugnasq; virum decurrere verſu
Mæonides: quantúmque pios ditarit agreſtes
Aſcræus, Siculúſque ſenex: qua lege recurrat
Pindaricæ vox flexa lyræ: volucrumq; precator
Obſitus, & tetricis Alcman cantatus Amiclis,
Steſicorúſque ferox, ſaltúſque ingreſſa viriles

Non

Non formidata temeraria Leucade Sappho,
Quoſq; alios dignata chelys, tu pandere doctus
Carmina Battiadæ, latebraſq; Licophronis atri,
Sophronaq; implicitum, tenuiſq; arcana Corinnæ.
Sed quid parua loquor? tu par aſſuetus Homero
Ferre iugum, ſenoſq; pedes æquare ſolutis
Verſibus, & numquam paſſu breuiore relinqui,
Quid mirum, patriæ ſi te patiere relictæ,
Quos Lucanus ager, rigidi quos iugera Dauni,
Quos Veneri plorata domus, neglectaq; tellus
Alcide, vel quos è vertice Surrentino
Mittit Tyrrheni ſpeculatrix virgo profundi?
Quos propiore ſinu lituo, remoq; notatus
Collis, & Auſonij pridem laris hoſpita Cyme:
Quoſq; Dicarchæi partus, Baianaq; mittunt
Littora, qua mediis altè permiſſus anhelat
Ignis aquis, & operta domos incendia ſeruant.
Siç ad auernales ſcopulos, & opaca Sibyllæ
Antra, rogatur æ veniebant vndique gentes.
Illa minas Diuûm, Parcarúmque acta canebat,
Quamuis decepto vates non irrita Phœbo:
Nox & Romuleam ſtirpem, procereſq; futuros
Inſtruis, inque patrum veſtigia ducere perſtas.
Sub te Dardanius facis explorator operta,
*Qui * Diomedei cælat penetralia furti,*
Creuit, & inde ſacrũ didicit puer arma probare
** Monſtratis alis, præſagumq; æthera certis*
Augurijs: cui Calcidicum fas voluere carmen,
Lanea cui Phrigij eſt coma Flaminis & tua multis

al. Diomedes Mõſtraſtis aliis

Verbo

Verbera ſuccincti formidauere Luperci.
Et nunc ex illo forſan grege gentibus alter
Iura dat Eois, alter compeſcit Iberos.
Alter Achæmenium ſecludit Zeugmate Perſen.
Hi dites Aſiæ populos, hi Pontica frenant,
Hi fora pacificis emendant faſcibus, illi
Caſtra pia ſtatione tenent, tu laudis origo.
Non tibi certaſſet iuuenilia fingere corda
Neſtor, & indomiti Phœnix moderator alumni.
Quique tubas acres, lituoſq; audire volentem
Aeaciden, alio frangebat carmine Chiron.
Talia dum celebras, ſubitam ciuilis Erinnys
Tarpeio de monte facem Phlegræaq; mouit
Præliа: ſacrilegis lucem Capitolia tædis,
Et Senonum furias Latiæ ſenſere cohortes.
Vix requies flammæ, nec dum rogus ille deorum
Sederat: exciſis cum tu ſolatia templis
Impiger, & multum facibus velocior ipſis,
Concinis ore pio, captiuaq; numina defles,
Mirantur Latij proceres, vltorq; deorum
Cæſar, & è medio diuum pater annuit igni.
Iamque & flere pio Veſuuina incendia cantu
Mens erat, & gemitum patriis impendere dānis,
Cum pater exemptum terris ad ſydera montem
Suſtulit, & latè miſeras deiecit in vrbes.
Me quoque vocales lucos, luſtrataq; Tempe
Pulſantem cum ſtirpe tua deſcendere dixi.
Admiſere deæ, nec enim mihi ſydera tantum;
Aequoraq; & terras, quantum oſtendere parēti.

Sic decus hoc, quodcúmque lyra, primusq; dedisti
Non vulgarè loqui, & famam sperare sepulchro.
Qualis eras, Latios quoties ego carmine patres
Mulcerem fœlixque tui spectator adesses
Muneris? heu quali confusus gaudia fletu
Vota piósque metus inter, latûmque pudorem.
Qualis & illa dies, qua non mihi gloria maior,
Talis Olympiaca iuuenem cum spectat arena
Qui genuit, plus ipse ferit: plus corde sub alto
Caditur, attendunt cunei: spectatur Acetes
Ille magis, crebro dum lumina pulueris hausti
Obruit: & prensa vouet expirare corona.
Hei mihi quod tantum patrias ego vertice frõdes
Solá que Chalcidica Cerealia dona corona
Te sub teste tuli, qualem te Dardanus Alba
Vix cepisset & ager, si per me serta tulisses
Cæsarea donata manu: quod subdere robur
Illa dies, quantum potuit demptisse senectæ,
Nam quod me mixta Quercus non pressit oliua.
Et fugit speratus honos, cum dulce parentis
Inuida Tarpeij, caneret te nostra magistro
Thebais, Vrgebant priscorum exordia vatum
Tu cantus stimulare meos, tu pandere facta
Heroum belliq; modos, positúsque locorum
Monstrabas: labat incerto mihi limite cursus
Te sine, & orbata caligant vela carina.
Nec solum larga memet pietate fouebas.
Talis & in thalamos, vnâ tibi cognita tedâ
Connubia vnus amor, certe se iungere matrem

Iam

Iam gelidis nequeo buſtis, te ſentit, habetq́,
Te videt, & tumulos, ortúque obitúque ſalutat
Vt Pharios alia ficta pietate dolores
Migdoniósque colunt, & non ſua funera plorant.
Quid referam expoſitos ſeruato pondere mores?
Quæ pietas? quã vile lucrum? quæ cura pudoris?
Quãtus amor recti? rurſúſque vbi dulce remitti:
Gratia quæ dictis? animo quam nulla ſenectus?
His tibi pro meritis, famam laudéſque benignas
Vindex cura Deûm, nullóque è vulnere triſtem
Conceſſit, raperis genitor non indigus aui,
Non nimius, triniſque decem quinquẽnia luſtris
Iuncta ferens, ſed me pietas numerare dolórque
Non ſinit: ô Pylias aui tranſcendere metas,
Et Teucros æquare ſenes, ô digne videre
Me ſimilem! ſed nec læti tibi ianua triſtis
Quippe leues cauſæ, nec ſegnis labe ſenili
Exitus, inſtanti præmiſit membra ſepulchro.
Sed te torpor iners, & mors imitata quietem,
Explicuit, falſóque tulit ſub tartara ſomno.
Quos ego tũc gemit⁹? comitũ manus anxia vidit:
Vidit & exemplum genitrix, gauiſáque nouit,
Quæ lamenta tuli, veniam concedite manes:
Fas dixiſſe pater, non tu mihi plura dediſſes,
Fœlix ille patrem vacuis circundebit vlnis:
Vellet, & Elyſia quamuis in ſede locatum,
Abripere, & Danaas iterum portare per vmbras.
Tentantem, & viuos molitum in tartara greſſus.
Detulit inferna vates longæua Diana.

Si Chelyn Odryſiam pigro tranſmiſit auerno
Cauſa minor ſi Theſſalicis Admetus in oris
Sylua vna tetra Philaceida rettulit vmbram,
Cur nihil exoret genitor chelys aut tua Manes,
Aut mea? fas mihi ſit patrios contingere vultus:
Fas iunxiſſe manus, & lex quacunque ſequatur.
At vos vmbrarum reges, Aetneaque Iuno
(Si laudanda precor) tadas auferte, comaſq;
Eumenidum, nullo ſonet aſper ianitor ore.
Centauroſq;, hydraque greges, Scylleáque monſtra
Auerſa celent valles, vmbramque ſenilem
Inuitet ripis diſcuſſa plebe ſupremis
Vector, & in media componat molliter alga.
Ite pij manes, Graiumq; examina vatum,
Illuſtremq; animam letheis ſpargite ſertis,
Et monſtrate nemus, quo nulla irrupit Eri
In quo falſa dies, cœlóque ſimillimus aer.
Inde tamen venias melior, qua in porta malignũ
Cornea vincit ebur, ſomniq; in imagine monſtra
Qua ſolitus, ſic ſacra Numa, rituſq; colendos
Mitis Aricino dictabat Nympha ſub antro.
Scipio ſic pleno Latio Ioue ducere ſomnos
Creditur Auſonijs, & non ſine Apolline Sylla.

AD SOMNVM.

CRimine quo merui iuuenis placidiſſime di-
Quóve errore miſer, donis vt ſolus egerẽ (uũ
Sõne tuis? tacet omne pecus volucreſq; feræque,
Et ſimulant feſſos curuata cacumina ſomnos.

Nec

Nec trucibus fluuiis idem ſonus, occidit horror
Æquoris, & terris maria acclinata, quieſcunt
Septima iam rediens Phœbe mihi reſpicit ægras
Stare genas, totidem Oetæa, Paphiaq; reuiſunt
Lampades: & toties noſtros Titonia queſtus
Præterit, & gelido ſparſit miſerata flagello.
Vnde ego ſufficiam? non ſi mihi lumina mille,
Quæ ſacer alterna tantum ſtatione tenebat
Argus, & haud vnquam vigilabat corpore tuto.
At nunc heus aliquis longa ſub nocte puellæ
Brachia nexa tenens, vltro te Somme repellit.
Inde veni, nec te totas infundere pennas
Luminibus compello meis (hoc turba precatur
Latior) extremo me tange cacumine virgæ,
Sufficit, aut leuiter ſuſpenſo poplite tranſi.

EPICEDION IN FILIVM.

ME miſerũ (neq; enim vrbis ſolemnibus vlla
Incipiam, nec Caſtaliæ vocalibus vndæ
Inuiſus, Phœboq; grauis) quæ veſtra ſorores
Orgia Pieriæ, quas inceſtauimus aras?
Dicite poſt pœnam liceat commiſſa fateri.
Nunquid inacceſſo poſui veſtigia luco?
Num vetito de fonte bibi? quæ culpa? quis error:
Quem luimus tantis mœroribus? ecce lacertis
Viſcera noſtra tenens, animaq; auellitur infans.
Nõ de ſtirpe quidem, nec qui mea nomina ferret,
Oraq;: non fueram genitor, ſed cernite fletus,
Liuenteſq; genas, & credite planctibus orbi

Orbus ego, huc patres, & aperto pectore matres
Conueniant, cineresq; oculis, & carmina ferte,
Si qua sub uberibus plenis ad funera natos
Ipsa gradu labente tulit, madidumq; cecidit
Pectus, & ardentes restinxit latè fauillas.
Quisquis adhuc teneræ signatum flore iuuentæ
Immersit cineri iuuenum, primaq; iacentis
Serpere crudeles uidit lanugine flammas,
Adsit, & alterno mecum clamore fatiscat,
Vincetur lachrymis, & te natura pudebit,
Tanta mihi feritas, tanta est insania luctus.
Hoc quoque cum meditor ter dena luce peracta
Accliuis tumulo, luctus in carmine uerto,
Discordesq; modos, & singultantia uerba
Molior, orsa dolor prohibet, atque ira tacendi
Impatiens, sed nec solitæ mihi uertice Laurus,
Nec fronti uittatus honos, en taxea marcet
Syluæ comis, hilaresq; hederas plorata cupressus
Excludit ramis, ignauo pollice chordas
Pulso, sed incertam digitis errantibus amens
Scindo chelyn, iuuat heu iuuat illaudabile carmẽ
Fundere, & incomptæ miserum laudare dolorem.
Sic merui, sic me cantuq; habituq; nefastum
Aspiciant superi pudeat, Thebasq; nouemq;
Æacidem, nil iam placidum manabit ab ore:
Ille ego qui toties blandus, matrumq; patrumq;
Vulnera, qui uiuos potuit mulcere dolores,
Ille ego lugentem mitis solator, acerbis
Auditus tumulis & descendentibus umbris,

Defi

Deficio, medicasq; manus, fomentaq; quæro
Vulneribus, sed summa mei, nunc tempus amici
(Quorum ego manantes oculos, & saucia tersi
Pectora) reddite opem sæuas exoluite grates.
Nimirum cum vestra domus ego funera, mœstus al. domus.
Increpito tunc damna dolens aliena repono
Infœlix lachrymas, & tristia carmina seruo.
Verum erat absumpta vires, & copiam fandi
Nulla mihi, dignumq; nihil mens flumina tanto*
Rupperit, inferior vox omnis, & omnia sordent al. fulmine.
Verba; ignosce puer: tu me caligine mœstum
Obruis à duro viso, sic vulnere cæca
Coniugis, inuenit, caneret quòd Thracius Orpheus
Dulce sibi: sic busta Lini complexus Apollo
Non tacuit, nimius fortasse, auiduq; doloris
Dicor & in lachrymis iustum excessisse pudorem.
Quisnã autem gemitus, lamẽtaq; nostra reprẽdit?
O nimium fœlix, nimium crudelis & expers
Imperij fortuna tui, qui dicere legem
Fletibus, aut fines audet censere dolendi
Incitat (heu) planctus potius fugientia ripas
Flumina deuincas, rapidis aut ignibus obstes,
Quam miseros lugere vetes, tamen ille seuerus
(Quisquis is est) nostræ cognoscat vulnera causæ,
Non ergo mercatus Pharia de puppe loquaces
Delitias doctúmue sui conuicia Nili
Infantem, linguaq; simul, salibusq; proteruum
Dilexi, meus ille meus: tellure cadentem
Excepi, & vinctum genitali carmine foui,

Poſcentemq́ nouas tremulis vlulantibus auras,
Inſerui vitæ, quid plus tribuere parentes?
Quin alios ortus: libertatemq́ ſub ipſis
Vberibus tibi parue dedi, heu munera noſtra
Ridebas ignarus adhuc: properauerat ille,
Sed merito properabat amor, ne perderet vllum
Libertas tam parua diem, nonne horridus ipſos
Inuidia ſuperos, iniuſtaq́ tartara pulſem,
Nonne gemam te care puer? quo ſoſpite natos
Non cupiit primo gemitum qui protinus ortu
Implicuit, fixitq́ mihi, cui verba ſonoſq̃
Monſtraui (queſtuſq́ & vulnera cæca reſoluam)
Reptantemq́ ſolo demiſſus ad oſcula dextrâ
Erexi, blandoq́ ſinu, iam iamq́ natantes
Exercere genas, dulceſq́ accerſere ſomnos.
Cui nomen vox prima meum, ludusq́ tenello
Riſus, & è noſtro veniebant gaudia vultu.

SYLVARVM FINIS.

P. PA

P. PAPINII STATII THEBAIDOS LIBER PRIMVS.

Deest argumentum.

FRaternas acies, alternaq́ regna profanis
Decertata odiis, sonteſq́ euoluere Thebas,
Pierius menti calor incidit: vnde iubetis
Ire Dea? gentíſne canam primordia dira?
Sidonios raptus, & inexorabile pactum
Legis Agenoreæ? ſcrutantemq́ æquora Cadmum?
Longa retro ſeries, trepidum ſi Martis, operti
Agricolam infandis condentem prælia ſulcis
Expediam, penituſq́ ſequar quo carmine muris
Iuſſerit Amphion Tyrios accedere montes.
Vnde graues iræ cognata in mœnia Baccho
*Quod ſæuæ Iunonis opus, cui ſumpſerit * arcus* *Vv. arcũ.
Infœlix Athanas, cur non expauerit ingens 10
Ionium, ſocio caſura Palæmone mater.
Atque ideo iã nũc gemitus, & proſpera Cadmi* Vv. adeo.
Prætereiſſe ſinam: limes mihi carminis eſto
Oedipodæ confuſa domus: quando Italia nondum
Signa, nec Arctoos auſim ſperare triumphos.
Biſq́ iugo Rhenum: bis adactum legibus Iſtrum

Et coniurato deiectos vertice Dacos:
Aut defensa prius vix pubescentibus annis
Bella Iouis: tuq; ô Latiæ decus addite famæ,
Quem noua maturi subeuntem exorsa parentis
Æternum sibi Roma cupit, licet actior omnes
Limes agat stellas, & te plaga lucida cœli
Pleiadum, Boreæq; & hiulci fulminis expers
Sollicitet, licet ignipedum frænator equorum
Ipse tuis alte radiantem crinibus arcum
Imprimat, aut magni cedat tibi Iuppiter æqua
Parte poli, maneas hominum contentus habenis,
Vndarum terræq; potens, & sydera dones
Tempus erit, cum laurigero tua fortior œstro* *al. Pierio*
Facta canã, nunc tendo chelyn, satis arma referre
Aonia, & geminis sceptrum exitiale Tyrannis.
Nec furiis post fata modum, flammaq; rebelles
Seditione rogi, tumuliq; carentia Regum
Funera & egestas alternæ mortibus vrbes:
Cærula cum rubuit Lernæo sanguine Dirce,
Et Thetys arentes assuetum stringere ripas,
Horruit ingenti venientem Ismenon aceruo.
Quem prius heroum Clio dabis? immodicum iræ,
Tydæ? laurigeri subitos an vatis hiatus?
Vrget, & hostilem propellens cædibus amnem
Turbidus Hippomedon plorandáq; bella proterui
Arcados, atque alio Capaneus horrore canendus.
Impia iam merita scrutatus lumina dextrâ
Merserat æterna damnatum nocte pudorem
Oedipodes, longáq; animam sub morte trahebat.

Illum

Illum indulgentem tenebris, imaq́ recessu
Sedis in aspectos cœlo: radiisq́ penates
Seruantem, tamen assiduis circumuolat alis
Sæua dies animi, scelerúmq́ in pectore diræ.
Tunc vacuos orbes crudum, ac miserabile vitæ
Supplicium ostentat cœlo, manibusq́ cruentis
Pulsat inane solum, sæuáque ita voce precatur;
Di sontes animas, angustâque Tartara pœnis
Qui regitis, tuq́ vmbrifero Styx liuida fundo
Quam video, multúmque mihi consueta vocari
Annue Tisiphone peruersáque vota secunda
Si bene quid merui, si me de matre cadentem
Fouisti gremio, & traiectum vulnere plantas
Firmasti: si stagna petij Cyrrhæa bicorni
Interfusa iugo, possem cum degere falso
Contentus Polybo, trifidæq́ in Phocidos arce
Longæuum implicui regem, secuiq́ trementis
Ora senis, dum quæro patrem, si Sphyngos iniquæ
Callidus ambages te præmonstrante resolui,
Si dulces furias, & lamentabile matris:
Connubium gauisus inij, noctémque nefandam
Sæpe tuli, natósque tibi (scis ipsa) parauí:
Mox auidus pœnæ digitis cedentibus vltro
Incubui, miseráque oculos in matre reliqui
Exaudi, si digna precor, quæq́ ipsa furenti
Subijceres, orbum visu: regniq́ carentem
Non regere, aut dictis mœrentem flectere adorti
Quos genui, quocumque toro: quin ecce superbi
(Pro dolor) & nostro iam dudum funere reges

In

Insultant tenebris, gemituſq́ odere paternos.
Hisne etiam funeſtus ego, & videt iſta deorum
Ignauus genitor? tu ſaltem debita vindex
Huc ades, & totos in pœnam ordire nepotes.
Indue quod madidum tabo diadema cruentis
*Vnguibus * arripui, votiſq́ inſtincta paternis*
I media in fratres, generis conſortia ferro
Diſſiliant, da tartarei regina barathri
Quod cupiam vidiſſe nefas, nec tarda ſequetur
Mẽs iuuenũ, modo digna veni, mea pignora noſces
Talia iactanti crudelis Diua ſeueros
Aduertit vultus, inamœnum forte ſedebat
Cocyton iuxta, reſolutaq́ vertice crines
Lambere ſulphureas permiſerat anguibus vndas
Ilicet igne Iouis, lapſiſq́ citatior aſtris
Triſtibus exiliet ripis: diſcedit inane
*Vulgus, & *occurſu domina pauet illa per vmbras,*
Et caligantes animarum examine campos,
Tenaria limen petit irremeabile porta.
Sénſit adeſſe dies: piceo nox obuia nimbo
Lucentes turbauit equos, procul arduus Atlas
Horruit, & dubia cœlum ceruice remiſit.
Arripit extemplo Malea de valle reſurgens
Notum iter ad Thebas, neque enim velocior vllas
Itq́ reditq́ vias, cognataq́ tartara mauult.
Centum illi ſtantes vmbrabat ora Ceraſta,
Turba minor diri capitis: ſedet intus abactis
Ferrea lux oculis: qualis per nubila Phœbes
Atrea rubet arte labor ſuffuſa veneno

Tendi

*Vv. abrupi.

al. dicenti.

a. occurſus.

Tenditur, ac ſanie gliſcit cutis igneus atro
Ore vapor, quo longa ſitis, morbiq; fameſq;
Et populis mors vna venit, ridet horrida tergo
Palla, & cærulei redeunt in pectore nodi.
Atropos hos, atq; ipſa nouat Proſerpina cultus.
Tum geminas quatit illa manus, hac igne rogali
Fulgurat, hæc viuo manus æra verberat Hydro.
Vt ſtetit, abrupta qua plurimus arce Cytheron
Occurrit cœlo, fera ſibila crine virenti
Congeminat: ſignum terris, vnde omnis Achæi
Ora maris latè, Pelopeiaq; regna reſultant
Audiit, & medius cœli Parnaſſus & aſper
Eurotas, dubiamq; iugo fragor impulit Oeten
In latus, & geminis vix fluctibus obſtitit Iſthmos.
Ipſa ſuum genitrix curuo delphine vagantem
Arripuit frenis, gremioq; Palæmona preſſit.
*Atq; ea Cadmæo præceps vbi * limine primum*
Conſtitit, aſſuetaq; infecit nube penates:
Protinus attoniti fratrum ſub pectore motus,
Gentileſq; animos ſubiit furor, ægraq; lætis
Inuidia, atque parens odij metus, inde regendi
Sæuus amor: ruptæq; vices, iuriſq; ſecundi
Ambitus impatiens, & ſummo dulcius vnum
Stare loco, ſociiſq; comes diſcordia regni:
Sic vbi delectos per torua armenta iuuencos
Agricola impoſito ſociare affectat aratro:
Illi indignates, quîs nondum vomere multo
Ardua nodoſos ceruix deſcendit in armos,
In diuerſa trahunt, atque æquis vincula laxant

* L. B. culmine.

Viri

Viribus, & vario confundunt limite Sulco:
Haud ſecus indomitos præceps diſcordia fratres
Aſperat alterni placuit ſub legibus anni
Exilio mutare ducem, ſic iure maligno
Fortunam tranſire iubent, vt ſceptra tenentem
Fœdere præcipiti ſemper nouus angeret hæres.
Hæc inter fratres pietas erat: hæc mora pugnæ
Sola, nec in regem, perducatura ſecundum,
Et nondum craſſo laquearia furta metallo,
Montibus aut latè Graiis effulta nitebant
Atria congeſtos, ſatis explicitura clientes.
Non impacatis Regum ad vigilantia ſomnis
Pila, nec alterna ferri ſtatione gementes
Excubiæ, nec cura mero committere gemmas,
Atque aurum violare cibis, ſed nuda poteſtas
Armauit fratres: pugna eſt de paupere regno.
Dúmque vter anguſtæ ſqualentia iugera Dirces
Verteret, aut Tyrij ſolio non altus ouaret
Exulis, ambigitur: periit ius fáſque bonúmque,
Et vitæ mortiſque pudor: Quo tenditis iras
Ah miſeri? quid ſi peteretur crimine tanto
Limes vtérque poli, quem ſol emiſſus Eoo
Cardine, quem portu vergens proſpectat Ibero?
Quaſq; procul terras obliquo ſydere tangit
Auius, aut Borea gelidas, madidiue tepentes
Igne Noti? quid ſi Tyriæ Phrygiæue ſub vnum
Conuectentur opes? loca dira, arcéſque neſandæ
Suffecere odio, furiiſq; immanibus emptum eſt
Oedipodæ ſediſſe loco. Iam ſorte cadebat

Di

Dilatus Polynicis honos, quis tum tibi ſaue?
Quis fuit ille dies? vacua cum ſolus in aula
Reſpiceres ius omne tuum, cunctóſque minores,
Et nuſquã par ſtare caput? Iam murmura ſerpunt
Plebis Echioniæ, tacitúmq; à principe vulgus
Diſſidet, & qui mos populis, venturus amatur.
Atque aliquis, cui mens humili laſiſſe veneno
Summa, nec impoſitos vnquam ceruice volenti
Ferre duces: hãcne Ogygiis, ait, aſpera rebus
Fata tulere vicem? toties mutare timendos,
Alternóque iugo dubitantia ſubdere colla!
Partiti verſant populorum ſata, manuque
Fortunam fecere leuem: ſempérne vicissim
Exulibus ſeruire dabor? tibi ſumme deorum,
Terrarúmque ſator ſociis hanc addere mentem
Sedit, an inde vetus Thebis extenditur omen,
Ex quo Sidonij nequicquam blanda iuuenci
Pondera Carpatio iuſſus ſale quærere Cadmus
Exul Hyantheos inuenit regna per agros?
Fraternáſque acies fœte telluris hiatu.
Augurium, feros dimiſit adúſque nepotes?
Cernis vt erectum torua ſub fronte minetur
Sæuior aſſurgens dempto conſerte poteſtas?
Quas gerit ore minas? quãto premit omnia faſtu?
Hicne vnquam priuatus erit? tamen ille precanti
Mitis, & affatu bonus & patientior æqui.
Quid mirum? non ſolus erat, nos vilis in omnes
Prompta manus caſus domino cuicúnque parati.
Qualiter hinc gelidus Boreas, hinc nubifer Eur⁹

Vela trahunt, nutat media fortuna carina.
Heu dubio suspensa metu, tolerandaq; nullis
Aspera sors populis, hic imperat: ille minatur,
At Iouis imperio rapidi super atria cœli
Lectus concilio diuûm conuenerat ordo
Interiore polo, spatiis hinc omnia iuxta
Primæque occiduæque domus effusa sub omni
Terra, atque vnda die, mediis sese arduus infert
Ipse deis placido quatiens tamen omnia vultu,
Stellantiq; locat solio, nec protinus ausi
Calicolæ, veniam donec pater ipse sedendi
Tranquillæ iubet esse manu, mox turba vagorum
Semideúm, & summis cognati nubibus amnes
Et compressa metu seruantes murmura venti
Aurea templa replent, mixta conuexa deorum
Maiestate tremunt, radiant maiore sereno
Culmina, & arcano florentes lumine postes.
Postquam iussa quies, siluitq; exercitus orbis,
al. exter- ritus. *Incipit ex alto graue & immutabile sanctis*
Pondus adest verbis, & vocem fata sequuntur.
Terrarum delicta, nec exuperabile diris*
Ingenium mortale queror, quonam vsq; nocẽtum
b. al. ex- saturabile. * *Exigor in pœnas? tædet sæuire coruſco*
* b. exigar. *Fulmine iam pridem Cyclopum operosa fatiscunt*
Brachia, & Æoliis desunt incudibus ignes.
Atque ideo tuleram falso rectore solutos
Solis equos, cœlumq; rotis errantibus vri
Et Phaetontea mundum squalere familla.
Nil actum est, neque tu valida quod cuspide latè

Ire

Ire per illicitum pelago germane dediſti.
Nũc geminas punire domos, qui ſanguinis author
Ipſe ego, deſcendo Perſeos alter in Argos,
Scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas.
Mens cunctis impoſta manet, quis funera Cadmi
Neſciat? & toties excitam à ſedibus imis
Eumeni dum bellaſſe aciẽ? mala gaudia matrum
Erroréſque feros nemorum, & reticenda deorum
Crimina? vix lucis ſpatio, vix noctis abactæ
Enumerare queam mores, gentémque profanam.
Scandare (quin etiam thalamos hic impius hæres
Patris & immeritæ gremium inceſtare parentis
Appetiit, proprios (monſtro) reuolutus in ortus,
Ille tamen ſuperis æterna piacula ſoluit,
Proiecitq; diem: nec iam amplius æthere noſtro
Veſcitur: at nati (facinus ſine more) cadentes
Calcauere oculos, iam iam rata vota tuliſti
Dire ſenex: meruere tuæ, meruere tenebræ
Vltorem ſperare Iouem, noua ſontibus arma
Iniiciam regnis, totúmque à ſtirpe reuellam
Exitiale genus, belli mihi ſemina ſunto
Adraſtus ſocer, & ſuperis adiuncta ſiniſtris
Connubia, hanc etiam pœnis inceſſere gentem
Decretum eſt, neque enim arcano de pectore fal-
Tantalus, & ſæuæ periit iniuria menſæ. (lax-
Sic pater omnipotens, aſt illi ſaucia dictis
Flammato verſans inopinum corde dolorem
Talia Iuno refert: me ne ô iuſtiſſime diuûm
Me bello certare iubes? ſcis ſemper vt arces

Cyclopum, magnique Phoroneos inclyta fama
Sceptra viris opibusque iuuem licet improbus illic
Custodem Pharia, somno letoque iuuenca
Extinguas, septis & turribus aureus intres
Mentitis ignosco toris, illam odimus vrbem
Quam vultu confessus adis: vbi conscia magni
Signa tori, tonitrus agis, & mea fulmina torques,
Facta luant Thebæ, cur hostes eligis Argos?
Quin age? si tanta est thalami discordia sancti,
Et Samon, & veteres armis excinde Mycenas.
*Verte solo Sparten, cur * vsquam sanguine festo*
Coniugis ara tuæ, cumulo cur thuris Eoi
Læta calet? melius votis Mareotica fumat
Coptos, & arisoni lugentia flumina Nili.
Quod si prisca luunt authorum crimina gentes,
Subuenit tuis seria hæc sententia curis
Percensere æui senium, quo tempora tandem
Terrarum furias, abolere, & sæcula retro
Emendare sat est? iamdudum à sedibus illis
Incipe, fluctiuaga quâ præterlabitur vnda
Sicanios longè relegens Alpheos amores.
Arcades hic tua (pudor est) delubra nefastis,
Imposuere locis, illic Mauortius axis
Oenomai, Geticoque pecus stabulare sub Æmo
Dignius: abruptis, & nunc inhumata procorum
*Reliquiis trunca ora rigent * tamen hic tibi tẽpli*
Gratus honos, placet Ida nocens, mentitaque manes
Creta tuos, me Tantaleis consistere tectis
Quæ tandem inuidia est? belli deflecte tumultus,
Et gene

* Cvnquam.

v. etiamnum.

Et generis miſereſce tui: ſunt impia latè
Regna tibi, melius generos paſſura nocentes,
Finierat miſcens precibus conuitia Iunò.
At non ille grauis dictis, quanquam aſperа motu,
Reddidit hæc: equidē haud rebar te mente ſecūda
Laturam, quodcūque tuos, (licet æquus) in Argos
Conſulerem, neque me (ſi detur copia) fallit
Multa ſuper Thebis Bacchum, auſuramq; Dio-
Dicere, ſed noſtri reuerentia ponderis obſtat. (nen
Horrendos etenim latices, Stygij æquora fratris
Obteſtor manſurum, & non reuocabile verum,
Nil fore quo dictis flectar: quare impiger ales
Portantes præcede Notos Cyllenia proles:
Aëra per liquidum, regniſq; illapſus opacis
Dic patruo: ſuperas ſenior ſe tollat ad auras
Laius, extinctum nati quem vulnere nondum
Vlterior Lethes accepit ripa profundi
Lege Erebi: ferat hæc diro mea iuſſa nepoti:
Germanum exilio fretum, Argoliciſq; tumentem
Hoſpitiis, quod ſponte cupit, procul impius aula
Arceat, alternum regni inficiatus honorem,
Hinc cauſa irarum, certo reliqua ordine dicam.
Paret Atlantiades dictis genitoris, & inde
Summa pedum properè plantaribus illigat alis
Obnubitq; comas, & temperat aſtra galero,
Tum dextræ virgam inſeruit, qua pellere dulces
Aut ſuadere iterum ſomnos, qua nigra ſubire
Tartara, & exãgues animare aſſueuerat vmbras
** Diſſiluit: tenuiq; exceptus inhorruit aura.*

* deſoluit.

Nec mora, sublimes raptim per inane volatus
Carpit, & ingenti designat nubila gyro,
Interea patris olim vagus exul ab oris
*Oedipodionides * furtim deserta pererrat*
Aonia, iam iámque animis malè debita regna
Concipit, & longum signis cunctantibus annum
Stare gemit, tenet una dies noctésque recursans
Cura virum, si quando humilem decedere regno
Germanum, & semet Thebis, opibúsque potitum
Cerneret, hac auum cupiat pro luce paciſci.
Nunc queritur ceu tarda fugæ dispendia, sed mox
Attollit flatus ducis, & sedisse superbum
Deiecto se fratre putat, spes anxia mentem
Extrahit, & longo consumit gaudia voto.
Tunc sedet Inachias urbes, Danaiáque regna,
Et caligantes abrupto sole Mycenas,
Ferre iter impauidum, seu prauia ducit Erynnis,
Seu fors illa via, siue hac immota vocabat
Atrops: Ogygiis vlulata furoribus antra
Deserit, & pingues Bacchæo sanguine colles
Inde plagam, quà molle sedens in plana Cytheron
*Porrigitur, * lapſuq; inclinat ad æquora, montem*
Præterit, hinc arctè scopuloso in limite pendens
Infames Scyrone petras, Scyllæaque rura
Purpureo regnata Seni, mitémque Corinthon
Linquit, & in mediis audit duo littora campis.
Iámque peremeriti surgens confinia Phœbi
Titanis, latè mundo subuecta silenti
Roriferæ gelidum tenuauerat aëra biga.

* l.b. furto.

al. lapſum.

Iam

Iam pecudes, volucréſque tacẽt: iã ſommus auaris
Inſerpit curis, pronúſque per aëra nutat
Grata laborata referens obliuia vitæ.
Sed nec puniceo rediturum nubila cœlo
Promiſere iubar, nec rareſcentibus vmbris
Longa repercuſſo nituere crepuſcula Phœbo
Denſior à terris, & nulli peruia flammæ.
Subtexit nox arta polos, iam clauſtra rigentis
*Eoliæ * perculſa ſonant, venturáque rauco*
Ore minantur hyems, venti tranſuerſa frementes
Confligunt, axémque emoto cardine vellunt.
Dum cœlũ ſibi quiſque rapit: ſed plurimus Auſter
Inglomerat noctẽ, & tenebroſa volumina torquet
** Diffunditque imbres, ſicco quos aſſer hiatu*
Perſolidat Boreas, nec non abrupta tremiſcunt
Fulgura, & attritus ſubita face rumpitur æther.
Iam Nemea, iam Tænareis contermina lucis
Arcadiæ capita alta madent, ruit agmine facto
Inachus, & gelidas ſurgens Eraſinus ad Arctos.
Puluerulenta prius, calcandáque flumina nulla
Aggeribus tenuere moræ, ſtagnóq; refuſa eſt.
Funditus, & veteri ſpumauit Lerna veneno.
Frangitur omne nemus, rapiunt antiqua procellæ
Brachia ſyluarum, nulliſq; aſpecta per æuum
Solibus, vmbroſi patuere æſtiua Lycæi.
Ille tamen modo ſaxa iugis fugientia ruptis
Miratur, modo nubigenas è montibus amnes
Aure pauens, paſſimq; inſano turbine raptas
Paſtorum, pecorúmque domos non ſegnius amens,

* lib. percuſſa ca. percluſa.

* l.b. defunditque.

Incertusq́ via, per nigra silentia, vastum
Haurit iter, pulsat metus vndiq́, & vndiq́ fra-
At velut hyberno deprensus nauita ponto, (ter.
Cui neq́ temo piger, neque amico sydera mõstrat
Luna vias medio cœli, pelagiq́ tumultu
Stat rationis inops: iam iamq́ aut saxa malignis
Expectat submersa vadis, aut vertice acuto
Spumantes scepulos erecta incurrere prora,
Talis opaca legens nemorum Cadmeius heros
Accelerat, vasto metuenda vmbone ferarum
Excutiens stabula, & prono virgulta refringit
Pectora: dat stimulos animo vis mœsta timoris,
Donec ab Inachiis victa caligine rectis,
Emicuit, lucem deuexat in mœnia fundens,
Lariss&us apex, illo spe concitus omni
Euolat hinc celsa Iunonia templa Prosymna
Leuus habens, hinc Herculeo signata vapore
Lernei stagna atra vadi tandemq́ recluss
Infertur portis, actutum regia cernit
Vestibula, hic artus imbri, ventoq́ rigentes
*Proiicit, ignotoq́ *accliuis postibus aulæ*
Inuitat tenues ad dura cubilia somnos.
Rex ibi tranquillæ medio de limite vitæ
In senium vergens populos Adrastus habebat
Diues auis, & vtroq́ Iouem de sanguine ducens.
Hic sexus melioris inops: sed prole virebat
Fœmineæ, gemino natarum pignore fulus
Cui Phœbus generos (monstrum exitiabile dictu:
Mox adaperta fides (ano ducente canebat

* vv. acclinis.

Seti

Setigerumq; ſuem, & fuluum aduentare leonem
Hæc voluens, non tu ipſe pater, non docto futuri
Amphiaraë vides, etenim vetat author Apollo.
Tantum in corde ſedens ægreſcit cura * parentis
Ecce autem antiquam fato Calydona relinquens
Oleniius Tydeus) fraterni ſanguinis illum
Conſcius horror agit) eadem ſub nocte ſopora
Luſtra terit, ſimileſq; notos de queſtus & imbres
Infuſam tergo glaciam, & liquentia nimbis
Ora, comaſq; gerens, ſubit vno tegmine, cuius
Fuſus humo gelida, partem prior hoſpes habebat.
Hic vero ambobus rabiem fortuna cruentam
Attulit, haud paſſi ſociis defendere noctem
Culminibus: paulum alternis in verba minásque
Cunctantur: mox vt iactis ſermonibus iræ
Intumuere ſatis, tum verò erectus vtérque
Exertare humeros, nudámque laceſſere pugnam.
Celſior ille gradu procera in membra, ſimulq;
Integer annorum, ſed non & viribus infra
Tydea fert animos, totóſque infuſa per artus
Maior in exiguo regnabat corpore virtus.
Iam crebros ictus ora & caua tempora circùm
Obnoxi ingeminant, telorum, aut grãdinis inſtar
Rhipheæ, flexoq; genu vacua ilia tundunt,
Non aliter quam Piſæo ſua luſtra Tonanti
Cúm redeunt, crudiſq; virum ſudoribus ardet
Puluis, at hinc teneros cauea diſſenſus Ephœbos
Conitat, excluſaque expectant præmia matres,
Sic alacres odio, nullaq; cupidine laudis,

* vv. parenti.

Accensi incurrunt, scrutatur & intima vultus
Vnca manus penitusq; oculis cedentibus instat.
Forsan & accinctos lateri (sic ira ferebat)
Nuda ssent enses, meliúsque hostilibus armis
Lugendus fratri iuuenis Thebane iaceres,
Ni rex insolitum clamorem, & pectore ab alto
Stridentes gemitus noctis miratus in vmbris,
Mouisset gressus, magnis cui sobria curis
Pendebat somno iam deteriore senectus.
Isque vbi progrediens numerosa luce per alta
Atria, dimotis aduerso limine claustris
Terribilem dictu faciem, lacera ora, putréque
Sanguineo videt imbre genas: qua causa furoris
Externi iuuenes? (neque enim meus audeat istas,
Ciuis in vsque manus) quisnam implacabilis ar-
Exturbare odiis tranquilla silentia noctis? (dor
Vsque adeóne angusta dies? & triste parumper
Pacem animo, somnumq; pati? sed prodite tãdem
Vnde orti, quo fertis iter, qua iurgia, nam vos
Haud humiles tanta ira docet, generisq; superbi
Magna per effusum clarescunt signa cruorem.
Vix ea cum mixto clamore obliqua tuentes
Incipiunt vna, Rex ô mitissime Achiuum
Quid verbis opus est: vndantes sanguine vultus
Aspicis, hæc passim turbatis vocis amara
Confudere sonis, inde orsus in ordine Tydeus
Continuat; mœsti cupiens solatia casus,
Monstrifera Calydonis opes, Acheloiaq; arua
Deserui, vestris hic me ecce in finibus ingens

Nox

Nox operit, tecto cœlum prohibere quis iſte
Arguit? au quoniam prior hæc ad limina forte
Molitur greſſus? pariter ſtabulare bimembres
Centauros, vnáque ferunt Cyclopes in Ætna
Compoſitos, ſunt & rabidis iura inſita monſtris
Fáſque ſuum nobis ſociare cubilia terræ, 460
Sed quid ego? haud hodie ſpoliis gauiſus abibis
Quiſquis es his, aut me ſi non effœtus oborto
Sanguis hebet lactu, magni de ſtirpe creatum
Oeneos, & Marti non degenerare paterno
Accipies: Nec nos animi, nec ſtirpis egemus.
*Ille refert contra; ſed mens ſibi conſcia * facti* vv. facti
Cunctatur proferre patrem, tunc mitis Adraſtus
Immo agite, & poſitis, quas nox inopina cæ ſuaſit,
Aut virtus, aut ira minis, ſuccedite tecto. 470
*Iam pariter coëant * animorũ in pignora dextræ,* * l. amborum.
Non hæc incaſſum, diuiſæ abſentibus acta:
Forſan & has venturus amor præmiſerit iras,
Vt meminiſſe iuuet, nec vana voce locutus
Fata ſenex: ſi quidẽ hãc perhibẽt poſt vulnera iũ-
Eſſe fidem, quanta partitũ extrema proteruo(ctis
Theſea Pirithoo, vel inanem mentis Oreſtem
*Oppoſito * rapidam Pylade vitaſſe Megæram.* * vv. rabidam.
Tunc quoque mulcentẽ dictis corda aſpera regem
Iam faciles (ventis vt decertata reſidunt
*Æquora, * laxatiſæ diu tamen aura ſuperſtes* 480
Immoritur velis) paſſi ſubiere penates, * l. laſſatiſque
Hic primùm luſtrare oculis, cultuſæ virorum
Telaæ magna vacat, tergo videt huius inanem

Impexis vtrinque iubis horrere Leonem,
Illius in ſpeciem, per quem Theumeſia Tempe
b. annis *Amphitryoniades fractum iuuenilibus * armis*
Ante Cleonæi veſtitur prælia monſtri.
Terribiles contra ſetis, ac dente recuruo
Tydea per latos humeros ambire laborant
Exuuiæ Calydonis honos, ſtupet omine tanto
Defixus ſenior, diuina oracula Phœbi
Agnoſcens, monitúſq; datos vocalibus antris
Obtutu gelida ora premit, lætuſq; per artus
Horror iit, ſenſit manifeſto numine ductos
Affore quos nexis ambagibus augur Apollo
Portendi generos, vultu fallente ferarum
Ediderat, tunc ſi tendens ad ſidera palmas
Nox, que terrarum, cœlique amplexa labores
Ignea multiuago tranſmittis ſydera lapſu,
Indulgens reparare animũ, dum proximus agris
Infundat Titan agiles animantibus ortus.
al. proli- *Tu mihi * perplexis quæſitam erroribus vltro*
xis. *Aduehis alma fidem: veteriſq; exordia fati*
Detegis, aſſiſtas operi, tuáque omina firmes.
Semper honoratam dimenſis orbibus anni
Te domus, iſta colet, nigri, tibi Diua litabunt
Electa ceruice greges, luſtraliáque exta
Lacte nouo perfuſus edet Vulcanius ignis
Salue priſca fides tripodum, obſcuriq; receſſus,
Deprendi fortuna deos, ſic fatus & ambos
Innectens manibus tecta vlterioris ad aulæ
Progreditur: canis etiamnum altaribus ignes

Sopitum

Sopitum cinerem, & tepidi libamina sacri
Seruabant, adolere focos, epulasq; recentes,
Instaurare iubet, dictis parere ministri
Certatim accelerant, vario strepit icta tumultu
Regia, pars ostro tenues auróque sonantes
Emunire toro, altósque inferre tapetas,
Pars teretes leuare manu ac disponere mensas:
Ast alij tenebras, & opacam vincere noctem
Aggressi, tendunt auratis vincula lychnis.
His labor inserto torrere exanguia ferro
Viscera cæsarum pecudum, his cumulare canistris
Perdomitam saxo Cererem, lætatur Adrastus
Obsequio feruere domum, iamque ipse superbis
Fulgebat stratis, solióque effultus eburno,
Parte alia iuuenes siccati vulnera Lymphis
Discumbunt: simul ora notis fœdata tuentur,
Inq; vicem ignoscunt, tunc rex longæuus Acesten
(Natarum hæc altrix, eadem & fidissima custos
Lecta sacrum iustæ Veneri: occultare pudorem)
Imperat acciri, tacitáque immurmurat aure.
Nec mora præceptis, cùm protinus vtraque virgo
Arcano egressa thalamo (mirabile visu)
Pallados armisonæ, Pharetratæq; ora Dianæ
Æqua ferunt, terrore minus, noua deinde pudori
Visa Virûm facies, pariter pallorq;, ruborq;
Purpureas hausere genas: oculíque verentes
Ad sanctum rediere patrem, postquã ordine mẽsæ
Victa fames, signis perfectam, auroq; nitentem
Iasides pateram famulos ex more poposcit,

Qua

Quá Danaus libare deis, seniorq; Phoraneus
Assueti tenet hæc operum cælata figuras,
Aureus anguicomam præfecto Gorgona collo
Ales habet, iam iamq; vagas (ita visus) in auras
Exilit, illa graues oculos, languentiaq; ora
Penè mouet, viuóque etiam pallescit in auro,
Hinc Phrygius fuluis venator tollitur alis.
Gargara desidunt surgenti, & Troia recedit.
Stant mœsti comites, fruſtraq; sonantia q; laxant.
Ora canes, vmbramq; petunt, & nubila latrant
Hanc vndante mero fundens, vocat ordine cũctos
Cœlicolas. Phœbum ante alios, Phœbũ oĩs ad aras
Laude ciet comitum famulumq; euicta pudica
Fronde manus, cui festa dies, largoq; refecti
Thure, vaporatis lucent altaribus ignes.
Forsitan ô iuuenes quæ sint ea sacra: quibusq;
Præcipuum causis Phœbi obstetemur honorem:
Rex ait, exquirunt animi, non inscia suasit
Religio: magnis exercita cladibus olim
Plebs Argiua litant, animos aduertite, pandam
Post quam cærulæi sinuosa volumina monstri
Terrigenam Pythona deus septem orbibus atris
Amplexum Delphos, squammisq; annosa terẽtem
Robora, Castalijs dum fontibus ore trisculo
Fusus hiat, nigro sitiens alimenta veneno,
Perculit, absumptis numerosa in vulnera telis,
Cyrrhæiq; dedi, centum per iugera campi
Vix tandem explicitũ, noua deinde piacula cædis
Perquirens, nostri tecta haud opulenta Crotopi

Atti

Attigit, huic primis, & pubescentibus annis
Mira decore pio, seruabat nata penates
Intemerata toris, fœlix si Delia numquam.
Furta, nec occultum Phœbo sociasset amorem.
Nãq; vt passa Deum Nemeæi ad fluminis vndã
Bis quinos plena cùm fronte resumeret orbes
Cynthia, sydereum Latonæ fœta nepotem
Edidit: ac pœnæ metuens (neque enim ille coactis
Donasset thalamis veniam pater) auia rura
Eligit, ac natum septa inter ouilia furtim
Montiuago pecoris custodi mandat alendum
Non tibi digna puer generis cunabula tanti
Gramineos dedit herba toros, & vimine querno
Texta domus, clausa arbutei sub cortice libri
Membra tepẽt, suadetq; leues caua fistula somnos:
Et pecori commune solum, sed fata nec illum
*Concessere larem, * viridis nam cessite terræ*
Proiectum temerè, & patulo ca lum ore trahẽtem
Dira canum rabies, morsu depasta cruento
* *Disiicit, hic vero attonitas vt nuntius aures*
Matris adit, pulsi ex animo genitorq; pudorq;
Et metus, ipsa vltro sæuis plangoribus amens
Tecta replet, vacuumq; ferens velamine pectus
Occurrit confessa patri nec motus, at atro
Imperat infandum cupientem occumbere leto.
Sero memor thalami, mæstæ solatia morti
Phœbe paras, monstrũ infandis Acherõte sub imo
Cõceptũ Eumenidum thalamis: cui virginis ora,
Pectoraq;, æternum stridens à vertice surgit;

Et fer

580 590

*vv. viridi.

*dificit.

Et ferrugineam frontem discriminat anguis,
Hæc tam dira lues nocturno squallida passu
Illabi thalamis, animásque à stirpe recentes
**Arripere altricum gremiis, morsuq; cruento*
Deuesci; & multum patrio pingue scere luctu,
Haud tulit armorũ præstans, azimiq; Choræbus,
Sique vltro lectis iuuenem: qui robore primi
Famam posthabita faciles extendere vita,
Obtulit illa nouos ibat populata penates
Portarum in biuio, lateri duo corpora paruûm
Dependent, & iam vnca manus vitalibus hæret
Ferratique vngues tenero sub corde tepescunt,
Obuius huic, latus omne virum stipante coronâ,
It iuuenis, ferrúmque ingens sub pectore diro
Condidit: atque imas animæ mucrone coruſco
Scrutatus latebras, tandem sua mõstra profundo
Reddit habere Ioui, iuuat ire, & viſere iuxtæ
Liuentes in morte oculos, vterique nefandam
Proluuiem, & crasso squalentia pectora tabo,
*Qua nostræ cecidere animæ, stupet Inacha*pubes*
Magnaq; post lachrymas etimnũ gaudia pallent.
Hic trabibus duris, solatia vana dolori,
Proterere exanimes artus, asperoq; molares
Deculcare genis: neque iram explere potestas,
Illam & nocturno circum stridore volantes
Impastæ fugistis aues, rabidamq; canum vim,
Oráque sicca ferũt trepidorum inhiasse luporum.
Sauior in miseros fatis vltricis ademptæ
Delius insurgit, summáque biuerticis vmbra

*b. abripere.

*vv. plebes.

Par

Parnasi residens, arcu crudelis iniquo
Pestifera arma iacit, cãposq́, & celsa Cyclopum
Tecta, superiecto nebularum incendit amictu,
Labuntur dulces animæ mors fila sororum
Ense metit, captamq́, tenẽs fert manibus vrbem.
Quærenti quæ causa duci, quis ab æthere læuus
Ignis, & in totum regnaret Sirius annum?
Idem author Paan rursus iubet ire cruento
Inferias monstro iuuenes, qui cæde potiti.
Fortunate animi, longúmque in sæcula dignè
Promeriture diem: non tu pia degener arma
Oculis, aut certæ trepidas occurrere morti,
Comminus ora ferens, Cyrrhæi in limine templi
Constitit, & sacras ita vocibus asperat iras.
* *Nec missus Thymbræe tuos supplex ve penates* vv.non.
Aduenio, mea me pietas, & conscia virtus
Has egere vias, ego sum qui cæde subegi
Phœbe tuum mortale nefas, quem nubibus atris,
Et squallente die, nigra quem labe sinistri
Queris inique poli, quod si monstra effera magnis
Cara adeo superis, iacturáque vilior orbis,
Mors hominũ, & sæuo tãta inclementia cælo est:
Quid meruere Argi? me me diuum optime, solum
Obiecisse caput fatis * *præstabit an illud* c.Præstabat.
Lene magis cordi, quod desolata domorum
Tecta vides? igniq́, datis cultoribus omnis
Lucet ager: sed quid fando tua tela, manusq́
Demoror? expectant matres, supremaq́, * *fiunt* c.fũdũt.
Vota mihi, satis est, merui ne parcere velles.

Proinde

Proinde moue pharetras, arcusq; intẽde sonoros,
Insignémque animam leto dimitte, sed illum
Pallidus Inachijs qui desuper imminet Argis,
Dum morior, depelle globum: fors æqua merentes
Respicit, ardentem tenuit reuerentia cædis
Latoidem, tristemq; viro summissus honorem
Largitur vitæ, nostro mala nubila cælo
Diffugiunt, at tu stupefacti à limine Phœbi
Exoratus abis, inde hæc stata sacra quotannis
Solemnes recolunt epulæ, Phœbæaq; placat
Templa nouatus honos has fortè inuisitis aras.
Vos quoq; progenies, quã quã Calydonius Oeneus,*
Et Parthaoniæ (dudum si certus ad aures
Clamor ijt) tibi iura domus, tu pande quis Argos
Aduenias, quãdo hæc varijs sermonibus hora est.
Deiecit mœstos ex templo Ismenius heros
In terram vultus, taciteq; ad Tydea læsum
Obliquare oculos, tum longa silentia mouit,
Non super hos diuũm tibi sum quærẽdus honores
Vnde genus, quæ terra mihi, quis defluat ordo
Sanguinis antiqui, piget inter sacra fateri.
Sed si præcipitant miserum cognoscere curæ,
Cadmus origo patrum, tellus Mauortia Thebæ,
Et genitrix Iocasta mihi, tum motus Adrastus
Hospitijs (agnouit enim) quid nota recondis?
Scimus ait: nec sic auersum fama Mycenis
Voluit inter, regnum, & furias, oculosq; pudentes
Nouit, & Arctois si quis de solibus horret,
Quíque bibit Gãgẽ, aut nigrum occasibus intrat

*vv. quæ.

Oceanum, & si quos incerto littore Syrtes
Destituunt, ne perge queri, casusq; priorum
Annumerare tibi, nostro quoque sanguine multũ
Errauit pietas, nec culpa nepotibus obstat.
Tu modo dissimilis rebus mereare secundis
Excusare tuos, & iam temone supino
Languet Hyperboreæ glacialis portitor Vrsæ?
Fundite vina focis, seruatoremq; parentum
Latoiden votis iterumq; iterumq; canamus
Phœbe parens, seu te Lyciæ Patarea niuosis
Exercent dumeta iugis, seu rore pudico
Castaliæ, flauos amor est tibi mergere crines:
Seu Troiam Thymbræus, habes vbi fama volentẽ
Ingratis Phrygios humeris subiisse molares:
Seu iuuat Aegæum feriens Latonius vmbra
Cynthus, & assiduam pelago non quærere Delon:
Tela tibi, longéque feros lentandus in hostes
Arcus, & ætherij dono cessere parentes
Aeternum florere genas, tu doctus iniquas
Parcarum prænosse manus, fatũq; quod vltra est,
Et summo placitura Ioui, quis lætifer annus,
Bella quibus populis, mutẽt quæ sceptra Cometæ:
Tu Phryga submittis citharæ: tu matris honori
Terrigenam Tityon Stygiis extendis arenis.
Te viridis Python, Thebanaq; mater ouantem,
Horruit in pharetris, vltrix tibi torua Megæra
Ieiunum Phlegyam subter caua saxa iacentem
Aeterno premit accubitu, dapibusq; profanis
Instimulat: sed mista famem fastidia vincunt.

Adsis ô memor hospitij, Iunoniaque aruæ
Dexter ames, seu te roseum Titana vocari
Gentis Achemeniæ ritu seu præstat Osyrin:
Frugiferum, seu Persei sub rupibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mytram.

P. PAPINII STATII
THEBAID. LIBER II.

INterea gelidis Maia satus aliger vmbris
Iussa gerēs magni remeat Iouis vndique pigræ
Ire vetant nubes, & turbidus implicat aer,
Nec Zephyri rapuere gradum, sed fada silentis
Aura poli: Styx inde nouem circunflua campis
Hinc obiecta vias torrentum incendia claudunt.
Pone senex trepida succedit Laius vmbra
Vulnere tardus adhuc, capulo nam largius illi
Transabiit costas cognatis ictibus ensis
Impius, & primas furiarum pertulit iras.
It tamen, & medica firmat vestigia virga:
Tum steriles luci, possessáque manibus arua,
Et ferrugineum nemus astupet, ipsáque tellus
Miratur patuisse retro, nec liuida tabes
Inuidia, quamquam functis, & lumine cassis
Defuit, vnus ibi ante alios, cui leua voluntas
Semper & ad superos hinc & grauis exitus aui
Insultare malis, rebusque agrescere lætis,
Vade, ait, ô fœlix quoscunque vocaris in vsus
Seu Iouis imperio, seu maior adegit Erinnys

Ire diem contra, seu te furiata sacerdos
Thessalis arcano iubet emigrare sepulcro.
Heu dulces visure polos, solémque relictum,
Et virides terras, & puros fontibus amnes,
Tristior has iterum tamen intrature tenebras.
Illos vt caco recubans in limine sensit
Cerberus, atque omnes capitum subrexit hiatus
Sauus, & intranti populo, iam nigra tumebat
Colla minax, iam sparsa solo turbauerat ossa,
Ni Deus horrentem Lethaeo vimine mulcens
Ferrea tergemino domuisset lumina somno.
Est locus Inachiae dixerunt Tanara gentes,
Qua formidatum Maleae spumantis in auras
It caput, & nullos admitit culmine visus.
Stat sublimis apex: vento q3 imbre q3 serenus
Despicit, & tantum fessis insiditur astris.
Illic exhausti posuere cubilia venti:
Fulminibusque iter est, mediũ caua nubila mõtis
Insumpsere latus, summos nec prapetis ala
Plausus adit colles, nec rauca tonitrua pulsant:
Ast vbi prona dies longos super aquora fines
Exigit, at q3 ingẽs medio natat vmbra profundo,
Interiore sinu frangentia littora curuat
Tanarus, expositos non audens scandere fluctus
Illic Aegeo Neptunus gurgite fessos
In portum deducit equos, prior haurit arenas
Vngula: postremi soluuntur in aquora pisces,
Hoc (vt fama) loco pallentes deuius vmbras.
Trames agit, nigri q3 Iouis vacua atria ditat,

l. c. audax.

Mortibus, Arcadij perhibent ſi vera coloni,
Stridor ibi, & gemitus pœnarum atroq; tumultu
Feruet ager, ſæpe Eumenidum voceſq; manuſq;
In medium ſonuere diem, lethiq; triformis
Ianitor, agricolas campis auditus abegit.
Hac, & tunc fuſca volucer Deus obſitus vmbra
Exilit ad ſuperos, infernáque nubila vultu
Diſcutit, & viuis afflatibus ora ſerenat,
Inde per Arcturum, mediæque ſilentia Lunæ
Arua ſuper, populóſque meat: ſopor obuius illi
Noctis agebat equos, trepidúſque aſſurgit honori
Numinis, & recto decedit limite cœli.
Inferior velat vmbra Deo, præreptáque noſcit
Sydera, principiumque ſuum, iãq; ardua Cyrrha,
Pollutámque ſuo deſpectat Phocida buſto.
Vetitum erat ad Thebas, gemuit prope limina nati
Laius, & notos cunctatur inire penates.
Vt vero excelſis ſuamet iuga nixa columnis
Vidit, & infectos etiamnum ſanguine currus,
Penè retro turbatus abit, nec ſumma Tonantis
Iuſſa, nec Arcadiæ retinent ſpiramina virgæ,
Et tunc forte dies noto ſignata Tonantis
Fulmine prærupti? cum te tener Euie partus
Tranſmiſere patri, Tyriis ea cauſa colonis
Inſomnem ludo certatim ducere noctem
Suaſerat, effuſi paſſim per tecta, per agros,
Serta inter, vacuoſq; mero crateras anhelum
Proflabant ſub luce deum, tum plurima buxus,
Aeraque taurinos ſonitu vincentia pulſus.

Ipſe

Ipſe etiam gaudens nemoroſa per auia ſanas
Impulerat matres Baccho meliore Cytheron.
Qualia per Rhodopen rapido conuiuia cœtu
Biſtones, aut media ponunt conuallibus Oſſa.
Illis ſemianimum pecus, excuſſaq; leonem
Ore dapes, & lacte nouo domuiſſe cruorem
Luxus: at Ogygij ſi quando afflauit Iacchi
Sauus odor, tunc ſaxa manu, tũc pocula pulchrum
Spargere, & immerito ſociorum ſanguine fuſo
Inſtaurare diem, feſtaſq; reponere menſas.
Nox ea, cum tacita volucer Cyllennius aura
Regis Echionij ſtratis adlapſus, vbi ingens
Fuderat Aſſyriis extructa tapetibus alto
Membra toro, pro gnara nihil mortalia fati
Corda ſui capit ille dapes, habet ille ſoporem
Tunc ſenior quæ iuſſus agit, neu falſa videri
Noctis imago queat, longæui vatis opacos
Tyreſiæ vultus, vocemq;, & vellera nota
Induitur, manſere comæ, propexaq; mento
Canicies, pallorq; ſuus, ſed falſa cucurrit
Infula per crines, glaucæq; innexus oliuæ.
Vittarum prouenit honos, dehinc tangere ramo
Pectora, & has viſus fatorum expromere voces:
Non ſomni tibi tempus iners, qui nocte ſub alta
Germani ſecure iaces: ingentia dudum
Acta vocant, rerumq; graues ignaue paratus,
Tu veluti magnum ſi iam tollentibus Auſtris
Ionium nigra iaceat ſub nube magiſter,
Immemor armorum, verſantiſq; equora clauí

Cunctaris: iamq; ille nouis (si forma superbit
Connubiis, vires q; parat quis regna capessat,
Quis neget, in q; sua senium sibi destinat aula.
Dant animos socer augurio fatalis Adrastus,
Dotales q; Argi, nec non in fœdera vitæ
Pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus
Hinc tumor, & longus fratri promitteris exul.
Ipse Deûm genitor tibi me miseratus ab alto
Mittit: habe Thebas, cæcum q; cupidine regni,
Ausurum q; eadem germanum expelle nec vltra
Fraternos inhiantem obitus sine sidere ceptis
Fraudibus, haud Cadmo dominas inferre Myce-
Dixit, & abscedĕs (etenim iã pallida turbãt (nas.
Sydera lucis equi) ramos ac vellera fronti
Diripuit, confessus auum, diriq; nepotis
Incubuit stratis: iugulum mox cæde parentem
Nudat, & vndanti perfundit vulnere somnum
Illi rupta quies attollit membra, toroq;
Erigitur plenus monstris, vanum q; cruorem
Excutiens, simul horret auum, fratrem q; requirit
Quales vbi audito venantum murmure tigris
Horruit in maculas, somnos q; excussit inertes,
Bella cupit, laxat q; genas, & temperat vngues,
Mox ruit in turmas, natis q; alimenta cruentis
Spirantem fert ore virum: sic exitus ira
Ductor in absentem consumit prælia fratrum,
Et iam Migdoniis elata cubilibus alto
Impulerat cœlo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excussa comas, multum q; sequenti

Sole

Sole rubens: illi roseus per nubila seras
Aduertit flammas, alienumq; æthera tardo
Lucifer, exit equo, donec pater igneus orbem
Impleat, atque ipsi radios vetet esse sorori.
Cum senior Talaonides, nec longa morati
Dircæusq; gradum pariterq; Acheloius heros
Corripuere toris, illos post verbera fessos
Exceptamq; hyemem cornu perfuderat omni
Somnus. at Inachio tenuis sub pectore regi
Tracta quies, dum mente Deos, inceptaq; versat
Hospitia, & quæ sunt generis ascita repertis
Fata mouet, postquam mediis in sedibus aulæ
Congressi, inq; vicem dextras iunxere locumq;
Quo serere arcanas aptum: atque euoluere curas,
Insidunt, prior his dubios compellat Adrastus
Egregij iuuenum, quos non sine lumine regnis
Inuexit nox atra meis, quibus ipse per imbres
Fulminibus mixtos, intempestumq; Tonantem
Has meus vsque domos vestigia fecit Apollo:
Non equidem obscurum vobis, plebiq; Pelasgæ
Esse reor, quantis connubia nostra procorum
Turba petat studiis: gemina mihi namq; nepotum
Læta fides, æquo pubescunt sydere natæ.
Quãtus honos, quantusq; pudor (ne credite patri)
Et super hesternas licuit cognoscere mensas,
*Has tumidi solio? & latè dominantibus * armis*
Optauere viri, longum enumerare Phareos,
Oebalioq; duces, & Achæa per oppida matres
Spem generis, ne plura tuus despexerat Oeneus

* Vv. aruis

Fœdera, Piſæiſq; ſocer metuendus habenis.
Sed mihi nec Sparta genitos, nec ab Elide miſſos
Iungere fas generos, vobis hic ſanguis & aulæ
Cura meæ, longo promittitur ordine fati.
Dî bene quod tales ſtirpemq;, animoſq; venitis
Vt reſponſa iuuent, hic duræ tempore noctis
Partus honos, hæc illa venit poſt verbera merces
Audierant: fixoſq; oculos per mutua paulum
Ora tenent, viſiq; inter ſeſe ordine fandi
Cædere, ſed cunctis Tydeus audentior actis
Incipit: ô quam te parcum in præconia famæ
Mens agitat matura tuæ, quantumq; ferentem
Fortunam virtute domas, cui cedit Adraſtus
Imperijs? quis te ſolio Sicyonis auitæ
Excitum infrenos componere legibus Argos
Neſciat? atq; vtinã his manibus permittere gẽtes
Iuppiter æque velis, quas Doricus alligat vndis
Iſthmos, & alterno quas margine sũmouet infra:
Non fugeret diras lux intertiſa Mycenas.
Sæua nec Eleæ gemerent certamina valles.
Eumenideſq; aliis aliæ ſub regibus, & quæ
Tu potior Thebane queri, nos vero volentes,
Expoſitiq; animis, ſic interfatus & alter
Subiicit: anne aliquæ ſoceros accedere tales
Abnuat? exulibus quamquam patriaq; fugatis
Nondum læta Venus tamen omnis corde reſedit
Triſtitia, affixitq; animo, ceſſere dolores.
Nec minus hæc læti trahimus ſolatia, quam ſi
Præcipiti conuulſa noto, proſpectet amicam

Pup

Puppis humum iuuat, ingressos fœlicia regni
Omnia, quod supereſt fati vitæq́ laborum
Fortuna transire tua, nec plura morati,
Consurgunt dictis impensius aggerat omne
Promissum Inachius pater, auxilioq́ futurum,
Et patris spondet reduces inducere regnis.
Ergo alacres Argi, fuso rumore per vrbem
Aduenisse duci generos primisq́ Hymæneis
Egregiam Argiam, nec formæ laude secundam
Deiphilen, tumida virginitate iugari
Gaudia mente parant, socias it fama per vrbes:
Finitimisq́ agitatur agris, procul vsque Lycæos
Partheniosq́ super saltus, Ephyræaq́ rura,
Nec minus Ogygias eadem dea turbida Thebas
Insilit. hæc totis perfundit mœnia pennis*
Labdaciumq́ ducem præmissa consona nocti
Territat hospitia, & thalamos, & fœdera regni,
Permixtumq́ genus (quæ tanta licentia mõstro?
Quis furor est?) iam bella canit: diffuderat Argos
Expectata dies, lato regalia cœtu
Atria complentur: species est cernere auorum
Cominus, & viuis sertantia vultibus æra.
Tantum ausæ proferre manus, pater ipse bicornis*
In læuum prona nixus cedet Inachus vrna
Hunc tegit Iasiusq́ senex, placiduſq́ Phoronæus
Et Bellator Abas, indignatusq́ Tonantem
Acrisius, nudoq́ ferens caput ense Corœbus
Toruaq́ iam Donai facinus meditantis imago.
Exin mille duces: foribus cum immissa superbis

* l. & totis.

* b. præferre.

Vnda fremit vulgi, procerũ manus omnis, & alto
Quîs propior de rege gradus, ſtant ordine primi
Interior ſacris calet, & ſonat aula tumultu
Fœmineo, caſta matres cinxere corona
Argolides, pars virginibus circum vndiq; fuſæ
Fœdera conciliant noua, ſolanturq; timorem,
Ibant inſignes, vultuq;, habituq; verendo
*Candida purpureum fuſæ ſuper ora *ruborem,*
b.c. pudorem. *Deiectæq; genas, tacitas ſubit ille ſupremus*
Virginitatis amor: primaq; moleſtia culpis
Confudit vultus, tunc ora rigantur honeſtis
Imbribus, & teneros lachrymæ iuuere parentes
Non ſecus ac ſupero pariter ſi cardine lapſæ
Pallas, & aſperior Phœbi ſoror, vtraq; telis,
Vtraq; torua gemis, flauoq; in vertice nodo,
Illa ſuas Cyntho comites agat, hæc Aracintho,
Tunc ſi fas oculis, non vnquam longa tuendo
Expedias, cui maior honos, cui gratior, aut plus
De Ioue mutatoſq; velit tranſumere cultus,
Et Pallas deceat pharetras, & delia criſtas,
Certant lætitia ſuperoſq; in vota fatigant
Inachidæ: quæ cuique domus, ſacriq; facultas.
al. dura *Hi fibris animaq; litant, hi ceſpite nudo:*
l. patris *Nec minus auditi, ſi mens accepta meretur.*
al. Munichiis. *Thure deos, fractiſq; obtendunt limina ſyluis.*
*Ecce metu ſubito (Lacheſis ſic *dira iubebat)*
*Impulſæ mentes, excuſſaq; gaudia *vulgi:*
Et turbata dies, innuptam limine adibant
*Pallada *Monichiis cui non Argiua per vrbes*

Poſt

Post habita est Larissa iugis, hic morte parentum
Iasides, thalamis, vbi casta adolescéret ætas,
Virgineas libare comas, primosq́ solebant
Excusare toros, celsam sub euntibus arcem
In gradibus summi, delapsum culmine templi* al. delapsus.
Arcados Euripi spolium cadit æreus orbis,* L.b. Euchipi.
Præmissasq́ faces: festum nubentibus ignem
Obruit èque adytis simul exaudita remotis 160
Nondũ ausos firmare gradũ, turba terruit ingens
In Regem conuersi omnes formidine prima.
Mox audisse negant, cunctos tamen omnia rerum
Dira mouent, variisq́ metum sermonibus augẽt.
Nec mirum, nam tu infaustos donante marito
Ornatus Argia geris, dirumq́ monile
Harmenios longa est series, sed nota malorum,
Prosequar vnde nouis tam sæua potentia donis
Lemnius hæc, ac prisca fides, Mauortia longa* V. longum.
Furta dolens, capto postquam nihil obstat amori:
Pœna nec vltrices castigauere cathenæ, 170
Harmonies dotale decus sub luce iugali
Struxerat, hoc docti quamquã maiora laborant.
Cyclopes, notiq́ operum Telchines amica
Certatim iuuere manu, sed plurimus ipsi
Sudor, ibi arcano florentes igne smaragdos,
Cingit, & infaustas, percussum adamanta figuras
Gorgoneosq́ orbes, Siculaq́ incude relictos
Fulminis extremi cineres, viridúmq́ draconum
Lucentes à fronte iubas: hic flebile germen
Hesperidum, & dirum Phryxei velleris aurum 180

Tunc

Tunc varias pestes, raptumq; interplicat atro
Tisiphones de crine ducem, & qua pessima Caston
Vis probat, hac circum spumis lunaribus angit
Callidus, atque hilari profundit cuncta veneno.
Non hoc Pasithea blandarum prima sororum,
Non decor, Idaliusq; puer, sed luctus, & ira,
Et dolor, & tota pressit discordia dextra.
Prima fides operi Cadmum comitata iacentem
Armonia, versis in sibila dira querelis,
Illyricos longo sulcauit pectore campos.
Improba mox Semele: vix dona nocentia collo
Induit, & fallax intrauit limina Iuno.
I.h. decorum. *Teque etiam infœlix perhibēt Iocasta * deorum*
Possedisse nefas, vultus hac laude colebas.
Heu quibus, heu placitura toris! post longior ordo.
Tum donis Argia nitet, vilesq; sororis
Ornatus sacro praculta superuenit auro
Viderat hoc coniux perituri vatis, & aras
Ante omnes, epulasq; trucem secreta coquebat
Inuidiam, sauis detur si quando potiri
Cultibus, heu nihil auguriis adiuta propinquis.
Quos optat gemitus! quantas cupit impia clades?
Digna quidem, sed quid miseri decepta mariti
Arma? quid insontes nati meruere furores?
Postquam regales epulas, & gaudia vulgi
Bisseni clausere dies, Ismenius heros
Respicere ad Thebas, & iam sua quærere regna.
Quippe animum subit illa dies, qua sorte benigna
Fratris Echionia steterat priuatus in aula:

Resp

Respiciens desciſſe deos: trepidoq; tumultu
Dilapſos comites, nudum latus omne, fugamq;
Fortunæ, namq; vna ſoror producere triſtes
Exulis auſa vias, etiam hanc in lumine primo
Liquerat, & magna lachrymas incluſerat iræ.
Tunc quos excedens hilares, quis cultus iniqui
Præcipuus ducis, & profugo quos ipſe notarat
Ingemuiſſe ſibi, per noctem ac luce ſub omni
Digerit, exedere animum dolor, iræq; demens:
Et qua non grauior mortalibus addita cura. 320
Spes vbi longa venit, talem ſub pectore nubem
Conſilio voluens, Dircen, Cadmiq; negatas
Apparat iræ domos, veluti dux taurus amata
Valle carens, pulſum ſolito quem gramine victor
Iuſſit ab erepta longe mugire iuuenca
Cum profudo placuere tori, ceruixq; recepto
Sanguine magna redit, fractæq; in pectore vires.
Bella cupit, ſaltuſq;, & capta armenta repoſcit:
Iam pede, iam cornu, melior, pauet ipſe reuerſum
Victor, & attoniti vix agnouere magiſtri,
Non alias tacitæ iuuenis Theumeſius iras 320
Mente acuit: ſed fida vias arcanáque coniux
Senſerat, vtque toris primo complexa iacebat
Auroræ pallore virum? quos callide motus,
Quámve fugam moliri? ait, nihil tranſit amãtes,
Sentio, peruigiles acuunt ſuſpiria queſtus,
Nunquam in pace ſopor, quoties hæc ora natare
Fletibus, & magnas iactantia pectora curas
Admota deprendo manu? nil fœdere rupto,

Connu

Connubiisue super moueor, viduaq; iuuenta.
(Et si crudus amor, nec dum post flammea toti
Intepuere tori) tua me properabo fateri,
Angit amata salus, tune incomitatus inermis
Regna petes? poterisq; tuis decedere Thebis
Si neget? atque illum solers deprendere semper
Fama duces, tumidum narrat, raptoq; superbum,
al. consumpseris. *Difficilemq; tibi, nec dum consumpserat annum.*
Me quoq; nunc vates, nunc exta minantia diuos,
Aut auium lapsus, aut turbida noctis imago
Territat, ah nemini nũquã mihi falsa per umbras
Iuno venit, quo tendis iter? quo conscius ardor
Ducit, & ad Thebas melior socer? hic breue tãdẽ
Risit Echionius iuuenis, tenerumq; dolorem
Coniugis amplexu solatur, & oscula mœstis
Tempestiua genis posuit, lachrymasq; repressit.
Solue metus animo, dabitur mihi crede, merẽtem
Consiliis tranquilla dies, te fortior annis
Nondum cura decet, sciat hæc Saturnius olim
Fata parens, oculosq; polo dimittere si quos
Iustitia, & rectum terris defendere curat,
Fors aderit lux illa tibi, qua mœnia cernes
Coniugis, & geminas ibis Regina per vrbes.
Sic ait, & caro raptim se limine profert
Tydea iam socium cœptis, iam pectore fido
Æquantem curas) tantus post iurgia mentes
Vinxit amor (socerumq; affatur tristis Adrastum
Fit mora consilio, cum multa mouentibus, vna
Iam potior cunctis sedit sententia fratris

Pa

*Pertentare fidem, tutosq; in regna precando
Explorare aditus, audax ea munera Tydeus
Sponte subit, nec non & te fortissimè gentis
Aetolum multum lachrymis conata morari est
Deiphile, sed iussa patris tutique regressus
Legato, iustaque praeceps vicere sororis.
Iamq; emensus iter syluis ac litore durum
Qua Lernea palus, ambustáque fontibus altè
Intepet Hydra vadis, & qua vix carmine raro
Longa sonat Nemea, nondum pastoribus ausis,
Qua latus Eoos Ephyres, quod vergit ad Euros,
Sisypheiq; sedent portus: irataque terra
Curua Palaemonio secluditur vnda Lecheo.
Hinc prateruectus Nisum, & te mitis Eleusis
Laeuus habet: iãq; arua gradu Theumesia, & arces
Intrat Agenoreas, ibi durum Etheoclea cernit
Sublimen solio, septumq; horrentibus armis:
Iura ferus populo trans legem, ac tempora regni
Iam fratris de parte*dabas, sed & omne paratus
In facimus: queriturq; fidem tam sero reposci.
Constitit in media: ramus manifestat oliua
Legatum, causasq; via nomenq; rogatus
Edidit, vtque rudis fandi, pronusq; calori
Semper erat, iustis miscens tamen aspera, cœpit:
Si tibi plena fides, si dicti cura maneret
Fœderis ad fratrem completo iustius anno
Legatos hinc ire fuit, teq; ordine certo
Fortunam exuere, & latum discedere regno.
Vt Vagus ille diu, passusq; haud digna per vrbes
Ignotas

al. prætentare.

vv. dabat.

Ignotas pactæ tandem succederet aulæ.
Sed quia dulcis amor, regni, blandumq; potestas
Poscetis astriferum velox iam circulus orbem
Torsit, & amissæ redierunt montibus umbræ
Ex quo frater inops, ignota per oppida tristes
*Exul agit casus, & te iam tempus * apertos*
al. aperto *Sub Ioue ferre dies, terrenaq; frigora membris*
Ducere, & externos summissum ambire penates
Pone modum latis, satis auro diues, & ostro
Conspicuus, tenuem Germani pauperis annum
Risisti, moneo regnorum gaudia, temet
Dedoceas, patiénsque simul mereare reuerti,
Dixerat, ast illi tacito sub pectore dudum
Ignea corda fremunt, iacto velut aspera saxo
Cominus erigitur serpens, cui subter inanes
Longa sitis latebras, totosq; agitata per artus
Conuocat in fauces & squãmea colla venenum
Cognita si dubiis fratris mihi iurgia signis
Ante forent, nec clara odiorum arcana paterent,
Sufficeret, vel sola fides quam toruus, & illum
Mente gerens, ceu septa nouus iam mœnia laxet
Fossor, & hostilles inimicent classica turmas,
al. per furis. *Præfuris in medios si cominus orsa tulisses,*
Bistonas aut refugo pallentes sole Gelonos,
V. alloquio. *Parcior * eloquio, & medij reuerentior equi*
Inciperes: neque te furibunde crimine mentis
Arguerim: mandata refers nunc omnia quando
Plena minis, nec sceptra fide, nec pace sequestra
Poscitis, & capulo propior manus: hæc mea regi

Argolico, nondum æqua tuis, vice dicta reporta.
Quæ sors iusta mihi, quæ non indebitus annis
Sceptra dicauit honos, teneo, longúmque tenebo
Te penes Inachiæ dotalis regia dono
Coniugis: & Danaæ (quid enim melioribus actis
Inuideam?) cumulentur opes, fœlicibus Argos
Auspiciis, Lernamq; regas, nos horrida Dirces
Pascua, & Euboicis arctatas fluctibus oras,
Non indignati miserum dixisse parentem
Oedipoden: tibi larga Pelops, & Tantalus author
Nobilitas, propiorq; fluat de sanguine iuncto
Iuppiter, anne feret luxu consueta paterno
Hunc regina larem? nostra cui iure sorores
Anxia pensa trahant, longo quam sordida luctu
Mater, & ex imis auditus fortè tenebris
Offendat socer ille senex iam pectora vulgi
Assueuere iugo, pudet heu, plebisq; patrumq;
Ne toties incerta ferant, muténtque gementes
Imperia, & dubio pigeat parere tyranno.
Non parcit populis regnum breue, respice quantus
Horror, & attoniti nostro in discrimine ciues.
Hos ne ego, quis certa est sub te duce pœna, relin-
Iratus germant venis: fac velle, nec ipsi (quam?
(Si modo notus amor, meritiq; est gratia) Patres
Reddere regna sinent. Non vltra passus, & orsa
Iniecit mediis sermonibus obuia, Reddes,
Ingeminat reddes, non si te ferreus agger
Ambiat, aut triplices alio tibi carmine muros
Amphion auditus agat, nil tela, nec ignes

*l. æternumq;.

Obſtiterint, quinauſa luas, noſtriſq; ſub armis
Captiuo moribundus humum diademate pulſes.
Tu merito, aſt horum miſeret, quos ſanguine viles
Coniugibus, natiſq; infanda ad prælia raptos
Proiicis excidio boue rex, ô quanta Citharon
Funera, ſanguinciſq; vadis Iſmene rotabis!
Hæc pietas, hæc magna fides: nec crimina gentis
*Mira equidem duco, ſic * primi ſanguinis author*
*Inceſtiq; patrum thalami, * ſed fallit origo,*
Oedipodes tu ſolus eris: hæc præmia morum
Ac ſceleris violente feres, nos poſcimus annum,
*Sed moror, hæc audax etiamnum in limine * regis*
Vociferãs, iam nunc impulſa per agmina præceps
Euolat Oenides, vindex ſic ille Dianæ
Erectus ſetis, & aduncæ fulmine malæ
Cum premeret Pelopæa phalanx, ſaxa obuia vol-
Fractáq; perfoſſis arbuſta Acheloia ripis, (uens
Iam Telamona ſolo, iam ſtratum Ixyona linquēs
Te Meleagre ſubit, ibi demum cuſpide lata
Hæſit, & obnixo ferrum laxauit in armo.
Talis adhuc trepidum liquit Calydius Heros
*Concilium, infrendens ipſi ceu * regna negentur.*
Feſtinátque vias ramúmque precantis oliuæ
Abiicit, attonitæ tectorum ex culmine ſummo
Proſpectant matres, ſæuoq; infanda precantur
Oenidæ, tacitoq; ſimul ſub pectore Regi.
Nec piger ingenio ſcelerum, fraudiſq; nefandæ
Rector eget, iuuenum fidos lectiſſima bello
Pectora nunc pretio, nunc ille hortantibus ardens

Sollicitat

* l. primus.
* l. nec
* vv. retro
* c. ſceptra.

Sollicitat dictis, nocturnáq; prælia sæuus
Instruit, & sanctum populis per sæcula nomen
Legatum, insidiis tacitoq; inuadere ferro,
Quid regnis non vile cupit: quas quæreret artes?
Si fratrem fortuna dares ô cæca nocentum
Consilia! O semper timidum scelus! exit in vnum
Plebs ferro iurata caput, ceu castra subire
Apparet, aut celsum crebris arietibus vrbis
Inclinare latus densi sic agmine facto
Quinquaginta altis funduntur in ordine portis.
Macte animi! tantis dignis qui crederis armis.
Fert via per dumos propior quà calle latenti
Præcelerant, densæq; legunt compendia syluæ.
Lecta dolis sedes, gemini procul vrbe malignis
Faucibus vrgentur colles, quos vmbra superni
Montis, & incuruis claudũt iuga frondea syluis
Insidias natura loco, cæcámque latendi
Struxit opem, mediásque arctè secat aspera rupes
Semita, quam subter campi, deuexáque latis
Arua iacent spatiis contra importuna cretido
Oedipodionia domus alitis, hic fera quondam
Pallentes erecta genas, suffusáque tabo
Lumina concretis infando sanguine plumis
Relliquias amplexa virum, semesáque nudis.
Pectoribus stetit ossa premens, visuq; * trementi
Colluſtrat campos, si quis concurrere dictis
Hospes inexplicitis, aut comminus ire viator
Audeat, & * dura commercia iungere linguæ.
Nec mora, quin acuens exertos protinus vngues,

al. frementi.

al. dura.

Liuentésque manus, fractoſq; in vulnere dentes
Terribili applauſu circùm hoſpita ſurgeret ora.
Et latuere doli, donec de rupe cruenta
Heu ſimili deprenſa viro, ceſſantibus alis
Triſtis inexpletam ſcopulis affligeret aluum.
Monſtrat ſylua nefas, horrent vicina iuuenci
Gramina, damnatis auidum pecus abſtinet herbis
Non Dryadum placet vmbra choris, non cõmoda
Faunorum, diræq; etiam fugere volucres (ſacris
Prodigiale nemus, tacitis huc greſſibus acti
Deueniunt peritura cohors, hoſtémque ſuperbum
Annixi iaculis. & humi poſita arma tenentes
Expectant, denſáque nemus ſtatione coronant.
Cœperat humenti Phœbum ſubtexere palla
Nox, & cœruleam terris infuderat vmbram.
Ille propinquabat ſyluis, & ab aggere celſo
Scuta virum, criſtáſque videt rutilare comantes.
Qua laxant rami nemus, aduerſaq; ſub vmbra
Flammeus aratis Lunæ tremor errat in armis.
Obſtupuit viſis, ibat tamen, horrida tantum
Spicula, & inclusũ capulo tenus admouet enſem.
Ac prior, vnde viri? quidve occultatis in armis?
Non humili terrore rogat, nec reddita contra
Vox, fidámque negans ſuſpecta ſilentia pacem.
Ecce autem vaſto Chromij contorta lacerto,
Quo duce freta cohors, fuſcas interuolat auras
Haſta, ſed audenti Deus & fortuna receſſit.
Per tamen Oleníj tegmen ſuis, atráque ſeris
Terga, ſuper leuos humeros vicina cruori

Effugit,

Effugit, & viduo iugulum ferit irrita ligno,
Tunc horrere coma, sanguiſq; in corde gelari,
Huc ferus, atque illuc animum, pallentiaq; ira
Ora ferens, nec tanta putat ſibi bella parari.
Ferte gradum contra, campoq; erumpite aperto.
Quis timor audẽdi? qua tanta ignauia? ſolus, (res
Sol⁹ in arma voco, neq; in his mora, quos vbi plu-
Quàm ratus innumeris videt excuſare latebris,
Hos prodire iugis, illos è vallibus imis
Creſcere, nec paucos campo: totúmque ſub armis
Collucere iter (vt clauſas indagine profert
In medium vox prima feras) qua ſola medendi
Turbata ratione via eſt, petit ardua dira
Sphyngos, & abſciſſis infringens cautibus vncas
Exuperat iuga dira manus, ſcopuloq; potitus
Vnde procul tergo metus, & via prona nocendi,
Saxum ingens, quod vix plena ceruice gementes
Vertere humo, muriſq; valent inſerre iuuenci,
Rupibus auellit, dein toto ſanguine nixus
Suſtinet immanem quærens librare ruinam.
Qualis in aduerſis Lapithas erexit inanem
Magnanimus cratera Pholus: ſtupet obuia leto
Turba ſuper ſtantem, atque emiſſi turbine montis
Obruitur, ſimul ora virum, ſimul arma, manuſq;
Fractáque commixto ſederunt pectora ferro,
Quatuor hic adeò delecti mole ſub vna
Congemuere, fuga tremefactum protinus agmen
Excutitur cœptis, neque enim temnenda iacebant
Funera, fulmineus Dorylas quem regibus arden-

Æquabat virtus, Martisq; è semine Theron
Terrigenas confessus æuos, nec vertere cuiquam
Frena secũdus Halys, sed tũc pedes occubat armis,
Pentheumq; trahens nondum te Phædimus æquo
Bacche genus: quorum vt subitis exterrita fatis
* vv. acclinia. *Agmina turbatam vidit laxare cateruam:*
*Quæ duo sola manu gestans *accliuia monti*
Fixerat, intorquet iacula, & fugientibus addit.
Mox in plana libens, nudo ne pectore tela
Inciderent, saltu præceps defertur: & orbem
Quem procul oppresso vidit Therone volutum
Corripuit, tergoq;, & vertice tegmine noto
Septus, & hostili propugnans pectora parma
Constitit, inde iterum densi glomerãtur in vnum
Ogygidæ, firmantq; gradum, trahit ocius ensem
Bistonium Tydeus, Mauortia munera magni
Oeneos, & partes pariter diuisus in omnes
Hos obit, atque illos, ferróque micantia tela
Decutit, impediunt numero, séque ipsa vicissim
Arma premunt, nec vis conatibus vlla; sed ipsa
In socias errare manus, & corpora turba
Inuoluit prælapsa sua, manet ille cruentis
Angustus telis, & inexpugnabilis obstat.
Non aliter Geticæ (si fas est credere) Phlegræ
Armatũ immensus Briareus stetit æthera cõtra
Hinc phœbi pharetras, hinc torua Palladis an-
Inde Peletroniam præfixa cuspide pinum (gues,
Martis, at hinc lapso mutata Pyracmone temnens
Fulmina, cum toto ne quicquãm obsessus Olympo

Tot

Tot queritur cessare manus, non segnius ardet
Huc illuc clypeum obiectans, séque ipse recedens
Circuit, interdum trepidis accurrit, *& instat*
Spicula diuellens, clypeo qua plurima toto
Fixa tremũt, armantq; virum: sæpe aspera passum
Vulnera, sed nullum vita in secreta receptum,
Nec mortem sperare valet, rotat ipse furentem
Dielochum, comitemq; illi iubet ire sub vmbras
Phegea, sublata minitantem bella securi,
Dircaumq; Gyan, & Echionium Lychophontem.
Iam trepidi sese quarunt, numerantq;, nec idem
Cadis amor, tantámque dolent rare scere turbam
Ecce Chromis Tyrij demissus origine Cadmi,
Hunc vtero quondam Dryope Phanissa grauato
Rapta repentè choris, onerisq; oblita ferebat:
Dumq; trahit prensis taurum tibi cornibus Euan
Procidit impulsus nimiis conatibus infans.
Tunc audax iaculis, & capti pelle Leonis
Pinea nodosa quassabat robora clava.
Increpitans: Vnúsne viri tot cadibus vnus
Ibit ouans Argos; vix credet fama reuerso.
Heu socij, nulla ne manus? nulla arma valebunt?
Hac regi promissa Cydon, hac Lampe dabamus?
Dum clamat, subit ore cauo Theumesia cornus,
Nec prohibent fauces, atque illi voce repleta
Intercepta natat prarupto in sanguine lingua.
Stabat adhuc, donec transmissa morte per artus,
Labitur, immorsáque cadens ol mutuit hasta.
Vos quoque Thespiada, cur inficiatus honora

* vv. occurrit.

Arguerim fama? fratris moribunda leuabat
Membra solo Periphas (nil indole clarius illa,
Nec pietate fuit) leua marcentia colla
* l. Sustentas. **Sustentans, dextraq; latus, singultibus arctum*
Exhaurit thoraca dolor, nec vincla coërcent
Vndantem fletu galeam, cùm multa gementi
*vv pertringit. *Ponè grauis curuas.* perstrinxit lancea costas.*
Exit & in fratrem, cognatáque pectora telo
Conserit, ille oculos etiamnum in luce natãtes
Sistit, & aspecta germani morte, resoluit.
At cui vita recens, & adhuc in vulnere vires,
Hos tibi complexus hac dent, ait, oscula nati,
Procubuere pares fatis (miserabile votum
Mortis) & alterna clauserunt lumina dextra.
Protinus idem vltro iaculo, paruáque Menœtem
Proterrebat agens, trepidis vestigia retro
Passibus vrgentem, donec defecit iniqua
Lapsus humo, pariterq; manus distractus in am-
Orat, & à iugulo nitentem sustinet hastam. (bas
Parce per has stellis interlabentibus vmbras,
Per superos, noctemque tuam, sine tristia Thebis
Nuntius acta feram, vulgiq; per ora pauentis
Contempto te rege canam, sic irrita nobis
Tela cadant, nulliq; tuum penetrabile ferro
Pectus, & optanti victor reueharis amico.
Dixerat, ille nihil vultum mutatus, inanes
* al. nil. *Perdis, ait, lachrymas, & tu (* ni fallor) iniquo*
Pollicitus mea colla, duci, nunc arma, diemq;
Proiice, quid sequeris timida compendia vita?

Bella-

Bella manẽt, simul hæc, & crassum sanguine telũ
Iam redit, ille super dictis infensus amaris
Prosequitur victos, non hæc trieterica vobis
Nox patrio de more venit, non Orgia Cadmi
Cernitis, aut auidas Bacchum scelerare parentes
Nebridas, & fragiles Thryfos portare putastis
Imbellem ad sonitum, maribusq; incognita veris
Fœda Celenæa committere prælia buxo?
Hic aliæ cædes, alius furor: ite sub vmbras
O timidi, pauciq;, hæc intonat, at tamen illi
Membra negant, lassusq; ferit præcordia sanguis.
Iam sublata manus cæstos defertur in ictus
Tardatiq; gradus, clypeum non sustinet vmbo*
Mutatum spoliis, gelidus cadit imber anhelo
Pectore, tum crines, ardentiáque ora cruentis
Roribus, & tetra morientum aspergine manant.
Vt leo, qui campis longè custode fugato
Massylas depastus oues, vbi sanguine multo
Luxuriata fames, ceruix q;, & tabe grauata
Consedere iubæ, mediis in cædibus astat
Aeger hians, victusq; cibis: nec iam amplius iræ
Crudescunt, tantum vacuis ferit aëra malis,
Molliaq; iecta delambit vellera lingua,
Ille etiam Thebas spoliis, & sanguine plenus
Isset, & attonitis sese, populoq;, duciq;
Ostentasset ouans, ni tu Tritonia virgo
Flagrantem, multaq; operis caligine plenum
Consilio dignata virum, Sate gente superbi
Oeneos, absentes, cui dudum vincere Thebas

* vv. nec

Annuimus, iam pone modum, nimiumq; secũdis
Parce deis, huic vna fides optanda labori,
Fortuna satis vsus abi, Restabat acerbis
Funeribus, socioq; gregi non sponte superstes
Hemonides (ille hæc præuiderat omnia doctus
Æris, & nulla deceptus ab alite) Mæon
Nec veritus prohibere ducem, sed fata monẽtem
Priuauere fide, vita miserandus inerti
Damnatur, trepido Tydeus immitia mandat.
*Quisquis es Aonidũ, quẽ crastina * vulnere no-*
al. munere. *Manibus exemptum mediis aurora videbit, (stro*
Hæc iubeo perferre duci, cinge aggere portas.
Tela noua, fragiles auo circumspice muros.
Præcipuè stipare viros, densásque memento
Multiplicare acies, fumantem hinc aspice latè
Ense meo campum, tales in bella venimus.
Hæc ait, & meritæ pulchrum tibi Pallas honorẽ
Sanguinea de strage parat, prædamq; iacentem
Comportat gaudens, ingentiáque acta recenset
*Quercus erat tenera * iamdudum oblita iuuẽtæ*
* vv. iam longum. *Aggere camporum medio, quam plurimus ambit*
Frondibus incuruis, & crudo robore cortex:
Huic leues galeas, perfossáq; vulnere crebro
Inserit arma ferens, huic truncos ictibus enses
Subligat, & fractas membris spirantibus hastas.
Corpora tunc atq; arma simul cumulata superstãs
Incipit, oranti vox, & iuga longa resultant.
Diua ferox, magni decus, ingeniúmque parentis
Bellipotens, cui torua genis horroro decoro

Cassis,

Cassis, & aspersо crudescit sanguine Gorgon,
Nec magis ardentes Mauors, hastataq; pugna
Impulerit Bellona tubas, huic annue sacro.
Seu Pandionio nostras inuisere cades
Monte venis, siue Aonia diuertis Ithone
Lata choris, seu Libyco Tritone repexas
Lota comas, quà te biiugo temone frequentem
Intemeratarum volucer rapit axis equarum:
Nunc tibi fracta virũ spolia, informesq; dicamus
Exuuias, at si patrijs Parthaonis aruis
Inferar, & reduci pateat mihi Martia Pleuron,
Aurea tunc medijs vrbis tibi templa dicabo
Collibus, Ionias qua despectare procellas
Dulce sit, & flauo tollens vbi vertice pontum
Turbidus obiectas Achelous Echinadas exit.
Hic ego maiorum pugnas, vultúsque tremendos
Magnanimum effingam regũ, figamq; superbis
Arma tholis: quaq; ipse meo quasita reuexi
Sanguine, quaq; dabis captis Tritonia Thebis.
Centum ibi virgineis vota Calidonides aris
Acteas tibi ritè faces, & ab arbore casta
Nectent purpureas niueo discrimine vittas.
Peruigilémque focis ignem longaua sacerdos
Nutriet, arcanũ numquam inspectura pudorem,
Tu bellis, tu pace feres de more frequentes
Primitias operum, non indignante Diana.
Dixerat, & dulces iter instaurabat ad Argos.

P. SAT

P. STATII PAPINII
THEB. LIBER III.

AT non Aoniæ moderator perfidus aulæ,
Nocte ſub ancipiti quãuis humẽtibus aſtris
Longus ad auroram ſuperet labor, otia ſomni
Accipit, inuigilant animo, ſceleriſq; parati
Supplicium exercent curæ, tunc plurima verſat
Peſſimus in dubiis augur timor, hei mihi clamat
Vnde moræ? (nã prona ratus, facilemq; tot armis
Tydea, nec numero virtutem, animumq; repẽdit)
Num regio diuerſa viæ? num miſſus ab Argis
Subſidio globus? an ſceleris data fama per vrbes
Finitimas? paucóſne pater Gradíve manúve
Legimus indecores? at enim fortiſſimus illic
Et Chronis, & Dorylas, & noſtris turribus æqui
Theſpiadæ, totos raperent mihi funditus Argos,
Nec tamen ille meis reor impenetrabilis armis,
Ære gerens, ſolidóq; datos adamante lacertos,
Venerat heu ſegnes, quorum labor hæret in vno,
Sic conſerta manus, vario ſic turbidus æſtu
Angitur, ac ſeſe culpat ſuper omnia, qui non
Orantem in mediis legatum cœtibus, enſe
Perculerit, fædaſq; palám ſatiauerit iras.
Iam pudet incœpti, iam pœnitet: ac velut ille
Fluctibus Ionijs Calabra datus arbiter alno,
Nec rudis vndarum, portus ſed linquere amicos
Purior Olenij fruſtra gradus impulit aſtri:

Cùm

Cùm fragor hyberni ſubitus Iouis, omnia mundi
Clauſtra tonant, multuſq; polos inclinat Orion:
Ipſe quidem mallet terras, pugnátque reuerti,
Fert ingens à puppe Notus: tunc arte relicta
Ingemit & cæcas ſequitur iam neſcius vndas:
Talis Agenoreus ductor, cæloq; morantem
Luciferum, & feros mœrentibus increpat ortus.
Ecce ſub occiduas verſæ iam noctis habenas.
Aſtrorumq; obitus, vbi primùm maxima Thetys.
Impulit Eoo cunctantem Hyperiona ponto.
Ima flagellatis ſignum lugubre malorum
Ponderibus trepidauit humus, motuſq; Citheron
Antiquas dedit ire niues, tunc viſa leuari
Culmina, ſeptenæq; iugo concurrere portæ.
Et prope ſunt cauſæ, gelido remeabat Eon
Iratus fatis, & triſtis morte negata
Hemenides, nec dum ora patent, dubiuſq; notari
Signa dabat magnæ longè manifeſta ruinæ,
Plãtuq; & gemitu: lachrymas non protinus omnes
Fuderat, haud aliter ſaltu deuertitur orbus
Paſtor, ab agreſtum nocturna ſtrage Luporum,
Cuius herile pecus ſyluis inopinus abegit
Imber, & hyberna ventoſa cacumina lunæ.
Luce patent cædes: domino perferre recentes
Ipſe timet caſus, hauſtaq; inforn.is, arena
Queſtibus implet agros, ſtabuliq; ſilentia magne
Odit, & amiſſos longo ciet ordine tauros.
Illum congeſtæ portarum ad limina matres,
Vt ſolum videre (nefas) nulla agmina circum,

Magna

Magnanimoſq; duces, nihil auſa quærere, tollunt
Clamorem: bello qualis ſupremus apertis
Vrbibus, aut pelago iam deſcendente carina.
Vt primùm inuiſi cupido data copia regis,
Hanc tibi de tanto donat ferus agmine Tydeus
Infœlicem animam, ſiue hæc ſententia diuûm,
Seu fortuna fuit: ſeu, quod pudet ore fateri,*
Vis inuicta viri, vix credo & nuntius, omnes,
Procubuere omnes noctis vaga lumina teſtor
Et ſociûm Manes, & te mala protinus ales
Qua redeo: non hanc lachrymis meruiſſe, nec aſtu
Crudelem veniam: atq; inhonora munera lucis.
Sed mihi iuſſa Deûm, placitoq; ignara moueri
Atropos, atque olim non hæc data ianua lethi
Eripuere necem, iamq; vt mihi prodiga vitæ
Pectora, & extremam nihil horreſcentia mortem
Aſpicias, bellum infandum cunctiſq; negatam
Mouiſti funeſte aciem: dum pellere leges,
Et conſanguineo gliſcis regnare ſuperbus
Exule, te ſeries orbarum exciſe domorum
Planctibus aſſiduis, te diro horrore volantes
Quinquaginta animæ, circum noctesq; dieſq;,
Adſilient, neque enim ipſe moror, iã mouerat iras
Rex ferus, & triſtes igneſcunt ſanguine vultus.
Inde vltro Phlegyas, & non cunctator iniqui
Labdacus (hos regni ferrum penes) ire manuq;
Proturbare parant, ſed iam nudauerat enſem
Magnanimus vates, & nunc trucis ora tyranni,
Nunc ferrũ aſpectãs, Nũquã tibi ſanguinis huius

Ius

Ius erit, aut magno feries imperdita Tydeo
Pectora, vado equidem exultans: ereptáque fata
Insequor, & comites feror expectatus ad vmbras.
Te superis, fratriq́, & iam media orsa loquentis
Abstulerat plenum capulo latus, ille dolori
Pugnat, & ingentem nixu *duplicatus in ictum* vv. nisu.
Corruit, extremisq́ animæ singultibus errans
Alternus nunc ore venit, nunc vulnere sanguis,
Excussæ procerum mentes, turbataq́ mussant
Concilia, astillum coniux, fidiq́ parentes.
Seruantem vultus, & toruum in morte peracta
Non longum reducem lætati in tecta ferebant,
Sed ducis infandi rapidæ non hactenus iræ
Stare queunt, vetat igne rapi, pacemq́ sepulchri
Impius, ignaris nequicquam Manibus arcet.
Tu tamen egregius fati, mentisq́, nec vnquam
Indignum passure situm, qui comminus ausus.
Vadere contemptū regis, quanquã amplæ veniret
Libertas sancire viam, quo carmine dignam,
Quo satis ore tuis famam virtutibus addam
Augur amate deis? non te cœlestia frustra
Edocuit, lauróque sua dignatus Apollo est,
Et nemorum Dodona parens, Cyrrheaq́ virgo
Audebit tacito populos suspendere Phœbo.
Nunc quoque Tartareo multum diuisus auerno
Elysias i carpe plagas: vbi manibus axis
Inuius Ogygiis, nec fontis iniqua Tyranni
Iussa valent, durant habitus, & membra cruĕtis
Inuiolata feris, nudoq́ sub axe iacentem

Et ne

Et nemus, & triſtis volucrum reuerentia ſeruat:
At nuptæ exanimes, pueriq́, agriq́ parentes
Mœnibus effuſi per plana per arduа paſſim (rũt
Quiſq́ ſuas auidi ad lachrymas miſerabile cur-
Certamen: quos denſa gradu comitantur euntes
Millia ſolandi ſtudio, pars viſere flagrant
Vniius acta viri, & tantos in nocte labores.
Feruet iter gemitu, & plãgoribus arua reclamãt.
Vt vero infames ſcopulos, ſyluamq́ nefandam
Peruentum, ceu nulla priius lamenta, nec atri
Manaſſent imbres, ſic ore miſerrimus vno
Exoritur fragor, aſpectuq́ accenſa cruento
Turba furit, ſtat ſanguineo diſciſſus amictu
Luctus atrox, cæſoq́ inuitat pectore matres,
Scrutantur galeas frigentum, inuentaq́ mõſtrãt
Corpora, procidua ſuper externóſque, ſuóſque,
Hæ preſſant in tabe comas, hæ lumina ſignãt, (tra
Vulneraq́ alta replẽt lachrymis, pars ſpicula dex-
Ne quicquã parcente trahunt, pars molliter aptãt
Brachia trunca loco, & ceruicibus ora reponunt,
At vaga per dumos, vacuique in puluere campi
Magna parens iuuenum, gemini tunc funeris Ida
Squallentem ſublata comam, liuentiaq́ ora
Vngue premẽs, nec iam infœlix miſerãdaq́ verĩ
Terror ineſt lachrymis, perq́ arma, & corpora
Caniciem impexam dira tellure volutãs, (paſſim
Quærit inops natos, omniq́ in corpore plangit.
Theſſalis haud aliter bello gauiſa recenti,
Cui gentile nefas hominem renouare canendo.

* vv. auia.

* al. renouare.

Mul

Multifida attollens antiqua lumina cedro
Nocte subit campes, versatq; in sanguine functũ
Vulgus, & explorat Manes, cui plurima busto
Imperet ad superos, animarum mœsta queruntur
Concilia, & nigri pater indignatur auerni.
Illi in secessu pariter sub rupe iacebãt
Fœlices, quos vna dies, manus abstulit vna
Peruia vulneribus media trabe pectore nexi.
Vt vidit, lachrymisq; oculi patuere profusis:
Hosne ego complexus genitrix? hæc oscula nati
Vestra tuor? sic vos extremo in fine ligauit
Ingenium crudele necis? quæ vulnera tractem
Quæ prius ora premam? vosne illa potẽtia matris?
Vos vteri fortuna mei? qua tangere diuos
Rebar, & Ogygias titulis anteire parentes.
Ah quanto melius, dextráque in sorte iugatæ,
Quis steriles thalami, nullóque vlulata dolore
Respexit Lucina, domum, mihi quippe malorum
Causa labor, sed nec bellorum in luce patenti
Conspicui factis, æternáque gentibus ausi,
Quæsistis miseræ vulnus memorabile matri:
Sed mortem obscuram, miserãdáque funera tacti,
Heu quantus furto cruor, & sine laude iacetis.
Quin ego, non dextras miseris complexibus ausim
Diuidere, & tanti consortia rumpere lati
Ite diu fratres, indiscretique supremis
Ignibus, & caros vrna confundite manes.
Nec minus interea digesta strage suorum
Hinc Chroniũ, cõiux, hinc mater Pẽthea clamat

Astyoches, puerique rudes tua Phædime proles
Amissum didicere patrem, Marpissaque pactum
Phyllea: sanguineumq; lauant Acamãta sorores,
Tunc ferro retegunt syluas, collisq; propinqui
Annosum truncant apicem, qui conscius actis
Noctis & inspexit gemitus, ibi grandior æuo
Ante rogos, dum quisq; suo nequit igne reuelli
Consilium insanum dictis mulcebat Alethes.
Sæpe quidam infœlix varioq; exercita laudo
Fatorum gens nostra uit, Sidonius ex quo
Hospes in Aonios iecit fata ferrea sulcos.
Vnde noui fœtus, & formidata colonis
Arua suis: sed nec veteris cum regia Cadmi
Fulmineum in cinerem monitis Iunonis iniquæ
Consedit, neque funera cum laude potitus
Infœlix Athamas trepido de monte veniret
Semianimem heu lato referẽs clamore Learchũ:
Hic genitus Thebis, nec tempore clarius illo
Phœnissæ sonuere domus, cum lassa furorem
Vicit, & ad comitum lachrymas expauit Agaue.
Vna dies similis facto specieq; malorum
Æqua fuit, qua magniloquos luit impia flatus
Tantalis innumeris: cum circumfusa ruinis
Corpora tot raperet terra, tot quæreret ignes.
Talis erat vulgi status, & sic vrbe relicta,
Primæuiq; senes, & longo examine matres
Inuidiam planxere deis, miseroq; tumultu
Bina per ingentes stipabant funera portas.
Meq; ipsum, memini (nec dũ apta doloribus ætas)

Flesse

Fleſſe tamen gemituq; meo æquaſſe parentes.
Illa tamen ſuperi, nec quod tibi Dalia caſtos
Prolapſum ad fontes ſpecula temerãte prophana,
Heu dominum inſani non agnouere moloſſi
Deflerim magis, aut verſo quod ſanguine fluxit
In ſubitos regina lacus, ſic dira ſororum
Penſa dabant, viſumq; Ioui, nunc regis iniqui
Ob noxam immeritos patriæ tot culmina ciues
Exuimus, nec adhuc calcati fœderis Argos
Fama ſubit, & iam bellorum extrema dolemus.
Quantus equis, quantuſq; viris in puluere craſſo
Sudor! in quantum crudele rubebitis amnes!
Viderit hæc bello viridis manus, aſt ego doner
Dum licet igne meo, terraq; inſternar dnita.
Hæc ſenior: multumq; nefas Etheoclis aceruat
Crudelem, infandumq; vocãs, pœnaſq; daturum
Vnde ea libertas? iuxta illi finis & ætas
Tota retro, ſeraque velit decus addere morti
Hæc ſator aſtrorum iam dudum è vertice mundi
Proſpectans, primóque imbutas ſanguine gentes,
Gradiuum acciri prepere iubet, ille furentes
Biſtonas, & Geticas populatus cætibus vrbes,
Turbidus ætherea currus vrgebat ad arces.
Fulmine criſtatũ galeæ iubar, armaque in auro
Triſtia, terrificis monſtrorum animata figuriſ.
Incutiens tonat axe Polus, clypeique cruenta
Lux rubet, & ſolem longè ferit æmulus orbis.
Hunc vbi Sarmaticos etiamnum efflare labores
Iuppiter, & tota perfuſum pectora belli

Tempeſtate videt. Talis mihi nate per Argos,
Talis abi ſic enſe madens, ac nubilus ira.
Exturbent reſides frenos, & cuncta peroſi
Te cupiunt, tibi præcipites animaſq́, manuſq́
Deuoueant: rape cunctantes, & fœdera turba
Quæ dedimus, tibi fas ipſos incendere bello.
Cœlicolas, pacemq́ meam, iam ſemina pugnæ
Ipſe dedi, remeat portans immania Tydeus
Auſa ducis, ſcelus & turpis primordia belli,
Inſidias, fraudeſq́ ſuis quas vltus in armis.
Adde fidem, vos ô ſuperi, meus ordine ſanguis,
Ne pugnate odiis, neu me tentare precando
Certetis, ſic fata mihi, nigræque ſororum
Iurauere colus, manet hæc ab origine mundi
Fixa dies bello, populique in prælia nati.
Quod niſi me veterum pœnas ſancire malorum
Gentibus, & diros ſinitis punire nepotes.
Arcem hanc æternam, mentiſq́ ſacraria noſtræ
Teſtor, & Elyſios etiam mihi numina fontes.
Ipſe manu Thebas, correptáque mœnia fundo
Excutiam, verſaſq́ ſolo ſuper Inacha tecta
Effundam turres, ac ſtagna in cœrula vertam
Imbre ſuperiecto: licet ipſa in turbine rerum
Iuno ſuos colles, templúmque amplexa laboret.
Dixit: & attoniti iuſſis (mortalia credas
Pectora) ſic iuncti vocemq́, animóſque tenebant,
Non ſecus ac longa ventorum pace ſolutum
Aequor, & imbelli recubant vbi littora ſomno,
Syluarúmque comas, & abacto flamine nubes,

Mul

Mulcet iners æstas: tunc stagna, lacusq; sonori
Detumuere, tacent exhausti solibus amnes.
Gaudet ouans iussis, & adhuc temone calenti
Feruidus in læuum torquet Gradiuus habenas.
Iamq; iter extremum, cœliq; abrupta tenebat,
Cum Venus ante ipsos, nulla formidine gressum
Fixit equos, cessere retro, iam iámque rigentes
Suppliciter posuere iubas, tunc pectore summo
Acclinata iugo, vultúmque obliqua madentem
Incipit interea dominæ vestigia iuxta
Spumantem proni mandunt adamanta iugales)
Bella etiam in Thebas socero pulcherrima bella
Ipsa paras, ferróque tuos abolere nepotes?
Nec genus Hermonies, nec te connubia cœlo (tur
Festa, nec hæ quicquã lachrymæ furibunde morã-
Criminis hæc merces hæc fama, pudorq; relictus? *Vv. hoc*
Hoc mihi Lemniacæ de te meruere cathenæ?
Perge libens? at non eadem Vulcania nobis
Obsequia, & læsi seruit tamen ira mariti.
Illum ego perpetuis mihi desudare caminis
Si iubeam vigilésque operi transmittere noctes,
Gaudeat, ornatusq; nouos, ipsiq; laborent
Arma tibi, tu. sed scopulos, & ahena precando
Flectere corda paro, solum hoc tamẽ anxia solum
Obtestor, quid me Tyrio sociare marito
Progeniem caram, infaustisq; dabas Hymenæis
Dum fore præclaros armis, & viuida rebus
Pectora vipereo tyrios de sanguine iactas,
Demissumq; Iouis serie genus, ah mea quanto,

*l. natæ. *Sithonia mallem nupsisset* virgo sub arcto
Trans Boream, Thracasq; tuos indigna parúmne
Pertulimus? diuæ Veneris quod filia longum
Reptat, & Illyricas eiectat virus in herbas?
Nũc gentẽ immeritã, lachrymas nõ pertulit vltra
Bellipotens hastam leua transumit & alto
(Haud mora) dissiluit curru, clypeoq; receptam
vv. am- Ledit in * amplexum, dictisq; ita mulcet amicis.
plexu. O mihi bellorum requies, & sacra voluptas
Vnáque pax animo, soli cui tanta potestas
Diuorum, hominumq; meis occurrere telis
Impune, & media quamuis in cade frementes,
Hos assistere equos, hunc ensem auellere dextra.
Nec mihi Sidonij genitalia fœdera Cadmi,
Nec tua cura fides (ne* falsa incessere gaude)
vv. falso. Exciderant, prius in patrui deus infera mergar
Stagna, & pallentes agar exarmatus ad vmbras.
Sed nunc fatorum monitus, mentemq; supremi
Iussus obire patris, neq; enim Vulcania tali
Imperio manus apta legi) quo pectore contra
Ire Iouem, dictasq; parem contemnere leges?
Cui modo, prô vires! terras, cœlúmque fretúmq;
Attremere cranti, tantosq; ex ordine vidi
Delituisse Deos, sed ne mihi corde supremos
Concipe cara metus, quando hæc mutare potestas
Nulla datur, cum iam Tyriis sub mœnibus amba
Bellabant acies, adero, & socia arma iuuabo.
Tunc me sanguineo latè deseruere campo
Res super Argolicas haud sic deiecta videbis:

Hoc

Hoc mihi ius, nec fata vetant, sic orsus aperto
Flagrantes immisit equos, non ocyus alti
In terras cadit ira Iouis, si quando niualem
Othryn, & Arctoa gelidum caput institit Ossa,
Armauitq; in nube manum, volat ignea moles
Saua dei mandata ferens, cœlumq; trisulca
Territat omne coma, iam dudũ aut ditibus agris
Signa dare, aut ponto miseros inuoluere nautas.
Iamq; remensus iter fesso Danaeia Tydeus
Arua gradu, viridisq; legit deuexa Prosymna
Terribilis visu, stant fulti puluere crines.
Squalidus ex humeris cadit alta in vulnera su-
Insomnesq; oculos rubor excitat, oraq; retro (dor
Sorbet anhela sitis, mens altum spirat honorem
Conscia factorum, sic nota in pascua taurus
Bellator redit, aduerso cui colla, suoq;
Sanguine, proscissiq; natant Palearibus armi.
Tunc quoq; lassa tumet virtus, multumq; superbit
Pectore despecto, vacua iacet hostis arena
Turpe gemens, crudosq; vetat sentire dolores.
Talis erat, medias etiam non destitit vrbes,
Quicquid & Asopon, veteresq; interiacet Argos
Inflammare odiis, multumq;, & vbiq; retexens
Legatum sese Graia de gente petendis
Isse super regnis Profugi Polynicis at inde
Vim, noctem scelus, arma, dolos, ea fœdera passum
*Regis Echionij fratri sua*iura negari.*
Prona fides populis, Deus omnia credere suadet al. regna
Armipotens, geminatq; acceptos fama pauores.

Vtque introgressus, portas (& forte verendo
Concilio pater ipse daces cogebat Adrastus)
Improuisus adest, iam illinc à postibus aulæ
Vociferans, arma arma viri, tuq; optime Lernæ
Ductor, magnanimum si quis tibi sanguis auorũ
Arma para, nusquam pietas, non gentibus equum
Fas, aut cura Iouis, melius legatus adissem
Sauromatas auidos: seruatoremq; cruentum
Bebrycij nemoris, nec iussa incuso, pigétve
Officij, iuuat isse, iuuat, Thebasq; nocentes
Explorasse manu, bello me credite bello
Ceù turrim validam, aut arctã cõpagibus urbem
Delicti insidiis, instructiq; omnibus armis
Nocte, dolo q; viri, nudum, ignarumq; locorum
Ne quicquam clausere, iacent in sanguine mixti
Ante urbem uacuã, nunc ô nunc tẽpus in hostes,
Dũ trepidi, exangues q; metu, dum funera portant
Dum capulo nondũ inanus excidit ipse ego fessus
Quinquaginta illis heroum in manibus umbris,
Vulneraq; ista ferens putri insicata cruore
Protinus ire peto. Trepidi de sedibus astant
Inachida, cunctisq; prior Cadmeius heros
Accurrit uultum deiectus, & En ego diuis
Inuisus, vitaq; nocens hæc uulnera cerno
Integer hôsne mihi reditus germane parabas?
In me hæc tela dabas? pro uita fœda cupido,
Infœlix facinus fratri tam grande negaui:
Et nunc uestra quidem maneant in pace serena
Mœnia, ne uobis tanti sim causa tumultus

Hostes

Hoſpes adhuc, ſcio, nec me adeo res dextra leuauit
Quam dirum natis thalamos, quam triſte reuelli
Quam patria, non me vllius domus anxia culpet,
Reſpectentve truces obliquo lumine matres.
Ibo libens, certusq3 mori, licet optima coniux
Auditusq3 iterum reuocet ſocer, hunc ego Thebis
Hunc germane tibi iugulũ, & tibi maxime Tydeu
Debeo, ſic variis pertentat pectora dictis.
Obliquatq3 preces, commota queſtibus ira
Et mixtus lachrymis caluit dolor: omnibus vltro
Non iuuenum modo, ſed gelidis, & inertibus aeuo
Pectoribus mens vna ſubit, viduare penates,
Finitimas adhibere manus, iamque ire: ſed altus
Conſiliis pater, imperiiq3 haud flectere molem
Inſcius: Iſta quidem ſuperis, curaq3 medenda
Linquite quaſo mea (nec te germanus inulto
Sceptra gereret) nequevos auidi promittere bellum.
At nunc egregium, tantoq3 in ſanguine ouamen
Excipite Oeniden, animoſaq3 pectora laxet
Sera quies, nobis dolor haud rationis egebit.
Turbati extemplo comites, & pallida coniux
Tydea circum omnes feſſum belliq3 viaque
Stipantur latus mediis in ſedibus aula
Conſtitit, ingentiq3 exceptus terga columna
Vulnera dum lymphis Epidaurius eluit Idmon,
Nunc velox ferro, nunc ille potentibus herbis
Mitior, ipſe alta ſeductus mente renarrat
Principia irarum, quaq3 orſus vtérq3 viciſſim,
Qui locus inſidiis, tacito qua tempora bello.

Qui contra, quantique duces, vbi maximus illi
Sudor, & iudicio seruatum Mæona tristi,
Exponit, cui fida manus procereſq́, ſocerq́
Aſtupet oranti, Tyriuſq́ incenditur exul.
Soluerat Heſperij deuexo margine ponti
Flagrantes: ſol pronus equos, rutilámque lauabat
Oceani ſub fonte comam, cui turba profundi
Nereos, & rapidis accurrunt paſſibus Horæ:
Frænáque, & auratæ textum ſublimè coronæ
Diripiunt, laxant* calidis humentia loris
Pectora, pars meritos vertunt ad molle iugales
Gramen, & erecto currum temone ſupinant:
Nox ſubit, & curas hominum, motuſq́ ferarum
Compoſuit, nigróque polos inuoluit amictu,
Illa quidem cunctis, ſed non tibi mitis Adraſte
Labdacioq́ duci nam Tydea largus habebat
Perfuſum* magna virtutis imagine ſumus.
Et iam noctiuagas inter deus armiger vmbras
Deſuper Arcadiæ fines Nemæáque rura,
Tenariumq́ cacumen, Apollineáſq́ Terapnas
Armorum tonitru, ferit, & trepidantia corda
Implet amore ſui, comunt Furor, Iráq́ criſtas.
Frena miniſtrat equis, Pauor armiger, at vigil
Fama ſono varios rerũ ſuccincta tumultus (omni
Anteuolat currum, curruq́ impulſa gementem
Alipedum, & trepidas denſo cũ murmure plumas
Excutit, vrget enim ſtimulis auriga cruentis
Facta, infecta loqui, curruq́ infeſtus ab alto
Terga comáſq́ deæ Scythica pater increpat haſta

Qua

al. C. roſeis.

al. magnæ.

Qualis vbi Æolio demissos carcere ventos
Dux præ se Neptunus agit, magnóque volantes
Iniicit Ægeo tristis comitatus eunti
Circũ lora fremunt, nimbiq; hyemésque profundæ
Nubilaque, & vulso terrarum sordida fundo
Tempestas, dubiæ motis radicibus obstant
Cyclades, ipse tua Mycone Gyaroq; reuolli
Dele, times magniq; fidem testaris alumni.
Septima iam nitidum terris Aurora deisq;
Purpureo vehit ore diem: Perseius heros
Cum primum arcana senior sese extulit aula,
Multa super generisq; bello tumentibus amens
Incertusq; animi, daret armis iura, nouósque
Gentibus incuteret stimulos an frena teneret
Irarum, & motum capulis astringeret enses.
Hinc pacis tranquilla mouent, atque inde pudori
Fœda quies, flectiq; noua dulcedine pugnæ
Difficiles populi dubio sententia tandem
Sera placet, vatum mentes, ac prouida veri
Amphiarae datur, iuxtâque Amythaone cretus
Iam senior, sed mente virens Phœbóque Melãpus
Associat passus: dubium cui dexter Apollo,
Oráque Cyrrhea saciarit largius vnda.
Principio fibris, pecudúmque in sanguine diuos
Explorant iam tum pauidis maculo bidentem
Corda negant, diráque nefas minitantia vena
Ire tamen, vacuóque sedere omnia cœlo.
Mons erat auduci seductus in æthera dorso,

Nomine

Nomine Lernæi memorant Apheſanta coloni,
Gentibus Argolicis olim, ſacer inde ferebant
Nubila, ſuſpenſo celerem temeraſſe volatu
Perſea, cum raptos pueri perterrita mater
Proſpexit de rupe gradus, ac penè ſecuta eſt.
Huc gemini vates ſanctam canentis oliuæ
Fronde comam, & niueis ornati tempora vittis
Euadunt pariter madidos vbi lucidus agros
Ortus, & algentes laxauit ſole pruinas.
Ac prior Ælides ſolita prece numen amicat.
Iuppiter omnipotens, nam te pernicibus alis
Addere conſilium, volucreſq; implere futuri,
Ominaque, & cauſas cœlo deſerre latentes
Accipimus, num Cyrrha deum promiſerit antro
Certius, aut frondes lucis quas fama Moloſſis
Chaonias ſonuiſſe tibi licet aridus Hammon
Inuideat, Liciæq; parent contendere ſortes,
Niliacúmque pecus, patrioq; æqualis honori
Branchus, & vndoſæ quis ruſticus accola Piſæ
Pana Lyaconia nocturnum exaudit in vmbra.
Ditior ille animi, cui tu Dictææ ſecundas
Impuleris manifeſtus aues, mirum vnde, ſed olim
Hic honor alitibus, ſuperæ ſeu conditor aulæ
Sic dedit effuſum Chaos in noua ſemina texens:
Seu quia mutatæ, noſtráque ab origine verſis
Corporibus ſubiere Notos: ſeu purior axis,
Amotúmq; nefas, & rarum inſiſtere terris
Vera docent, tibi ſumme ſator terræq; deúmque
Scire licet, nos Argolicæ primordia pugnæ,

Ventu

Venturumq; ſinas cœlo prænoſſe laborem.
Si datur, & duris ſedet hæc ſententia parcis
Soluere Echionias Lernea cuſpide portas,
Signa feras, læuuſq; tones tunc omnis in aſtris
Conſonet arcana volucris bona murmura lingua.
Si prohibes, hic necte moras, dextriſq; profundum
Alitibus prætexe diem, ſic fatus & alto
Membra locat ſcopulo: tunc plura ignotáq; iungit
Numina, & immenſi fruitur caligine mundi.
Poſtquam rite diu partiti ſydera cunctas
Perlegere animis, oculiſq; ſequacibus auras
Tunc Amythaonius longo poſt tempore vates,
Nonne ſub excelſo ſpirantis limina cœli
Amphiaraе vides, curſus vt nulla ſerenos
Ales agat? liquidóque polum complexa meatu
Pendeat? aut fugiens placabile plauſerit omen?
Non comes obſcurus tripodii: non fulminis ardēs,
Vector ades, flauæq; ſonans auis vnca Minervæ.
Non venit auguriis, melior quam vultur, & altis
Deſuper accipitres exultauere rapinis.
Monſtra volant diræ ſtrident in nube volucres.
Nocturnæq; gemunt ſtriges, & feralia bubo
Damna canens, qua prima deū portēta ſequamur
Hisne dari Thymbræe polum? ſimul ora recuruo
Vngue ſecāt rabidæ, planctumq; imitantibus alis
Exagitant Zephyros, & plumea pectora cedunt.
Ille ſub hæc. Equidem varij pater omnia Phœbi
Sæpe tuli, iam tunc cum pube virentem
Semideos inter pignus me Theſſala reges

Duceret hic casus terraq; mariq; canentem
Obstupuere duces, nec me ventura locuto
Sæpius, indubiis auditus Iasone Mopsus.
Sed similes non ante metus, aut astra notaui
Prodigiosa magis, quamquam maiora parantur.
Huc aduerte animum, clara regione profundi
Ætheris innumeri statuerunt agmina Cygni
Siue hos Stymonia Boreas eiecit ab arcto,
Seu fœcunda refert placidi clementia Nili
Fixerunt cursus, hac rere in imagine Thebas.
Nam sese immoti gyro, atq; in pace silentes,
Ceu muris, valloq; tenent, sed fortior ecce
Aduentat per inane cohors, septem ordine fuluo
Armigeras summi Iouis exultante caterua
Intuor, Inachij sunt tibi (concipe) reges.
Inuasere globum niuei gregis, uncáq; pandunt
Cædibus ora nouis, & strictis unguibus instant
Cernis inexperto rorantes sanguine uentos,
Et plumis stillare diem? quam sæua repente
Victores agitat læto Iouis ira siniſtris?
Hic excelsa petens subita face Solis inarsit,
Summisitq; animos, illum uestigia adortum.
Maiorum uolucrum tenera deponitis ala.
Hic hosti implicitos pariter ruit hunc fuga retro
Voluit agens socia liquentem fata caterua.
Hic nimbo glomeratus obit hic præpete uiua
Pascitur immoriens, spargit caua nubila sanguis
Quid furtim lachrymas? illum uenerande Melãpu
Qui cadit, agnosco, trepidos sic mole futuri

al. sic morte futura.

Cun-

Cunctáque iam rerum certa ſub imagine paſſos
Terror habet vates, piget irrupiſſe volantum
Concilia, & cœlo mentem incertaſſe vetanti
Auditque odere deos, vnde iſte per orbem
Primus venturi miſeris animantibus ager
Creuit amor? diuûmne feras hoc munus, an ipſi
Gens auida, & porto non vnquam ſtare quieti?
Eruimus, quæ prima dies, vbi terminus æui,
Quid bonus ille deûm genitor, quid ferrea Clotho
Cogitet, hinc fibræ, & volucrũ per nubila ſermo,
Aſtrorúmque vices: numeratáque ſemita lunæ
Theſſalicúmque nefas. At non prior Auſonius ille
Sanguis auum, ſcopuliſq; ſatæ vel robore genteis
*Mentibus*hoc auſæ ſyluas amor vnus, humũq;*
Edomuiſſe manu, quid craſtina volueret ætas
Scire nefas homini, nos prauum ac debile vulgus
Scrutamur penitus ſuperos hinc pallor & iræ,
Hinc ſcelus: inſidiæq; & nulla modeſtia voti:
Ergo manu vittas, damnatáque vertice ſerta
Diripit, abiectáque inhonorus fronde ſacerdos
Inuiſo de monte redit, iam bella tubæq;
Comminus abſenteſq; fremunt ſub pectore Thebæ
Ille nec aſpectum vulgi, nec fida tyranni
Colloquia aut cœtus procerum perferre, ſed atra
Sede tegi, & ſuperum clauſus negat acta fateri
Te pudor, & curæ retinent per rura Melampu
Biſſenos premit ora dies, populumq; duceſq;
Extrahit incertis: & iam ſuprema Tonantis
Iuſſa fremunt, agróſque viris, annoſáque vaſtant

Oppi

Oppida bellipotens præ se Deus agmina passim
Mille rapit, liquere domos, dilectáque læti
Connubia, & primo plorantes limine natos.
Tantus in attonitos cecidit Deus arma paternis
Postibus, & fixos superûm ad penetralia currus
Vellere amor, tunc fessa putri rubigine tela,
Horrentésque situ gladios in sæua recuruant
Vulnera, & attrito cogunt iuuenescere saxo.
Hi teretes galeas, magnorumq; area suta
Thoracum, & tunicas chalybũ squalore crepãtes
Pectoribus tentare, alij Cortynia lentant
Cornua iam falces auidis, & aratra caminis,
Rastráque, & incurui sæuum rubuere ligones.
Cedere nec validas sanctis è stirpibus hastas,
Nec pudor emerito clypeum vestisse iuuenco:
Irrupere Argos, mœstique ad limina regis (ras,
Bella animus, bella ore fremunt, it clamor ad æu-
Quantus Tyrrheni gemitus salis aut vbi tentat
Enceladus mutare latus, procul igneus antris
Mons tonat exundant apices, fluctusq; Pelorus
Contrahit, & sperat tellus abrupta reuerti.
Atque hic ingenti Capaneus Mauortis amore
Exitus, & longam pridem indignatia pacem
Corda tumẽs (huic ampla quidẽ de sãguine prisco
Nobilitas, sed enim ipse manu progressus auorum
Facta, diu tuto superûm contemptor & æqui
Impatiens, largusq; animæ suaserit ira
Vnus vt è syluis Pholoes habitator opacæ
Inter & æneos æquus consurgere fratres:

Ante

Ante fores vbi turba ducum, vulgiq; frementis
Amphiaraë tuas, quæ tanta ignauia, clamat
Inachidæ? vosq; ô socij de sanguine Achiui
Vnius (heu pudeat) Phœbeia ad limina ciuis.
Tot ferro accinctæ gentes, animisq; paratæ
Pendemus? non si ipse cauo sub vertice Cyrrhæ
Quisquis is est timidis, famæq; ita visus, Apollo
Mugiat insano penitus secluſas in antro,
Expectare queam dum pallida virgo tremendas
Nuntiet ambages. Virtus mihi numen, & ensis,
Quem teneo, iamq; huc timida cũ fraude sacerdos
Exeat, aut hodie volucrum quæ tanta potestas
Experiar, letum fremit, assensuq; furentem
Implet Achæa manus, tandem prorumpit adactus
Oeclides, alio curarum agitante tumultu.
Non equidem effræno iuuenis clamore profani
Dictorumq; metu, licet hic insana minetur,
Elicior tenebris, alio mihi debita fato
Summa dies, vetitumq; dari mortalibus armis.
Sed me vester amor, nimiusq; arcana profari
Phœbus agit, vobis vẽtura, atq; omne, quod vltra
Pandere mœstus eo, nam te vesane moneri (est
Ante nefas, vndique silet tibi noster Apollo,
Quo miseri fatis, superisq; obstantibus, arma
Quo rapitis? quæ vos furiarum verbera cæcos
Exagitant? adeóne animarum tædet? & Argos
Exosi? nil dulce domi? nulla omina curæ?
Quid me Perſei secreta ad culmina montis
Ire gradu trepido superosq; irrumpere cœtus

Egiſtis? potui pariter neſcire, quis armis
Caſus, & atra dies, quæ fati exordia cunctis,
Quæ mihi (conſulti teſtor penetralia mundi,
Et volucrum affatus, & te Thymbræe, vocanti
Non aliàs tam ſæue mihi) quæ ſigna futuri
Pertulerim, vidi ingentis portenta ruinæ.
Vidi hominum, diuumq; nefas, hilaremq; Megæram
Et Lacheſin putri vacuantem ſæcula penſo.
Proiicite arma manu: deus ecce furentibus obſtat
Ecce deus, miſeri quid pulchrum ſanguine victo
Aoniam, & diri ſaturare noualia Cadmi?
Sed quid vna cano? quid fixos arceo caſus?
Ibimus, hic preſſo gemuit ſimul ore ſacerdos.
Illum iterũ Capaneus, tuus ô furor augur, & vni
Iſla tibi, vt ſerues vacuos inglorius Argos,
Et tua non vnquam Tyrrhenus tempora circum
Clangor eat, quid vota virum meliora moraris?
Scilicet vt vanis auibus, natoq;, domoq;,
Et thalamis potiare iacens, ſileamus inulti
Tydeos egregij perfoſſum pectus? & arma
Fœderis abrupti? quod ſi bella effera Graios
Ferre vetas, I Sidonias legatus ad vrbes,
Hæc pacem tibi ſerta dabunt tua prorſus inanè
Verba polo cauſas, obſtruſáque ſemina rerum
Eliciunt? miſeret ſuperum, ſi carmina curæ,
Humanæq; preces, quid inertia pectora terres?
Primus in orbe deos fecit timor, & tibi tuto
Nunc eat iſte furor, ſed prima ad claſſica cum iã
Hoſtilem Iſmenon galeis, Dircénque bibemus,

Ne

Ne mihi tunc moneo lituos, atque arma volenti
Obuius ire pares, ventisq; aut alite visa
Bellorum proferre diem, procul hæc tibi mollis
Insula, terrificiq; aberit dementia Phœbi.
Illic augur ego, & mecum quicunque parati
Insanire manu, rursus fragor intonat ingens
Hortantum, & vasto subter velat astra tumultu
Vt rapidus torrens, animos cui verna ministrant
*Flumina, & exuti concreto frigore colles,
Cum vagus in campos frustra prohibentibus exit
Obiicibus: resonant permixto turbine tecta,
Arua, armenta, viri, donec stetit improbus alto
Colle minor, magnóque inuenit in aggere ripas,
Hæc alterna ducum nox interfusa diremit.
At gemitus Argia viri non amplius æquo
Corde ferens, sociúmque animo miserata dolorem
Sicut erat laceris pridem turbata capillis,
Et fletu signata genas, ad celsa verendi
Ibat tecta patris, paruúmque sub vbere caro
Thessandrum portabat auo, iam nocte suprema
Ante nouos ortus, vbi sola superstite plaustro
Arctos ad Oceanum fugientibus inuidet astris.
Vtq; fores iniit, magnóque effusa parenti est,
Cur tua cũ lachrymis mœsto sine coniuge supplex
Limina nocte petam, cessem licet ipsa profari
Scis genitor, sed iura deum genitalia testor,
Teque pater, non ille iubet, sed peruigil angor
Ex quo primus hymen, mouitq; infausta siniſtrã
Iuno facem, semper lachrymis, gemituq; profundo

* al. flamina

Exturbata quies, non ſi mihi tygridis horror,
Æquoreæq; ſuper rigeant præcordia cautes,
Ferre queam, tu ſolus opem, tu ſumma medendi
Iura tenes, da bella pater, generiq; iacentis
Aſpice res humiles, atq; hãc pater aſpice prolem
Exulis, huic olim generis pudor obuia prima
Hoſpitia, & iunctæ teſtato numine dextræ.
Hic certè eſt, quẽ fata dabant, quem dixit Apollo
Non egomet tacitos Veneris furata calores,
Culpatámve facem, tua iuſſa verenda, tuoſq;
Dilexi monitus: nunc qua feritate dolentis
Deſpiciam quæſtus? neſcis pater optime, neſcis
Quantus amor cauſa miſero nupſiſſe marito.
Et nunc mœſta quidẽ graue, & illætabile munus
Vt timeam doleamq;, rogo, ſed cum oſcula rũpet
Mœſta dies, cùm rauca dabant abeuntibus armis
Signa tubæ, ſanoq; genas fulgebitis auro
Hei mihi care parens, iterum fortaſſe rogabo,
Illius humenti carpens pater oſcula vultu,
Non equidem has vnquã culparim nata querelas
Pone, metus, laudanda rogas, nec digna negari
Sed mihi multa dei (nec tu ſperare quod vrges
Deſine) multa metus, regniq; volubile pondus
Subiiciunt animo, veniet, qui debitus iſtis
Nata modus, nec te incaſſum fleuiſſe quereris
Tu ſolare virum, neu ſint diſpendia iuſtæ
Dura moræ, magnos cunctamur nata paratus.
Proficitur bello, dicentem talia naſcens
Lux mouet, ingenteſq; iubent aſſurgere curæ,

P. STATII PAPINII

THEBAID. LIB. IIII.

TErtius horrentẽ Zephyris laxauerat annum
Phœbus, & angustum cogebat limite verno
Longius ire diem, cùm fracta, impulsaq; fatis
Consilia, & tandem miseris data copia belli,
Prima manu rutilam de vertice Lariſſæo
Ostendit Bellona facem, dextraq; trabalem
Hastam intorsit agens, liquido qua stridula cœlo
Fugit, & aduersa celso stetit aggere Dirces.
Mox & castra subit, ferroq;, auroq; coruscis
Mixta viris, turmale fremit, dat euntibus enses.
Plaudit equos: vocat ad portas, hortamina fortes
Preueniunt timidisq; etiam breuis addita virtus
Dicta dies aderat, cadit ingens ritè Tonanti,
Gradiuoq; pecus, nullisq; secundus in extis
Pallet, & armatis simulat sperare sacerdos.
Iamq; suos circùm pueri, innuptæq;, patresq;
Funduntur mixti, summisq; à postibus obstant,
Nec modus est lachrymis, rorant clypeiq;, iubæq;
Triste salutantum, & cunctis dependet ab armis
Suspiranda domus, galeis iuuat oscula clausis
Inserere, amplexuq; truces deducere conos.
Illi quîs ferrum modo, quîs mors ipsa placebat,
Dant gemitus, fractæque labant singultibus iræ.
Sic vbi fortè viris longum super æquor ituris
Cum iã ad vela noti, & scisso redit anchora fũde

Hæret amica manus, certant innectere collo
Brachia, manantesq; oculos, hinc oscula turbant,
Hinc magni caligo maris, tandémque relicti
Stant in rupe tamen, fugientia carbasa visu
Dulce sequi, patriósq; dolent crebescere ventos.
Stant tamen, & notam pupem de rupe salutant.
Nunc mihi fama prior, mundiq; arcana vetustas
Cuj meminisse ducum, vitásque extendere cura,
Pande vires, tuq; ô nemoris regina sonori,
Calliope, quas ille manus, qua mouerit arma
Gradiuus quantas populis spoliauerit vrbes,
Sublata mollire lyra, nec enim altior vlli
Mens hausto de fonte venit, Rex tristis, & ager
Pondere curarum, propiórque abeuntibus annis
Inter adhortantes vix sponte incedit Adrastus
Contentas ferro cingi latus, arma manipli
Ponè ferunt volucres, portis auriga sub ipsis
Comit equos, & iam inde iugo luctatur Arion.
Huic arma Larissa viros. huic celsa Prosymne
Aptior armentis Midea, pecorosáque Phyllos.
Quaq; pauet longa spumantem valle Charadron
Neris, & ingenti turrita mole Cleone,
Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem.
Iunguntur memores transmissi ab origine reges,
Qui Drepani scopulos, & oliuifera Sicyonis
Culta serunt, quos pigra vado Langia tacenti
Lambit, & anfractu riparum incuruus Helissos,
Sauus honos fluuio, Stygias lustrare seueris
Eumenidas perhibetur aquis, hinc mergere sueta

Ora,

Ora, & anhelantes tuto Phlegetonte ceraſtas.
Seu Thracum vertere domos, ſeu tecta Mycenis
Impia, Cadmeumq; larem, fugit ipſe natantes
Amnis, & innumeris liueſcunt ſtagna venenis.
It comes Inoas Ephyre ſolata querelas,
Cenchreaq; manus, vatum qua conſcius amnis
Gorgoneo percuſſus equo, quáque obiacet alto
Iſthmos, & à terris maria inclinata repellit.
Hæc manus Adraſtum numero ter mille ſecuti
Exultant, pars geſta manu, pars robora flammis,
Indurata diu (non vnus námque maniplis
Mos, neq; ſanguis ineſt) teretes pars vertere fũdas
Aſſueti, vacuóque diem præcingere gyro,
Ipſe annis ſceptriſq; ſubit venerabilis, æquè
Vt poſſeſſa diu taurus meat arduus inter
Paſcua, iam laſſa ceruice, & inanibus armis,
Dux tamen, haud illum bello attentare iuuencis
Sunt animi, nam trunca vidẽt de vulnere multo
Cornua, & ingentes plagarum in pectore nodos.
Proxima longæuo profert Dircæus Adraſto
Signa gener, cui bella fauent: cui commodat iras
Cuncta cohors, huic & patria de ſede volentes
Aduenere viri, ſeu quos mouet exul, & hæſit
Triſtibus aucta fides, ſeu quis mutare potentes
Præcipuum multi melior quos cauſa querenti
Conciliat, dederat necnon ſocer ipſe regendas
Aegion, Aranénque, & quas Theſeia Trœzen,
Addit opes: ne rara mouens inglorius iret
Agmina, neu raptos patriæ ſentiret honores.

Idem habitus, eadẽ arma viro, qua debitus hoſpes
Hyberna ſub nocte tulit. Theumeſius implet
Terga Leo, & gemino lucent haſtilia ferro.
Aſpera vulnifico ſubter latus enſe riget Sphynx.
Iam regnum, matriſq; ſinus, fidáſque ſorores
Spe, votiſq; tenet, tamen & de turre ſuprema
Attonitam, totóque extantem corpore longè
Reſpicit Argian, hæc mentem, oculóſque reducit
Coniugis, & dulces auertit pectore Thebas.
Ecce inter medios patriæ ciet agmina gentis
Fulmineus Tydeus, iam lætus, & integer artus
Vt primum ſtrepuere tubæ: ceu lubricus alta
Anguis humo verni blanda ad ſpiramina ſolis
Erigitur liber ſenio, & ſquallentibus annis
Exutus, lætiſq; minax interuiret herbis.
Ah miſer agreſtum ſi quis per gramen hianti
Obuius, & primo ſiccauerit ora veneno.
Huic quoque præſtantes Aetolis vrbibus affert
Belli fama viros, ſenſit ſcopuloſa Pylene
Fletáque cognatis auibus Melegria Pleuron,
Et præceps Calydon, & quæ Ioue prouocat Idam
Olenos, Ioniis & fluctibus hoſpita portu
Chalcis, & Herculea turpatus gymnade vultus
Amnis: adhuc imis vix truncam attollere frõtem
Auſus aquis, glaucóque caput ſummerſus in an-
Mœret, anhelantes agreſcunt puluere ripæ. (tro
Omnibus arata propugnant pectora crates,
Piláque ſæua manu, patrius ſtat caſſide Mauors.
Vndiq; magnanimum pubes delecta coronant

Oeniden

Oeniden hilarem bello, notisq; decorum
Vulneribus, non ille minis Polynicis, & ira
Inferior, dubiámque adeo cui bella gerantur
Maior at inde nouis it Doricus ordo sub armis,
Qui ripas Lyncæ tuas, tua littora multo
Vomere suspendunt, fluuiorum ductor Achiuum
Inache, Perseа neque enim violentior exit (sas
Amnis humo, cũ Taurũ, aut Pliadas hausit aquo- 120
Spumeus, & genero tumuit Ioue, quos celer ambit
Asterion, Dryopúmque trahens Erasinus aristas,
Et qui rura domant Epidauria, dexter Iacchо
Collis, at Aetneæ Cereri negat auia Dyme.
*Mittit * opes, densásque Pylos Neleia turmas* *l. opem
Nondum nota Pylos, iuuenisq; ætate secunda
Nestor, at ire tamen peritura in castra negauit
Hos agitat, pulchræq; docet virtutis amorem
Arduus Hippomedon, capiti tremit ærea cassis,
Ter niuea scandente iuba, latus omne sub armis 130
*Ferrea suta * terunt, humeros, & pectora latè* al. tegit.
Flammeus orbis habet, perfectáque viuit in auro
Nox Danai, fontes, furiarum lampade nigra,
Quinquaginta ardent thalami, pater ipse cruẽtis
In foribus laudátque nefas, atque inspicit enses.
Illum Palladia sonipes Nemæus ab arce
Deuehit arma pauẽs, vmbráque immane volãti
*Implet agros, *longóque attollit puluere campum*
Non aliter syluas humeris, & vtróque refringens
Pectore, montano duplex Hyleus ab antro 140
Præcipitat, pauet Ossa vias, pecudésq;, feraque

Procubuere metu non ipſis fratribus horror
Abfuit, ingenti donec Peneia ſaltu
Stagna ſubit, magnumq; obiectus detinet amnem
Quis numerum ferri, gentéſque, & robora, dicto
Aequarit mortale ſonans? ſuus excit in arma
Antiquam Tyrintha deus non fortibus illa
Infœcunda viris, famáque immanis alumni
Degenerat: ſed lapſa ſitu fortuna, neq; addunt
Robur opes, rarus vacuis habitator in aruis
Monſtrat Cyclopum ductas ſudoribus arces.
Dat tamẽ hæc iuuenum tercentũ pectora vulgus
Innumerum bello, quibus haud armẽta, nec enſes
Triſte micant, flauent capiti, tergoq; Leonum
Exuuiæ gentilis honos & pineus armat
*Stipes, inexhauſtis * arctantur tela pharetris.*
b. aptantur.
Herculeum Paana canunt, vaſtataq; monſtris
Omnia frondoſa longum deus audit ab Oeta.
Dat Nemea comites, & quas in prælia vires
Sacra Cleonæi cogunt vineta Molorchi,
Gloria nota caſæ, foribus ſimilata ſalignis,
Hoſpitis arma dei, paruóque oſtenditur auro.
Robur vbi, & laſſos qua reclinauerit artus
Ilice qua cubiti, ſedeant veſtigia terra.
At pedes, & toto deſpectans vertice bellum,
Quatuor in domitis Capaneus erepta iuuencis
Terga ſuperq; rigens iniectu molis ahenæ
Verſat onus, ſquallet triplici ramoſa corona
Hydra recens obitu, pars anguibus aſpera viuis
Argento cælata micat, pars arte reperta

Conditur,

Conditur, & ſuluo moriens igneſcit in auro.
Circum amnis torpens, & ferro cœrula Lerna.
At laterum tractus, ſpatioſaq; pectora ſeruat
Nexilis innumero chalybũ ſub tegmine thorax.
Horrendum, non matris opus, galeaq; coruſca
Prominet arce gygas, atque vni miſſilis illi
Cuſpide præfixa ſtat frondibus Orba cypreſſus.
Huic parere dati quos fertilis Amphigenia,
Planaq; Meſſena, montanáque nutrit Ithone.
Quos Thrion, & ſummis ingeſtum mõtibus Æpy,
Quos Helos, & Pteleon, Getico quos flebile vati
Dorion, hic fretus doctas anteire canendo
Aonidas, multõs Thamyris damnatus in annos
Ore ſimul, citharaq; (quis obuia numina tẽnat?)
Conticuit præceps, quis non certamina Phœbi
Noſſet: & illuſtris Satyro pendente Celænas?
Iamq; & fatidici mens expugnata fatiſcit,
Auguris ille quidem caſus, & dira videbat
Signa, ſed ipſa manu cunctante iniecerat arma
Atropos, obrueratq; deum nec coniugis abſunt
Inſidiæ, vetitoq; domus iam fulgurat auro.
Hoc aurum vati fata exitiale monebant.
Argolico, ſcit & ipſe nefas, ſed perfida coniux
Dona viro mutare velit, ſpoliiſq; potentis
Imminet Argiæ, raptoq; excellere cultu.
Illa libens (nam regum animos, & pondera belli
Hac mutare videt, pariter niſi prouidus heros
Militet) ipſa ſacris gremio Polynicis amati
Depoſuit nexus haud mœſta, atq; inſuper addit,

Non

Non hæc apta mihi nitidis ornatibus, inquit,
Tempora, nec miseræ placeant insignia formæ
Te sine, sat, dubium cœtu solante timorem
Fallere, & incultos aris aduertere crines.
Scilicet (heu superi) cum tu claudare minaci
Casside, furatúque sones, ego diuitis aurum
Harmoniæ dotale geram? dabit aptior ista:
Fors deus, Argolicas habitu præstabo maritas,
Cum regis coniux, cum te mihi sospite templa
Votiuis implenda choris: nunc induat illa,
Quæ petit, & bellante potest gaudere marito.
Sic Eriphyleos aurum fatale penates
Irrupit, scelerúmque ingentia semina mouit,
Et graue Tysiphone risit gauisa futuris.
Tenuriis hic celsus equis, quam dispare cœtu
Cyllarus, ignaro generarat Castore prolem,
Quassat humum, vatem cultu Parnassia mõstrãt
Vellera, frondenti crinitur cassis oliua,
Albáque puniceas interplicat infula cristas.
Arma simul, prensasque iugo moderatur habenas.
Hinc, atque inde moræ iaculis, & ferrea curru
Sylua tremit, procul ipse graui metuẽdus in hasta
Eminet, & clypeo victum Pythona coruscat.
Huius Apollineæ currum comittantur Amyclæ.
Quos Pylos, & dubiis Malea vitata carinis,
Plaudentíque habiles Cariæ resonare Dianæ,
Quos Pharis, volucrũque parens Cythereia Messe,
Taigetíque phalanx, & oliuiferi Eurotæ
Dura manus, deus ipse viros in puluere crudo

Arcæ

Arcas alit, nudéque modos virtutis, & iras
Ingenerat, vigor inde animi, & mortis honora
Dulce sacrum gaudent natorum in fata parẽtes:
Hortanturq; mori, deflet iamq; omnis ephebum
Turba, coronato contenta est funere mater.
Frana tenent, duplexq; inserto missile nodo,
Exerti ingentes humeros: chlamys horrida pẽdet
Et cono Ledæus apex: non hi tibi solum
Amphiaraе merent, auget resupina maniplo
Elis, depressæ populas subit incola Pisæ.
Qui te flaue notant terris Alphæe Sicanis,
Aduena tam longo non vnquã inflecte profundo
Curribus innumeris latè patria arua lacessunt:
Et bellis armenta domant, ea gloria genti
Infando de more & fractis durat ab vsq;
Axibus Oenomai, strident spumentia morsu
Vincula, & effossas niueus rigat imber arenas.
Tu quoque Parrhasias ignara matre cateruas
Ah rudis armorum (tantum noua gloria suadet
Parthenopæ rapis, tum saltus fortè remotos
Torua parens (néque enim hæc iuueni forte ire
Pacabat cornu, gelidique auersa Lycei. (potestas)
Pulchrior haud vlli triste ad discrimen ituro
Vultus, & egregia indulgentia formæ.
Nec desunt animi, veniat modo fortior ætas,
Quas non ille duces nemorum, fluuiisq; dicata
Numina, quas magno non impulit igne Napæus.
Ipsam, Manalia puerum cùm vidit in vmbra,
Dianam tenero signantem gramina passu,

Igno

Ignouisse ferunt comiti, Dictæáque tela
Ipsam, & Amycleas humeris aptasse pharetras.
Prosilit audaci Martis pecussus amore.
Arma, tubas, audire calens, & puluere belli
Flauentem sordere comam, captóque referri
Hostis equo, tædet nemorum, titulumq; nocentem
Sanguinis humani pudor est nescire sagittas:
Igneus ante omnes auro micat, igneus ostro.
Vndantémque sinum nodis irrugat Hiberis.
Imbelli parma pictus Calydonia matris
Prælia: trux leua sonat arcus, & aspera plumis
Terga Cydoneæ corythos arundine pulsat,
Electro pallens, & iaspide clarus Eoa.
Cornipedem trepidos suetum præuertere ceruos
Velatum gemina deiectu lyncis: & arma
Mirantem grauioris heri sublimis agebat,
Dulce rubens, viridiq; genas spectabilis æuo.
Arcades huic veteres astris Lunáque priores,
Agmina fida datis, nemorum vos stirpe rigenti
Fama satos, cùm prima pedum vestigia tellus
Admirata tulit nondũ arua, domusq; nec vrbes,
Connubiisq; modus, Quercus, Lauriq; ferebant
Cruda puerperia, ac populos vmbrosa creauit
Fraxinus, & fœta viridis puer excidit orno.
Hi lucis stupuisse vices, notisq; feruntur
Nubila, & occiduum longè Titana secuti
Desperasse diem rarescunt alta colonis
Mænala, Partheniũ fugitur nemus, agmine bello
Rhipeq;, & Stratie, ventosaq; donat Enispe.

Non

Non Tegea,non ipſa Deo vacat alite fœlix
Cyllene,templúmque Aleæ nemorale Mineruæ:
Et rapidus Cluton,& qui tibi Phithie Laden
Penè ſocer,candénſque iugis Lampia niuoſis,
Et Pheneos nigro Stiga mittere credita diti. 290
Venit & Ideis vlulatibus æmulus Azan.
Parthaſiiq; duces,& quæ riſiſtis amores
Grata Pharetrato Nonacria rura Tonanti.
Diues& Orchomenos pecorũ,& Cynoſura ferarũ.
Æſhitios idem ardor agros,& Pſophida celſam
Veſtat,& Herculeo vulgatos robore montes,
Monſtriferũq; Erimanthõ & æriſonii Stymphalõ.
Arcades hi,gens vna viris,ſed diſſona cultu
Scinditur,hi,Paphias myrtos à ſtirpe recuruant. 300
Et paſtorali meditantur prælia trunco.
His arcus,his tela ſudes,hic caſſide crines
Integit: Arcadii morem tenet ille galeri.
Ille Lacaoniæ ritu caput aſperat vrſæ.
Hos belli cœtus,iuratáque pectora Marti,
Milite vicinæ nullo iuuere Nycenæ.
Funereæ tum námque dapes, mediiq; recurſus
Solis,& hic alii miſcebant prælia fratres.
Iámque Atlanteas implerat nuntius aures
Ire ducem bello,totámque impellere natum 310
Arcadiam,tremuere gradus,elapſáque iuxta
Tela,fugit ſyluas pernicior alite vento
Saxa per,& plenis obſtantia flumina ripis:
Talis erat correpta ſinus,& vertice flauum
Crinem ſparſa noto raptis velut aſpera natis

Præda

Prædatoris equi sequitur vestigia tygris
Vt stetit aduersisq; impegit pectora frænis.
Ille ad humum pallēs? vnde hæc furibūda cupido
Nate tibi? teneróque vnde improba pectore virtus
Tu bellis aptare viros? tu pondera ferre
Martis, & ensiferas inter potes ire cateruas
Quanquam vtinam vires? nuper te pallida vidi,
Dum premis obnixo venabula comminus apro
Poplite suciduo resupinum ac penè ruentem:
Et ni curuato torsissem spicula cornu,
Nunc vbi bella tibi? nil te mea tela iuuabunt,
Nec teretes arcus, maculis nec discolor atris,
Hic, cui fidis equus magnis conatibus instas
Vix Dryadūm thalamis Erymanthiadumq; furori
Nympharum mature puer, sunt omnia vera.
Mirabar cur templa mihi tremuere Dianæ
Nuper, & inferior vultu dea visa, sacrisq;
Exuuiæ cecidere tholis, hinc senior arcus,
Difficilesq; manus, & nullo in vulnere certa.
Expecta dum maior honos: dum firmius æuum,
Dum roseis venit vmbra genis vultusq; recēdūt
Ore mei, tunc tela ibi ferrumq; quod ardes,*
Ipsa dabo, & nullo matris reuocabere fletu,
Nunc refer arma domūm. Vos autem hūc ire sinetis
Arcades? O saxis nimirum, & robore nati
Plura cupit, fusi circum natusq;, ducesq;
Solātur, minuuntq; metus, & iā horrida clangūt
Signa tubæ, nequit illa pio dimittere natum
Complexu, multumq; duci commendat Adrasto.

* vv. bella.

At parte ex alia Cadmi Mauortia proles
Mœsta ducis furiis, nec molli territa fama,
(Quãdo his vulgatum descẽdere viribus Agros)
Tardius illa quidem, regis causaq; pudore,
Verum bella mouet, nulli distringere ferrum
Impetus, aut humeros clypeo clausisse paterno
*Dulce, nec alipedum iuga comere, qualia*vulgi* v.belli.
Gaudia deiecti trepidas sine mente, sine ira
Promisere manus, hic ægra in sorte parentem
Vnanimem, hic dulces primæuæ coniugis annos
Ingemit, & gremio miseros accrescere natos.
Bellator nulli caluit Deus, ipsa vetusto
Mœnia lassa situ, magnæque Amphionis arces,
Iam fessum senio nudant latus & fide sacra
Aequatos cœlo surdum, atque ignobile muros
Firmat opus, tamen & Bœoti vrbibus vltrix
Aspirat ferri rabies nec regis iniqui
Subsidio, quantum socia pro gente mouentur.
Ille velut pecoris lupus expugnator opimi,
Pectora tabenti sanie grauis, hirtáque setis
Ora cruentata deformis hiantia lana,
Decedit stabulis, huc illuc turbida versans
Lumina, si duri comperta clade sequantur
Pastores, magnique fugit non inscius ausi.
Acumulat crebros turbatrix fama fauores.
Hic iam dispersos errare Asopide ripa
Lernæos equites, hic te bacchate Citharon
Ille rapi Theumesson ait, noctisq; per vmbras
Nunciat excubiis vigiles arsisse Plateas

Iam Tyrios ſudaſſe lares, & ſanguine Circen
Irriguam fœtuſq; nouos, iterumq; locutam
Sphyngа petris, cui non eſt ſcire licentia paſſim
Et vidiſſe fuit nouus his ſuper anxia turbat
Corda metus, ſparſit ſubito correpta caniſtris
Syluеſtris regina chori, decurrit in æquum
Vertice ab Ogygio, triſidam huc triſtis, & illuc,
Lumine ſanguineo pinum dejectat, & ardens
Erectam attonitus implet clamoribus vrbem
Omnipotens Niſæe pater, cui gentis auitæ
Pridem lapſus amor tu nunc horrente ſub arcto
Bellica ferrato rapidus quatis Iſmara thyrſo
Pampineumq; iubes nemus irreptare Licurgo,
Aut tumidũ Gãgẽ, aut clauſtra nouiſſima rubræ
Tethyos Eoáſque domos flagrante triumpho
Perfuris, aut Hermi de fontibus aureus axis.
At tua progenies, poſitis gentilibus armis
Quæ tibi feſta litat, belliq; lachrymaſq; metumq;
Cognatumque neſas iniuſti munera regni
Pendimus, æternis potius me Bacche pruinis
Trans & Amoſoniis vlulantũ Caucaſon armis,
Siſte ferens, quã monſtra ducũ ſtirpẽque profanã
Eloquar, en vrges alium tibi bacche furorem
Iuraui, ſimiles video concurrere tauros
Idem ambobus honos, vnuſq; ab origine ſanguis.
Ardua collatis obnixi cornua miſcent
Frontibus, alternáque truces moriuntur in ira.
Tu peior, tu cæde nocens, qui ſolus auita
Gramina, communẽq; petis defendere campum.

Ah

Ah miseri morum bellatis sanguine tanto
Et saltus dux alter habet? sic fata gelatis
Vultibus, & Baccho iam demigrante quicuit
At trepidus monstro, & variis terroribus impar
Longaui rex vatis opem, tenebrasq; sagaces
Tiresiæ (qui mos incerta pauentibus) æger
Consulit, ille deos non larga cæde iuuencum,
Non alacri penna, aut verum spirantibus extis,
Nec tripode implicito numerisq; sequẽtibus astra 410
Thurea nec supra, volitante altaria fumo.
Tam penitus, dure quã mortis limite manes
Elicitos patuisse refert, Letheáque sacra
Et mersum Ismeni subter confinia ponto
Miscentis parat ante ducem, circumq; bidentum
Visceribus laceris, & odori sulfuris aura,
Graminibúsque nouis, & longo murmure purgat.
Sylua capax aui, validáque incurua senecta
Æternum intonsæ frondis stat peruia nullis 420
Solibus, aut illam brumæ minuere, notúsve
Ius habet, aut Getica Boreas impactus ab Vrsa.
Subter opaca quies, vacuúsque silentia seruat
Horror, & exclusæ pallet mala lucis imago.
Nec caret vmbra deo, nemori Latonia cultrix
Additur hanc piceæ, cedrique & robore in omni
Effictam sanctis occultat sylua tenebris.
Huius inaspectæ luco stridere sagittæ,
Nocturníque canum gemitus, vbi limina patris 430
Effugit, ínque nouæ melior redit ora Dianæ. v. aptis-
Ast vbi fessa iugis, dulcésque & altissima somnos sima.

mouet. *Lux monet, hic latè iaculis circum vndiq; fixis*
Effusam pharetra ceruicem excepta quiescit,
Extra immane patent tellus Mauortia campi
Fœtus ager Cadmo, durus qui vomere primo
Post consanguineas acies, sulcósque nocentes,
Au sus humũ versare, & putria sanguine prata
Eruit, ingentes infœlix terra tumultus
Lucis adhuc medio, soláque in nocte per vmbras
Expirat, nigri cum vana in prælia surgunt
Terrigenæ, fugit incepto tremebundus ab aruo
Agricola insanique domum rediere iuuenci.
Hic senior vates. (Stygiis accommoda quippe
Terra sacris, multoq; placent sola pinguia tabo
Velleris obscuri pecudes, armentáque sisti
Atra monet, quæcũq; gregũ pulcherrima ceruix
Ducitur, ingemuit Dirce, mœstúsque Cithæron,
Et noua clamosæ stupuere silentia valles:
Tum fera cœruleis intexit cornua sertis.
Ipse manu tractans, notaque in limine siluæ
Principio largos nouies tellure cauata
Inclinat Bacchi latices, & munera verni
Lactis, & Actæos imbres, suadumque cruorem
Manibus aggeritur, quantum bibit arida tellus
Trunca dehinc nemora adiuoluit, mœstusq; sacer-
Tres Hecatæ, totidẽq; satis Acherõte nefasto (dos
Virginibus iubet esse focos, tibi rector auerni
Quãquã infessus humo superat tamẽ agger in au
Pineus hũc iuxta cumulo minor ara profũdæ (ras
Erigitur Cereri, frondes atque omne cupressus

Intexit

Intexit ploratæ latus, iamq; ardua ferro
Signati capita, & frugum libamine puro
In vulnus cecidere greges, tunc innuba Manto
Exceptum pateris prælibat sanguinem, & omnes
Ter circum actæ pyras sancti de more parentis
Semineces fibras, & adhuc spirantia reddit
Viscera, nec rapidas cunctatur fraudibus atris
Subiectare faces, aque ipsa sonantia flammis
Virgulta, & tristes crepuisse vt censit aceruos
Tiresias (illi nam plurimus ardor anhelat, 470
Ante genas, impletque cauos vapor igneus orbes
Exclamat (tremuere rogi, & vox impulit ignem)
Tartareæ sedes, & formidabile regnum
Mortis inexpletæ, tuq; ô sæuissime fratrum
Cui seruire dati manes, æternaq; sontem
Supplicia, atque imi famulatur regia mundi.
Soluite pulsanti loca muta, & inane seuerę
Persephones, vulguſq; caua sub nocte repostum
Elicite, & plena redeat Styga portitor alno. 480
Ferte simul gressus, nec simplex manibus esto
In lucem remeare modus, tu separe cœtu
Elysios Perseapios, virgaq; potenti
Nubilus Arcas agat, contra per crimina functis
*Qui plures Erebo, pluresq; è * sanguine Cadmi* al. semine.
Angue ter excusso, & flagranti prauia taxo
Tysiphone dux pande diem, nec lucis egentes
Cerberus occursu capitum detorqueat vmbras.
Dixerat, & pariter senior Phœbeiaq; virgo
Erexere animos, illi formidine nulla

(Quippe in corde Deus) ſolũ tremor obruit ingens
Oedipodionidem, vatiſq; horrenda canentis
Nunc humeros, nũc ire manus, & vellera preſſat
Anxius inceptiſq; velit deſiſtere ſacris.
Qualis Getulæ ſtabulantem ad confraga ſylvæ
Venator longo motum clamore leonem
Exſpectat firmans animum, & ſudantia niſu
Tela premens, gelat ora pauor, greſſuſq; tremiſcũt
Quis veniat, quãtuſq; , ſed horrida ſigna fremẽtis
Accipit, & cæca metitur murmura cura.
Atque hic Tireſias, nondũ aduentantibus vmbris
Teſtor ait diuos, quibus hunc ſacrauimus ignem
Leuaq; conuulſa dedimus carcheſia terræ,
Iam nequeo tolerare moram, caſſúſue ſacerdos
Audior? an rabido iubeat ſi Theſſala cantu
Ibitis? aut Scythicis quoties armata venenis
Colchis aget, trepido pallebunt tartara motu(
Noſtri cura minor, ſi non attollere buſtis
Corpora, nec plenas antiquis oſſibus vrnas
Egerere, & mixtos, cæliq;, erebiq; ſub vnum
Funeſtare deos libet: aut exanguia ferro
Ora ſequi, aut nigras functorum carpere fibras:
Ne tenues annos, nubemq; hanc frontis opacæ,
Spernite ne moueo, & nobis ſæuire facultas
Scimus enim, & quicquid dici, noſciq; timetis,
Et turbare Hecaten ni te Thymbræe vererer.
Et triplicis mundi ſummum quem ſcire nefaſtũ
Illum ſed taceo prohibet tranquilla ſenectus. (eſt
Iam que ego vos auidè ſubiicit Phebeia Manto.

Audiris genitor. vulguſq; exangue propinquat.
Panditur Elyſium Chaos, & telluris operta
Diſſilit vmbra capax, ſyluaq;, & nigra pateſcunt
**Tartara liuentes Acheron eiectat arenas.* v. Fumi-
Fumidus atra vadis Phlegeton incendia voluit, nia.
Et Styx diſcretus interflua manibus obſtat.
Ipſum pallentem ſolio, circumq; miniſtras
Funeſtorum operum Eumenides, Stigyaq; ſeueros
Iunonis thalamos, & mœſta cubilia cerno
In ſpeculis mors atra ſedet, dominiq; ſilentis
Adnumerat populos, maior ſupereminet ordo
Arbiter hos dura verſat Gortynius vrna
Vera nimis poſcens, adigitq; expromere vitas
Vſque retro, & tandem pœnarum lucra fateri
Quid tibi mõſtra Erebi, Scyllas, & inane furentes
Centauros, ſolidoq; intorta adamante Gigantum
Vincula, & angustam centeni Ægæonis vmbrã
Immo, ait, noſtra regimen, vireſq; ſenecta
Ne vulgato mihi, quis enim remeabile ſaxum,
Fallenteſq; lacus, Tytionq; alimenta volucrum,
Et caligantem longis Ixiona gyris
Neſciat? ipſe etiam melior cum ſanguine opertas
Inſpexi ſedes Hecate ducente prius, quam
Obruit ora Deus, totamq; in pectora lucem
Detulit, Argolicas magis huc appelle precando,
Thebanaſq; animas, alias auertere greſſus
Lacte quater ſparſas mœſtoq; excedere luco
Nata iube, tum quis vultus habituſq;, quis ardor
Sanguinis effuſi, gens vtra ſuperbior adſit.

al.dissi-pat. al.regit.

Dic agedum, noſtramq; mone per ſingula noctem
Iuſſa facit, carmenq; ſerit quo diſſipet vmbras*
Quo regat & ſparſas, qualis ſi crimina demas*
Colchis, Æao ſimulatrix littore Circe.
Tunc his ſacrificium dictis, affata parentem
Primus ſanguineo ſummittit inertia Cadmus
Ora lacu, iuxtaq; virum Cythereia proles
Effluit amborum geminus de vertice ſerpens
Terrigenæ comites illos gens Martia cingunt.
His æui menſura dies, manu omnis in armis
Omnis, & in caſulo, prohibentq;, obſtãtq;, ruuntq;
Spirantum rabie, nec triſti incumbare ſulco
Cura, ſed alternum cuperent haurire cruorem.
Proxima naturam manus eſt, fletiq; nepotes.
Hic orbam Authonoen, & anhelã cernimus Ino
Reſpectãtem arcus, & ad vbera dulce prementẽ
Pignus, & oppoſitis Semelen à ventre lacertis.
Penthea iam fratis genitrix Cadmeia Thyrſis,
Iam demiſſa Deo pectuſq; adoperta cruentum
Inſequitur planctu, fugit ille per auia Lethes,
Et Stygios ſuperoſq; lacus, vbi mitior illum
Flet pater, & lacerum componit corpus Echion.
Triſtem noſco Lycum dextramq; in terga reflexũ
Æolidem humero iactantem funus onuſto
Nec dũ ille aut habitus, aut verſa crimina formæ
Mutat Ariſteo genitus frons aſpera cornu eſt,
Tela manu, reiicitq; canes in vulnus hiantes.
Ecce autem magna ſubit inuidioſa caterua
Tantalis, & tumido percenſet funera luctu

Nil

Nil deiecta malis iuuat effugisse deorum
Nomina, & insana plus iam permittere linguæ.
Talia dum patri canit intemerata sacerdos,
Illius elatis tremefacta assurgere vittis
Canicies, tenuiq; impelli sanguine vultus.
Nec iam firmanti baculo, nec virgine fida
Nititur erectusq; solo, Desiste canendo
Nata ait, externæ satis est mihi lucis, inertes
Discedunt nebulæ, & vultum niger exuit aer.
Vmbrisne, an supero me missus Apolline complet
Spiritus? an video quæcunque audita, sed ecce
Mœrent Argolici deiecto lumine manes.
Torua Abas, Protheusq; nocẽt, mitisq; Phoroneus
Truncatusq; Pelops & sæuo puluere sordens
Oemanus, largisq; humectant imbribus ora.
Auguror hinc Thebis belli meliora, quid autem
Hic grege cõdenso (quantũ arma & vulnera mõ-
Pugnaces animæ, nobis in sanguine multo (strãt)
Oraq; pectoraq; & falso clamore leuatas
Intendunt sine pace manus, Rex fallor an hi sunt
Quinquaginta illi? cernis Chroniũq; Chrominq;
Phegæaq;, & nostra præsignem Mæona lauro.
Ne sæuite duces, nihil hic mortalibus ausum
Credite consiliis, hos ferrea neuerat annos
Atropos, existis casus bella horrida nobis.
Atque iterum Tydeus, dixit, vittaq; legatis
Frondibus instantes abigit, monstratq; cruorem
Stabat inops comitum Cocyti in littore mœsto
Laius, immiti quem iam Deus ales auerno

impleti.

Reddiderat dirumq; tuens obliqua nepotum.
Noscit enim vultũ) non ille ad sanguinis haustus
Cætera seu plebes, aliúmve accedit ad imbrem,
Immortale odium spirans, sed prosilit vltro
Aonius vates Tyriæ dux molyte Thebes,
Cuius ab interitu non vlla Amphionis arces
Vidit amica dies, ô iam satis vlte cruentum
Exitium, & multum placata minoribus vmbra,
Quo miserande fugis (iacet ille in funere longo
Quem premis & iunctæ sensit confinia mortis,
al. labore. *Obsitus exhaustos pedore, & sanguine vultus,*
Iectusq; die, sors læto durior omni,
Crede mihi, quænam immeritum vitare nepotem
Causa tibi? confer vultum & satiare litanti
al. litatu *Sanguine, venturasq; vices, & funera belli*
Pande vel infensus, vel res miserate tuorum.
Tum ego, te optata vetitam transmittere Lethen
Puppe dabo, placidúmque pia tellure reponam,
Et Stygiis mandabo deis, mulcetur honoris
Muneribus, tingitq; genas, deinde talia reddit.
Cur tibi versanti manes aquæve sacerdos
Lectus ego augurio? tantisq; potissimus vmbris
Qui ventura loquar? satis est meminisse priorum
Nostráne præclari (pudeat) consulta nepotes
Poscitis? Illum sacris adhibete nefastis,
Qui leto dedit ense patrem, qui semet in ortus
Vertit, & indignæ regerit sua pignora matri.
Et nunc ille deos, furiarúmque atra fatigat
Concilia, & nostros rogat hæc prælia manes.

Quod

Quod ſi adeò placui deſlenda in tempora vates,
Dicã equidẽ, quo me Lacheſis, quo torua Megæra
Vſq; ſinunt, bellũ innumero venit vndiq; bellum
Agmine, Lernæoſq; trahit fatalis alumnos
Grádiuus ſtimulis, hos terra monſtra, deúmque
Tela manent, pulchriq; obitus, & ab igne ſupremo
Sontes lege morę, certa eſt victoria Thebis. 640
Ne trepida, nec regna ferox germanus habebit,
Sed furiæ: geminumq; nefas: miſeroſq; per enſes
Hei mihi crudelis vincet pater, Hæc vbi fatus,
Labitur & flexa dubios ambage reliquit.
Interea gelidam Nemeen, & conſcia laudis
Herculeæ dumeta, vaga legione tenebant
Inachidæ, tam Sidonias auertere prædas,
Sternere, ferre domos ardent inſtantq; quis iras
Flexerit, vnde morę, medius quis euntibus error 650
Phœbe doce, nos rara manent exordia famę.
Marcidus edomito bellum referebat ab Æmo
Liber, ibi armiferos gemina iam ſydere brumę
Orgia ferre Getas, canumq; vireſcere dorſo
Othryn & Icharia Rodopen aſſueuerat vmbra.
Et iam pampineos materna ad mœnia currus
Promouet, effrenæ dextra, leuáque ſequuntur
Lynces, & vda mero lambunt retinacula tigres.
Poſt exultantes ſpolia armentalia portant 660
Semimeceſq; lupos, ſciſſáſque Mimallones vrſas.
Nec comitatus iners, ſunt illic Ira, Furórque,
Et metus, & virtus, & nunquam ſobrius ardor
Succiduiq; gradus, & caſtra ſimillima regi.
Iſq; vbi pulueręa Nemeen efferuere nube

Conſpicit, & ſolem radiis igneſcere ferri
Nec dum compoſitas belli tu certamina Thebas
Cõcuſſus, viſis quamquam ore, & pectore marcet,
Æraq; Tympanaq; & biforem retinere tumultũ
Imperat, attonitas qui circum plurimus aures.
Atque ita me manu iſta, meãq; excindere gẽtem
Apparat, & longa recalet furor, hoc mihi ſæuum
Argos, & indomita bellum ciet ira nouercæ.
Vſque adeone parum cineri data mater iniquo?
Nataleſq; rogi? quæq; ipſe micantia ſenſi
Fulgura? relliquias etiam fuſæq; ſepulchrum
Pellicis, & reſides ferro petit improba Thebas.
Nectam fraude moras illum, illum tendite cãpum
Tendite io comites. Hircanæ ad ſigna iugales
Intumuere iubas, dicto prius aſtitit aruis.
Tempus erat, medij cum ſolem in culmina mundi
Tollit anhela dies, vbi tardus hiantibus aruis
Stat vapor, atque omnes admittunt æthera luci
Vndarum vocat ille ſuas, mediuſq; ſilentum
Incipit. Agreſtes fluuiorum nomina Nymphæ,
Et noſtri pars magna gregis perferte laborem,
Quẽ damus Argolicos paulũ mihi fontibus am-
Stagnaq;, & errantes obducite puluere riuos (nes
Præcipuè Nemees, qua noſtra in mœnia bellis
Nunc iter ex alto fugiat liquor, adiuuat ipſe
Phœbus ad hæc ſummo ceſſet in veſtra voluntas
Limite, vim cœptis indulgent aſtra, meæq;
Æſtifer Erigones ſpumat canis, ite volentes:
Ite in operta ſoli poſt vos ego gurgite pleno

Eliciam, & quæ dona meis ampliſſima ſacris
Veſter habebit honos, nocturnaq; furta licentum
Cornipedũ, & cupidas faunorum arcebo rapinas.
Dixerat. Aſt illi tenuis percurrere viſus
Ora ſitus, viridiſq; comis exhorruit humor
*Protinus Inachios haurit ſitis*arida campos* vv. Ignea
Diffugere, vnde ſqualent fonteſq;, locuſq; 710
Et cæua feruenti dureſcunt flumina limo.
Ægra ſolo macies teneriq; ab origine culmi
Inclinata ſeges, deceptum margine ripæ
Stat pecus, atq; omnes quærunt armenta natates
Sic vbi ſe magnis reſluus ſuppreſſit in antris
Nilus, & Eoæ liquentia pabula brumæ
Ore premit, fumant deſertæ gurgite valles,
Et patris vndoſi ſonitus expectat hiulca
Ægyptos donec Phariis alimenta rogatus
Donat agris, magnumq; inducat meſſibus annum 720
Aret Lerna nocens, aret Lyrcæus & ingens
Inachus, aduoluenſq; natantia ſaxa Charadrus.
Et nunquam in ripis audax Eraſinus & equus
Fluctibus Aſterion ille alta per auia ſuetus
Audiri & longè paſtorum rumpere ſomnos,
Vna tamen tacitas (ſed iuſſu numinis) vndas
Hæc quoque ſecreta nutrit Langia ſub vmbra.
Nondum illi raptus dederat lachrymabile nomen
Archemorus, nec fama dea, tamen auia ſeruat
Et nemus, & fluuiũ: manet ingens gloria nymphã 370
Cum triſtem Hypſipylen ducibus ſudatus Achæis
Ludus, & atra ſacrum recolit trieteris Opheltem.

Ergo

Ergo, nec ardentes clypeos vectare, nec arctos
Thoracum nexus (tantum sitis horrida torquet)
Sufficiunt, non hora modo, angustisq; perusti.
Faucibus, interior sed vix quatit aspera pulsu
Corda, gelant venæ, & siccis cruor æger adhæret
Visceribus, tunc sole putris, tunc puluere tellus
Exhalat calidam nubem, nunc spumeus imber
Manat, equum siccis illidunt ora lupatis,
Ora cathenatas procul exarantia linguas,
Nec legem dominúmve pati: sed perfurit aruis*
Flammatum pecus, huc illuc impulit Adrastus
Exploratores, si stagna Licinia restent,
Si quis Amymones supereſt liquor omnia cœcis
Ignibus hausta sedent, nec spes humentis Olympi
Ceu flauam Libyen, desertáque puluueris Afri
Collustrent, nullâque vmbratam nube Syenen.
Tandem inter syluas (sic Euius ipse parabat)
Errantes, subitam pulchro in mœrore tuentur
Hypsipylen, illi quamuis & ab vbere Opheltes
Non suus Inachij proles infausta Lycurgi
Dependet, nec lecta comam, nec diues amictu,
Regales tamen ore natæ, nec mersus acerbis
Extat honos, tunc hæc adeò stupefactus Adrastus
Diua potens nemorum (nam te vultúsq;, pudórq;
Mortali de stirpe negant) quæ lata sub isto
Igne polis non quæris, aquas, succurre propinquis
Gentibus Arcitenens, seu te Latonia casto
De grege transmisit thalamis, seu lapsus ab astris
Nõ humilis fœcundat amor (neq; enim ipse deorũ

Arbiter

*vv. dominosque.

Arbiter Argolidũ thalamis nouus (aſpice, mœſta
Agmina, nos ferro meritas excindere Thebas
Mens tulit, imbelli ſed nunc ſitis anxia fato,
*Summittitq; animos, & inertia*corpora carpit* 1. ſentit.
Da feſſis in rebus opem, ſeu turbidus annis,
Seu tibi fœda palus, nihil hac in ſorte pudendum
Nil humile eſt, Tu nunc ventis pluuioq; rogatis
Pro Ioue, tu refugas vires, & pectora bello. 760
Examinata reple, ſic hoc tibi ſydere dextro
Creſcat onus, tantum reduces det flectere greſſus
Iuppiter, O quanta belli donabere præda!
Dircæos tibi diua greges, numerúmque repẽdam
Plebis, & hic magna lucus ſignabitur ara.
Dixit, & orantis media inter anhelitus ardens
Verba rapit, curſuſq; animæ labat arida lingua.
Idem omnes pallórque viros, flatúſque ſoluti
Oris habet, reddit demiſſo Lemnia vultu.
Diua quidem vobis, & ſi cœleſtis origo eſt, 770
Vnde ego? mortales vtinã haud trã greſſa fuiſſem
Luctibus, altricem mandati cernitis orbam
Pignoris, at noſtris: an quis ſinus vberáque vlla
Scit deus, & nobis regnũ tamen, & pater ingens.
Sed quid ego hæc? feſſóſq; optatis demoror vndis?
Mecum age nunc: ſi forte vado Langia perennes
Seruat aquas, ſolet & rapidi ſub limine cancri
Semper, & Icarij quamuis iuga fulguret aſtri,
Ire tamen, ſimul hærentem, ne tarda Pelaſgis
Dux foret, ah miſerum vicino ceſpite alumnum 780
(Sic Parcæ voluere) locat, ponitq; negantem

Flo

Floribus aggestis, & amico murmure dulces.
Solatur lachrymas. Qualis Berecynthia mater,
Dum circa paruum iubet exultare Tonantem
Curetas trepidos, illi certantia plaudunt
Orgia, sed magnis resonat vatigibus Ide
At puer in gremio vernæ telluris, & alto
Gramine, nunc faciles sternit procursibus herbas
In vultum nitens caram modo lactis egeno
Nutricem clangore ciens, iterúmque renidens,
Et teneris meditans verba illustrantia labris,
Miratur nemorum strepitus, aut obuia carpit.
Aut patulo, trahit ore diem nemoríque malorũ
Inscius, & vitæ multum securis inerrat.
Sic tener Odrysia Mauors niue, sic puer Ales
Vertice Mœnalio, talis per littora reptans
Improbus Ortygiæ latus inclinabat Apollo.
Illi per dumos, & opaca virentibus vmbris
Deuia pars cingunt, pars arcta plebe sequuntur.
Præcelerántq; ducẽ medium subit illa per agmen
Non humili festina modo, támq; amne propinquo
Rauca sonat vallis, saxosumq; impulit aures
Murmur, ibi exultãs conclamat ab agmine primo
Sicut erat leuibus tollens vexilla maniplis
Argus, Aquæ, longusq; virum super ora cucurrit
Clamor Aquæ, sic Ambracij per littora ponti
Nauticus in remis iuuenum monstrantẽ magistro
Et sonus, inq; vicem contra percussa reclamat
Terra, salutatus cùm Leucada pandit Apollo.
Incubuere vadis passim discrimine nullo

Turba

Turba ſimul, primiq́, neque ſecernere mixto
Æqua ſitis, frænata ſuis in curribus intrant
Armenta, & pleni dominis armiſq́ feruntur
Quadrupedes, hos turbo rapax, hos lubrica fallũt,
Saxa, nec implicitos fluuio reuerentia reges
Proterere, aut merſiſſe vado clamantis amici
Ora fremunt vndæ longúſque à fontibus amnis
Diripitur, modo lene virens, & gurgite puro
Perſpicuus, nunc ſordet aquis egeſtus ab imo
Alueus, inde toros riparum, & proruta turbant
Gramina, iam craſſus cœnoque & puluere torrẽs
Quãquã expleta ſitis, bibitur tamẽ agmina bello
Decertare putes, iuſtúmque in gurgite Martem.
Perfurere, aut captam tolli victoribus vrbem.
Atque aliquis regum medio circumfluus anni,
Syluarum Nemea longè regina virentum
Lecta Ioui ſedes, quam nunc non Herculis actis
Dura magis rabidi, cum colla minantia monſtri
Angeret, & tumidos animã anguſtaret in artus
Hac ſæuiſſe tenus populorum incepta tuorum
Sufficiat: tuque ô cunctis inſuete domari
Solibus, æterna largitor corniger vndæ,
Latus eas, quacúnque domo gelida ora reſoluis
Immortale tumens, neque enim tibi cana reportat
Bruma niues, raptáſque alio de fonte refundit
Arcus aquas: grauidiue indulgent nubila Ceri.
Sed tuus, & nulli ruis expugnabilis aſtro.
Te nec Apollineus Ladon, nec Xanthus vtérque,
Sperchiúſque minax, centaureúſque Lycormas

820 830 840

* l. comantia.

Armorum, festáque super celebrabere mensas.
Ab Ioue primus honos, bellis modo lætus ouantes
Accipias, fessisq; libens iterum hospita pandas
Flumina defensáque velis agnoscere turmas.

P. STATII PAPINII THEBAID. LIB. V.

Pvlsa sitis fluuio, populataq; gurgitis aluum
Agmina, linquebãt ripas, amnemq; minorem
Acrior & campum sonipes rapit, & pedes arua
Implet ouans, rediere viris animiq; minæq;
Votáque. * *sanguinei mixtũ seu fontibus ignem*
Hausissent belli, magnáque in prælia mentes:
Dispositi in rursus, legémque seueri
Ordinis, vt cuique ante locus ductorq;, monentur
Instaurare vias, tellus iam puluere primo
Crescit, & armorum transmittunt fulgura sylua
Qualia trans pontum Phariis defensa serenis
Rauca Paretonio decedunt agmina Nilo.
Cum fera ponit hyems, illæ clangore fugaci
Vmbra fretis, aruisq; volant, sonat auius æther,
Iam Boream imbrésque pati, iam nare solutis
Amnibus, & nudo iuuat æstiuare sub Æmo.
Hic rursus simili procerum vallante corona
Dux Talatonides, antiqua vt fortè sub orno
Stabat, & admoti nixus Polynicis in hastam:
At tamen ô quæcunque es ait, cui gloria tanta

Venimus

* l. sanguinei.

Venimus innumeræ fatum debere cohortes:
Quem non ipse deûm sator aspernetur honorem,
Dic age (quando tuis alacres assistimus undis)
Quæ domus, aut tellus, animã quib⁹ hauseris astris
Dic quis & ille pater? neq; enim tibi numina lõgè
Transierit fortuna licet, maiórque per ora
Sanguis, & afflicto spirat reuerentia vultu.
Ingemit, & paulum fletu cunctata modesto
Lemnias orsa refert. Immania vulnera rector
Integrare iubes, furias, & Lemnon, & arctis
Arma inserta toris, debellatósque pudendo
Ense mares, redit ecce nefas, & frigida cordi (nox!
Eumenis, ô miseræ quibus hoc furor additus! ó
O pater! illa ego sum (pudeat ne fortè benignæ
Hospitiis) illa duces, raptum quæ sola parentem
Occului, quid longa malis exordia necto?
Et vos arma vocant, magniq; in corde paratus.
**Hoc memorasse sat est, claro generata Thoante* *l. hæc
Seruitium Hypsipyle vestri fero capta Lycurgi
Aduertêre animos, maiórque, & honora videri
Párque operi tanto, cunctis tunc noscere casus
Ortus amor, pater ante alios hortatur Adrastus.
Imo agedum (primi longè damus agmina vulgi
Nec faciles Nemeæ latas euoluere vires
Quippe obtenta comis, & ineluctabilis vmbra)
Pande nefas, laudésque tuas, gemitusq; tuorum
Vnde hos aduenias regno deiecta labores.
Dulce loqui miseris, veteresq; reducere questus.
Incipit: Aegæo premitur circumflua Nereo

Lemnos, vbi igniſera feſſus reſpirat ab Ætna
Mulciber, ingenti tellurem proximus vmbra.
Veſtit Athos, nemorumq; obſcurat imagine pontũ
Thraces arant contra, Thracum fatalia nobis
Littora, & inde nefas, florebat diues alumnis
Terra, nec illa Samo fama, Delóve ſonanti
Peior, & innumeris quas ſpumifer aſſilit Ægon.
Dis viſum turbare domos, nec pectora culpa
Noſtra vacant, nullos Veneri ſacrauimus ignes.
Nulla dea ſedes, mouet & cœleſtia quondam
Corda dolor, lentóque irrepunt agmine pœna.
Illa Paphon veterem, centumq; altaria linquens
Nec vultu, nec erine prior, ſoluiſſe iugalem
Ceſton, & Idalias procul ablegaſſe volucres
Fertur, erant certè media qua noctis in vmbra,
Diuam alios ignes, maioráque tela gerentem
Tartareas inter thalamis volitaſſe ſorores
Vulgarent, vtq; implicitis arcana domorum
Anguibus & ſæua formidine cuncta repleui
Limina, nec fidi populum miſerata mariti,
Protinus à Lemno teneri fugiſtis amores.
Motus hymen, verſæq; faces, & frigida iuſti
Cura tori, nulla redeunt in gaudia noctes,
Nullus in amplexu ſopor eſt, odia aſpera vbique
Et furor, & medio recubat diſcordia lecto.
Cura viris timidos aduerſa Thracas in ora
Eruere, & ſæuam bellando frangere gentem.
Cúmque domus contrà, ſtantéſque in littore nati
Dulcius Aedonias hyemes, Arctonq; frementem

Excipe,

Excipere, aut tandem tacita post prælia nocte
Fractorum subitas torrentum audire ruinas.
Illæ autem tristes (nam me tunc libera curis
Virginitas, annique tegunt) sub nocte, diéque
Assiduis ægrè lachrymis, solantia miscent
Colloquia, aut sæua spectant trans æquora Thracē
Sol operum medius summo librabat Olympo
Lucentes, ceu staret, equos: quater axe sereno
Intonuit, quater antra dei fumantis anhelos
Exeruere apices ventisq; absentibus Aegon
Motus, & ingenti percussit littora ponto.
Cum subit horrendas aut matura Polyxo
Tollitur in furias, thalamisq; insueta relictis
Euolat insano veluti Theumesia Thyas
Rapta deo, cùm sacra vocant, Idæaq; suadet
Buxus, & à summis auditus montibus Euan:
Sic erecta genas, aciémque effusa, trementi
Sanguine, desertam rabidis clamoribus vrbem
Exagitat, clausásque domos, & limina pulsans
Concilium vocat infœlix, comitatus eunti
Harebant nati atque illæ non segnius omnes
Erumpunt tectis, summásque ad Pallados arces
Impetus, huc propere stipamur, & ordine nullo
Congestæ, stricto mox ense silentia iussit
Hortatrix scelerum, & medio sic ausa profari est
Rem summam instinctu superum, meritiq; doloris
O vidua (firmate animos & pellite sexum)
Lemniades, sancire paro, si tædet inanes
Aeternum seruare domos, turpémque iuuentæ

Flore ſitum, & longis ſteriles in luctibus annos
Inueni, promitto, viam (nec numina deſunt)
Qua renouanda Venus, modo par inſumite robur
Luctibus: atque adeò primũ hoc mihi noſcere detur,
Tertia canet hyems, cui conubialia vincla,
Aut thalamis ſecretus honos? quod coniuge pectus
Intepuit? cuias vidit Lucina labores?
Dicite, vel iuſtos cuius pulſantia menſes
Vota tument? qua pace feras, volucréſque iugari
Mos datus? heu ſegnes! potuitne vltricia Grais
Virginibus dare tela pater, latúſque dolorum,
Sanguine ſecuros iuuenum perfundere ſomnos?
At nos vulgus iners, quod ſi propioribus actis
Eſt opus, ecce animos doceat Rhodopeia coniux
Vlta manu thalamos, pariterq; epulata marito.
Nec vos immunis ſcelerum, ſecuráve cogo.
Plena mihi domus en, atque ingens cernite ſudor,
Quatuor hos vnà, decus, & ſolatia patris
In gremio (licet amplexu, lachrymiſq; morentur,)
Tranſadigã ferro, ſaniemq; & vulnera fratrum
Miſcebo patrémque ſuper ſpirantibus addam,
Ecqua tot in cades animum, promittit? agebat
Pluribus, aduerſo nituerunt vela profundo.
Lemnia claſſis erat, rapuit gauiſa Polyxo
Fortunam, atq; iterat, ſuperíſne vocãtibus vltro
Deſumus? ecce rates, deus has, deus vltor in iras
Adportat, cœptiſq; fauet, nec imago quietis
Vana meæ, nudo ſtabát Venus enſe, videri
Clara mihi, ſomnoſq; ſuper. Quid perditis æuum?

Inquit

Inquit, age aduerſis thalamos purgate maritis
Ipſa faces alias, melioráque fœdera iungam.
Dixit, & hoc ferrum ſtratis hoc (credite) ferrum
Impoſuit, quin ô miſeræ, dum tempus agit rem,
Conſulite, en validis ſpumant euerſa lacertis
Aequora, Biſtonides veniunt fortaſſe maritæ.
Hinc ſtimuli ingẽtes, magnuſq; aduoluitur aſtris
Clamor, Amazonio Scythiam feruere tumultu,
Lunatúmque putes agmen deſcendere, vbi arma
Indulget pater, & ſæui mouet oſtia belli.
Nec varius fremor, aut ſtudia in contraria rapti
Diſſenſus vt plebe ſolet, furor omnibus idem,
Idem animus ſolare domos, iuuenumq;, ſenumq;
Præcipitare colos, pleniſq; adfringere paruos
Vberibus, ferróque omnes exire per annos.
Tunc viridis latè lucus iuga celſa Minervæ
Propter, opacat humũ niger ipſe, ſed inſuper ingẽs
Mons premit, & gemina pereunt caligine ſoles:
Hic ſanxere fidem, tu Martia teſtis Enyo
Atq; inferna Ceres, Stygiæq; Acheronte recluſo
Ante preces venere deæ, ſed fallit vbique
Mixta Venus, Venus arma tenet, Venus admouet iras.
Nec de more cruor, natũ Caropeia coniux
Obtulit, accingunt ſe, & mirantia ferro
Pectora, congeſtiq; auidæ ſimul vndiq; dextris,
Perfringunt, ac dulce nefas in ſanguine viuo
Coniurant, matrémque recens circũuolat vmbra
Talia cernenti mihi quantus in oſſibus horror?
Quiſue per ora color! qualis cùm cerua cruentis

Circumuenta lupis, nullum cui pectore molli
Robur, & in volucri tenuis fiducia cursu.
Præcipiat suspensa fugam: iam iámque teneri
Credit, & elusos audit concurrere morsus.
Illi aderant, primis iámque offendêre carinæ
Littoribus certant saltu contingere terram
Præcipites, miseri quos non aut horrida virtus
Marte sub Odrysio, aut medij inclementia ponti
Hauserit! alta etiam superum delubra vaporant.
Promissaq; trahunt pecudes; niger omnibus aris
Ignis, & in nullis spirat Deus integer extis
Tardius humenti noctem deiecit Olimpo.
Iuppiter, & versam miti reor æthera cura
Sustinuit, dum fata vetant, nec longius vnquam
Cessauere nouæ perfecto sole tenebræ,
Sera tamen mundo venerunt astra, sed illis
Et Paros, & nemorosa Thasos, crebræq; relucent*
Cyclades, vna graui penitus latet obruta cœli
Lẽnos, in hãc tristes nebulæ, & plaga cæca superna
Texitur, vna vagis Lemnos non agnita nautis.
Iam domibus fusi, nemorum per opaca sacrorum
Ditibus indulgent epulis, vacuántque profundo
Aurũ immane mero, dũ quæ per Strymona pugnæ,
Quis Rhodope, gelidóue labo[illegible]datus in Aemo
Eumerare vacat, nec non manus impia nuptæ
Serta inter, festáque dapes, quo maxima cultu
Quæq; iacens, dederat mites Cytherea suprema
Nocte viros, longóque breuem post tempore pacem
Ne quicquã, & miseros perituro afflauerat igne,

* l. Pachos.

Conti

Conticuere chori dapibus, ludoq; licenti
Fit modus, & prima decrescunt murmura noctis,
Cùm consanguinei mixtus caligine leti
Rore madens Stygio moriturã amplectitur vrbẽ
*Somnus, & *implacido fundit grauia otia cornu:*
Secernitq; viros vigilant nuptaq;, nuruſq;
In scelus, atque hilares acuunt fera tela sorores.
Inuasere nefas, cuncto sua regnat Erynnys
Pectore, non aliter Scythicos armenta per agros,
Hircana clausere lea, quas exigit ortu
Prima fames, auidiq; implorant vbera nati.
Quo tibi (nam dubito) scelerum de mille figuris
Expediam casus. Helimum temeraria Gorge
Euinctum ramis, altáque in mole tapetum
Efflantem somno crescentia vina superstans
Vulnera disiecta rimatur veste, sed illum
Infœlix sopor admota sub morte refugit.
Turbidus, incertuſq; oculis vigilantibus hostem
Occupat amplexu, nec segnius illa tenentis
Ponè adigit costas, donec sua pectora ferro
Tangeret, is demum sceleri modus ora supinat,
Blãdus adhuc oculiſq; tremẽs & murmurè Gorgẽ
Quarit, & indigno soluit sua brachia collo.
Non ego nunc vulgi quamquam crudelia pãdam
Funera, sed propria luctus de stirpe recordor.
Quid te flaue Cydon? quid te per colla refusis
Intactum Crenae comis? quibus vbera mecum
Obliquúmque à patre genus? fortemq; timebam
Quem desponsa Gyan? vidi lapsare cruenta

* implicito.

* l. adiit.

* vv. per murmura.

*vv.thoroſque. *Vulnere Mirmydonis, quidq; inter ſerta* choroſq;*
Barbara ludentem fodiebat Epopea mater?
Flet ſuper æquæuum ſoror exarmata Lycaſte
Cydimon, heu ſimiles peritura in corpore vultus
Aſpiciens. florémque genæ, & quas finxerat auro
Ipſa comas, tum ſæua parens iam coniunge fuſo
Aſtitit, impellitq; minis, atque inſerit enſem,
Vt fera, quæ placido rabiem deſueta magiſtro
Tardius arma mouet, ſtimuliſq;, & verbere crebro
In mores negat ire ſuos, ſic illa iacenti
Incidit, vndantémque ſinu collapſa cruorem
Excipit; & laceros premit in noua vulnera crines
Vt verò Alcimeden etiamnũ in murmure trũcos
Ferre patris vultus, & egentem ſanguinis enſem
Conſpexi, riguere comæ, atque in viſcera ſæuus
Horror iit, meus ille Thoas, mea dira videri
Dextra mihi, extẽplo thalamis turbata paternis
Inferor, ille quidem dudum (quis magna tuenti
Somnus?) agit verſans ſecum (& ſi lata receſſit
Vrbe dom⁹) quiſnã ſtrepitus? quæ murmura noctis
Cur fremebũda quies? trepido ſcelus ordine pãdo.
Quis dolor, vnde animi, Vis nulla arcere furentes:
Hãc ſequere ô miſerãde, premũt, aderũtq; morãti
Et mecum fortaſſe cades, hic motus & artus
Erexit ſtratis, ferimur per deuia vaſtæ
Vrbis, vbi ingentem nocturna cædis aceruum
Paſſim, vt quoſq; ſacris crudelis veſpera lucis
Strauerat, occulta ſpeculamur nube latentes
Hic impreſſa toris ora, extanteſq; recluſis

Pectori

Pectoribus capulos, magnarũ & fragmina trũcæ
Haſtarum, & ferro laceras per corpora veſtes,
Crateras pronos, epulaſq; in cæde natantes
Cernere erat, iuguliſq; modò torrentis apertis
Sanguine cõmixto redeũtem in pocula Bacchum.
Hic iuuenum manus & nullis violabilis armis
Turba ſenes, poſitiq; patrum ſuper ora gementum
Semineces pueri, trepidas in limine vitæ
Singultant animas: gelida non ſauius Oſſa
Luxuriant Lapitharum epulæ, ſi quãdo profundo
Nubigenæ caluere mero, vix primus ab ira
Pallor, & impulſis ſurgunt ad prælia menſis
Tunc primum ſeſe trepidis ſub nocte Thyoneus
Detexit, nato portans extrema Thoanti
Subſidia, & multa ſubitus cum luce refulſit,
Agnoui, non ille quidem turgentia ſertis
Tempora, nec flaua crinem diſtinxerat vua.
Nubilus, indignumq; oculis liquentibus, imbrem
Alloquitur. Dum fata dabant tibi, nate, petẽtem
Lemnum, & externis etiam ſeruare timendam
Gentibus, haud vnquam iuſto mea cura labori
Deſtitit. abſcinderant triſtes crudelia Parcæ* *b, abſciderint.
Stamina, nec dictis ſupplex quæ plurima fudi
Ante Iouem fruſtra, lachrymiſq; auertere luctus
Contigit, infandum natæ conceſſit honorem.
Accelerate fugam, túque ô mea digna propago
Hac rege virgo patrẽ, gemini qua brachia muri
Littus eunt, illa, quà rara ſilentia porta,
Stat funeſta Venus. ferroq; accincta furentes.

Adiuuat.(vnde man⁹?vnde hæc Mauortia diua
Pectora?)tu lato patrem comitte profundo,
Succedam curis ita fatus in aëra rursus
Soluitur & nostrum visus arcentibus vmbris
Mitis iter longè clarauit limite flammas
Quà data signa sequor, dein curuo robore clausũ
Dijs pelagi ventisq; & Cycladas Ægæoni
Amplexu comẽdo patrem,nec fletibus vmquam
Fit modus alternis:ni iam dimitat Eoo
Lucifer astra polo,tum demum littore rauco
Multa metu reputans,& vix confisa Lyæo
Diuidor,ipsa gradu nitens,sed & anxia retro
Pectora,nec te requies,quin & surgentia cœlo
Flamina,& è cunctis prospectem collibus vndas,
Exoritur pudibunda dies,cœlumq; retexens
*Auersum Lemno iubar,& * decliuia Titan*
Opposita iuga nube refert,patuere furores
Nocturni, lucisque noua formidine cunctis,
*Quãquã inter similes habitus*pudor impia terræ*
Infodiunt scelera,aut festinis ignibus vrunt.
Iam manus Eumenidũ,captasq; refugerat arces
Exsaturata Venus,licuit sentire quid ausa,
**Exturbare comas,& lumina tingere fletu.*
Insula diues agris,opibusq;,armisq; virisq;
Nota,situ,& Getico nuper ditata triumpho,
Non maris incursu,non hoste,nec æthere læuo,
Perdidit vna omnes orbata,excisáque mundo
*Indigenas,non arua viri,non æquora*verrunt.*
Conticuêre domus,cruor altus.& oblita crasso

* vv. declinia.
*vv. rubor.
* b. & turbare.
*vv. vertunt.

Cuncta

Cuncta*rubẽt tabo, magnáq; in mœnibus vrbis
Nos tantum: & ſæui ſpirant per culmina manes.
Ipſa quoque arcanis tecti in penetralibus alto
Molior igne pyram, ſceptrum ſuper armaq; patris.
Iniicio, & notas regum geſtamina veſtes,
Ac propè mœſta rogum confuſis ignibus, aſto:
Enſe cruentato, fraudémque, & inania buſta
Plango metu, ne fortè premant, caſſumq; parenti
Omen & hac dubios leti precor ire timores,
His mihi pro meritis, vt falſi criminis aſtu
Parta fides, regno, & ſolio conſidere patris
Supplicium datur, an ne illis obſeſſa negarem?
Acceſſiſſe, ſæpe ante deos teſtata, fidémque.
Immeritaſq; manus, ſubeo (prò dira poteſtas)
Exãgue imperiũ, & mœſtã ſine culmine Lemnõ.
Iam magis atq; magis vigiles dolor angere sẽſus.
Et gemitus clari, & paulatim inuiſa Polyxo,
Iam meminiſſe nefas iam ponere Manibus aras
Conceſſum, & multum cineres*iuraſſe ſepultos.
Sic vbi ductorem trepida ſtabuliq; maritum,
Quem penes & ſaltus & adulta gloria gentis
Maſſylo frangi ſtupuere ſub hoſte iuuenca,
It trũcum ſine honore pecus, regemq; peremptum
Ipſe ager, ipſi amnes, & muta armẽta quærũtur.
Ecce autem arata diſpellens æquora prora
Pelias intacti latè ſubit hoſpita ponti
Pinus agũt Miny, & geminus fragor ardua canet
Per latera, abruptam credas radicibus ire
Ortygiam, aut fractum pelago deſurrere montem.

*vv. madent.

vv. iurare.

Aſt vbi ſuſpenſis ſiluerunt æquora tonſis,
Mitior & ſenibus Cygnis, & pectine Phœbi,
Vox media de puppe venit, maria ipſa carinæ
Accedunt, (poſt noſſe datum eſt) Oeagrius illic
Accliuis malo mediis interſonat Orpheus
Remigiis, tantoſq; iubet neſcire labores.
Illis in Scythicum Boream iter, oráque primum
Cyaneis arctata vadis, nec Tracia viſu
Bella ratæ, vario tecta incurſare tumultu
Denſarum pecudum, aut fugientũ more volucrũ.
Heu vbi nunc furiæ? portus, amplexaq; littus
Mœnia, qua longè pelago deſpectus aperto
Scandimus, & celſas turres, huc ſaxa, ſudeſq;,
Armaq; mœſta virũ, atq; infectos cædibus enſes
Subuectant trepidæ, quin & ſquallentia texta
Thoracum, & vultu galeas intrare ſoluto
Non pudet audaces, rubuit mirata cateruas
Pallas, & aduerſo riſit Gradiuus in Aemo,
Tunc primum ex animis præceps amentia ceſſit.
Nec ratis illa ſalo, ſed diuum ſera per æquor
Iuſtitia, & pœnæ ſcelerum aduentare videntur.
Iamq; aberãt terris, quantum Gortynia currunt
Spicula, cæruleo grauidam cùm Iuppiter imbri
Ipſa ſuper nubem ratis armamenta Pelaſgæ
Siſtit agens, inde horror aquis, & raptus ab omni
Sole dies, miſcet tenebras, quîs protinus vnda
Concolor: obnixi, lacerant caua nubila venti,
Diripiuntq; fretum, nigris redit humida tellus
Verticibus, totumq; Notis portantibus æquor

Pendet,

Pendet,& æquato iam iam prope ſydera dorſo
Frangitur,incerta iam nec prior impetus alno.
Sed labat,extantem roſtris modò gurgite in imo,
Nunc cœlo Tritona ferens:nec robora proſunt
Semideum heroum,puppémque inſana flagellat
Arbor:& inſtabili procumbens pondere curuas
Raptat aquas,remiq; cadunt in pectus inanes.
Nos quoq; per rupes,murorumq; aggere ab omni
Dũ labor ille viris,fretaq; indignãtur & Auſtri,
De ſuper inualidis fluitantia tela lacertis:
(Quid nõ auſa man⁹?) Telamona,& Pelea cõtra
Spargimus,& noſtro petitur Tirynthius arcu.
Illi quippe ſimul bello,pelagoq; laborant
Pars clypeis munire ratem:pars æquora fundi
Egerere,aſt alii pugnant,ſed inertia motu
Corpora,ſuſpenſæq; carent cõamine vires.
Inſtamus iactu telorum,& ferrea nimbis
Certat hyems:vaſtæq; ſudes,fractique molares,
Spiculáque,& multa crinitum miſſile flamma,
Nunc pelago,nũc puppe cadũt, dat operta fragerẽ
Pinus,& adiunctis regemunt tabulata cauernis,
Talis Hyperborea virides niue verberat agros
Iuppiter,obruitur campis genus omne ferarum,
Deprenſæq; cadunt volucres & meſſis amaro
Stratagelu,fragor inde iugis,inde amnibus iræ.
Vt verò eliſit nubes Ioue tortus ab alto.
Ignis,& ingentes patuere in lumine nautæ.
Diriguere animi:manibuſq; horrore remiſſis
Arma aliena cadunt,redeunt in pectora ſexus.

Cerni

Cernimus Æacidas, murisq; immane minantem
Antæum, & longa pellentem cuspide rupes
Iphiton, attonito manifestus in agmine supra est
Amphitryonales, puppemq; alternus vtrinque
Ingrauat, & medius ardet descendere in vndas.
At leuis, & misera nondum mihi notus Iason
Trãstra per, & remos, impressaq; terga virorum
Nunc magnum, Oeniden, nũc ille hortatibus Idã,
Et Talaum, & cana rorantem aspergine ponti
Tyndariden iterans, gelidique in nube parentis
Vela laborantem Calaim subnectere malo
Voce, manuq; rogat, quatiunt impulsibus illi
Nunc freta, nunc muros, sed nec spumãtia cedunt
Æquora, & incussa redeunt à turribus hasta
Ipse graues fluctus, clauumq; àudire negantem
Lassat agens Tiphys, pallétque, & plurima mutat
Imperia: ac leuas, dextráque obtórquet in vndas
Proram naui fragis auidam concurrere saxis
Donec ab extrema cuneo ratis Aesone natus
Palladios, olea Mopsi gestamina ramos
Extulit, & socium turba prohibente poposcit
Fœdera, precipites vocem inuoluere procellæ.
Tunc modus armorũ, pariterq; exhausta quierũt
Flamina, confusoq; dies respexit Olympo.
Quinquaginta illi trabibus de more reuinctis
Eminus abrupto quatiunt noua littora saltu.
Magnorum decora alta patrũ, iam frõte sereni,
Noscendiq; habitu postquàm timor, iráque cessit
Vultibus arcana sic fama erumpere porta

Cæt

Cœlicolas, si quando domus, littusq; rubentum
Aethiopum, & mensas amor est intrare minores.
Dant fluuij montesq; locum, tum terra superbit
Gressibus, & paulum respirat cœlifer Atlas
Hic & ab asserto nuper Marathone superbum
Theseа Ismarios Aquilonia pignora fratres,
Vtraq; quis rutila stridebant tempora penna.
Cernimus, hic Phœbo non indignante priorem
Admetũ, & duræ similẽ nihil Orphæa Thracæ
Tunc prolem Calydone satam, generũq; profundi
Nereos, ambiguo visus errore lacessunt
Oebalidæ gemini chlamys huic, chlamys ardet, & illi
Ambo hastile gerũt, humeros, exertus uterq; (illi
Nudus uterq; genas, simili coma fulgurat astro
Ardet iter, magnique sequens vestigia mutat
Herculis, & tarda quamuis se mole ferentem.
Vix cursu tener æquat Hylas, Lernæaq; tollens
Arma sub ingenti gaudet sudare pharetra.
Ergo iterum Venus, & tacitis corda aspera flãmis
Lemnia dum pertentat amor, tunc regia Iuno
Arma habituq; virum, pulchræq; insignia gẽtis
Mentibus insinuat, certatimque ordine cunctæ
Hospitibus patuere fores, tunc primus in aris
Ignis, & infandis venere obliuia curis.
Tunc epulæ, fœlixque sopor, noctésque quietæ
Nec superum sine mente reor, placuere fatentes.
Forsitan & nostræ fatum excæsabile culpæ
Noscere cura, duces, cinerem furiásque meorum
Testor, vt externas non sponte aut crimine tædas

Attigerim (sic cura deum) & si blandus Iason
Virginibus dare vincla nouis, sua iura cruẽtum
Phasin habent, alios Colchi generastis amores.
Iámque exuta gelu tepuerunt sydera longis
Solibus, & velox in terga reuoluitur annus.
Iam noua progenies, partusq; in vota soluti,
Et non speratis Lemnos celebratur alumnis.
Nec non ipsa tamen thalami monimenta coacti
Enitor geminos, dúróque sub hospite mater
Nomen aui renouo, nec qua fortuna relictis
Nosse datũ, iã plena quater quinquẽnia tergũt,
Si modo fata sinunt, aluitq; rogata Lycaste.
Detumuere animi maris, & clementior Auster
Vela vocat, ratis ipsa moram, portúsque quietos
Odit, & assueti tendit retinacula saxi:
Inde fugam Minyæ, sociósque appellat Iason
Efferus. O vtinam iam tum mea littora rectis
Praterrectus aquis, cui sua pignora cordi,
Non promissa fides, certe stat fama remotis
Gentibus, aquorei redierunt vellera Phryxi.
Vt stata lux pelago, venturúmque athera sensit
Tiphys, & occidui rubuere cubilia Phœbi:
Heu iterum gemitus, iterumq; nouissima nox est.
Vix reserata dies, & iam rate celsus Iason
Ire iubet, primóque ferit dux verbere pontum.
Illos, & scopulis, & summo vertice montis,
Spumea porrecti dirimentes terga profundi
Prosequimur visu, donec lassauit euntes
Lux oculos, longúmque polo contexere visa est

Aequor

Aequor, & extremi pressit freta margine cœli.
Fama subit portus, vectum trans alta Thoanta
Fraterna regnare Chio, mihi crimina nulla,
Et vacuos arsisse rogos: fremit impia plebes
Sontibus accensa stimulis facinúsque reposcunt.
Quin etiam occulta, vulgo increbescere voces.
Solane fida sui? nos autem in funere lata?
Nō deus hac, fatūq; quod imperat vrbe nefanda.
Talibus exanimis dictis (& triste propinquat
Supplicium) nec regna iuuant, vaga littora furto
Incomitata sequor, funestáque mœnia linquo:
Qua fuga nota patris, sed non iterū obuius Euan.
Nam me prædonum manus huc appulsa tacētem
Arripit, & vestras famulam transmittit in oras.
Talia Lemnias iterat dum regibus exul
Lemnias, & longa solatur damna querela,
Immemor absentis (sic Di suasistis) alumni.
Ille graues oculos, languentiáque ora comanti
Mergit humo, fessúsque diu puerilibus actis
Labitur in somnos, prensa manus hæret in herba.
Interea campīs nemoris sacer horror Achai
Terrigena erigitur serpens, tractúque soluto
Immanem sese vehit ac post terga relinquit.
Liuida fax oculis, tumidi stat in ore veneni
Spuma virens, ter lingua vibrat, terna agmina
Dētis, & auratæ crudelis gloria frontis (aduncī
Prominit. Inachio sanctum dixere tonanti
Agricola, cui cura loci, & syluestribus acris
Pauper honos, nunc ille dei circundare templa

Ore vago labens, miseræ nunc robora sylvæ
Atterit, & vastas tenuat complexibus ornos.
Sæpe super fluuios geminæ iacet aggere ripæ
Continuus, squammisque incisus adæstuat amnis
Sed nunc Ogygij iussis quando omnis anhelat
Terra dei, trepidæq; latent in puluere Nymphæ,
Senior infractu laterum sinuosa retorquens
Terga solo, siccique nocens furit igne veneni
Stagna, per, arentésque lacus, fontésque repressos
Voluitur, & vacuis fluuiorum in vallibus errat.
Incertusq; sui liquidum nunc aera lambit
Ore supinato, nunc aruagementia radens
Pronus adhæret humo, si quid viridantia sudent
Gramina percussæ calidis afflatibus herbæ,
Qua tulit ora cadunt, moriturq; ad sibila cãpus
Quantus ab arctois discriminat æthera plaustris
Anguis, & vsque notos, alienumq; exit in orbem,
Quantus & ille sacris spiris in torta mouebat
Cornua Parnassi, donet tibi Delia fixus
Vexit arundineam centeno vulnere sylvam.
vv. puer. Quis tibi parue* deus tam magni ponderæ fati
Sorte dedit? túne hoc vix prima ad limina vitæ
Hoste iaces? an vt inde sacer per secula Graiis
Gentibus, & tanto dignius morerere sepulchro?
Occidis extremæ districtus verbere caudæ
Ignaro serpente puer: fugit illicet artus
Somnus, & in solam patuerunt lumina mortem.
Cum tamen attonito moriens vagitus in auras
Excidit, & ruptis immutuit ore querelis

Quæ.

Qualia non totas peragunt insomnia voces.
Audit Hypsypyle, facilémque negantia cursum
Examinis genua ægra rapit, iam certa malorum
Mentis ab augurio, sparsosq; per omnia visu
Lustrat humum quærens, & nota vocabula paruo
Ne quicquã ingeminãs, nusquã ille & prata recẽ-
Amisere notas, viridi piger accubat hostis (tes
Collectus gyro, spatioságque iugera complet,
Sic etiam obliqua ceruicem expostus in aluo
Horruit infœlix visu, longóq; profundum
Incendit clamore nemus, nec territus ille,
Sed iacet. Argolicas vlulatus flebilis aures
Impulit, extemplo monitu diïcis aduolat ardens
Arcas eques, causamq; refert, tum squãmea demũ
Toruus ad armorum radios, fremitumq; virorum
Colla mouet, rapit ingenti conamine saxum
Quo discretus ager, vacuasq; impellit in auras
Arduus Hippomedon, quo turbine bellica quondã
Librati saliunt portarum in claustra molares.
Cassa duci, virtus nam mollia colla refusis
In tergum serpens veniẽtem exhauserat ictum.
Dat sonitum tellus, nemorúmque per auia densi
Dissultant nexus, at non mea vulnera clamat,
(Et trabe fraxinea Capaneus subijt obuius) vn-
Effugies, seu tu pauidi ferus incola luci (quam
Siue deus, vtinámque deis concessa volontas.
Non si consertum super hæc tua membra Gigantа
Subueheres, volat hasta tremẽs, & hiantia mõstri
Ora subit, linguaq; secat fera vincla trisulca.

Perq; iubas stantes, capitisq; insigne coruſci
Emicat, & nigri ſanie perfuſa cerebri
Figitur haſta ſole, longus vix tota peregit
Membra dolor, rapido celer ille volumine telum
Circuit, auulſumq; ferens inopaca refugit
Templa dei, hic magno tellurem pondere menſus
Implorantem animam dominis aſſibilat aris.
Illum & cognatæ ſtagna indignantia Lernæ,
Floribus & vernis aſſuetæ ſpargere Nymphæ,
Et Nemees reptatus ager, lucoſq; per omnes,
Syluicolæ, fracta gemuiſtis arundine Fauni.
Ipſe etiam è ſumma iam tela popoſcerat Ætna
Iuppiter, & dudum nimbiq;, hyemesq; coibant.
Ni minor ira deo, grauioraq; tela merere
Seruatus Capaneus, moti tamen ora cucurrit
Fulminis, & ſummas libauit vertice criſtas
Iamq; pererratis infœlix Lemnia campis
Liber vt angue locus, modico ſuper aggere longè
Pallida ſanguineis infectas roribus herbas
Proſpicit, huc magno curſum rapit effera luctu.
Agnoſcitq; nefas: terraq; illiſa nocenti
Fulminis in morem, non verba in funere primo,
No lachrymas habet, ingeminat miſera oſcula tã-
Incũbens, animas fugã per membra tepentem (tũ
Quærit hians, non cura loco, non pectora reſtant.
Rapta cutis, tenera oſſa patent, nexuſq; madẽtes
Sanguinis imbre noui, totumq; in vulnere corpus.
Ac veluti aligeræ ſedem, fœtuſq; parentis
Cum piger vmbroſa populatus in ilice ſerpens.

rupta.

Illa

Illa redit, querulæq; domus mirata quietem
Stat super impendens, aduectosq; horrida mœsto
Excutit ore cibos: cum solus in arbore cara
Sanguis, & errantes per capta cubilia pluma.
Vt laceros artus gremio miseranda recepit,
Intexitq; comis, tandem laxata dolore
Vox inuenit iter, gemitúsque in verba soluti.
O mihi desertæ natorum dulcis imago
Archemore. O rerum & patriæ solamen ademptæ,
Seruitijq; decus, qui te mea gaudia sontes
Extinxere dei? modo quem digressa reliqui
Lasciuum, & prono vexantem gramina cursu?
Heu vbi syderei vultus, vbi verba ligatis
Imperfecta sonis? risusq; & murmura soli
Intellecta mihi? quoties tibi Lemnon, & Argos
Sueta loqui, & longa somnum suadere querela?
Sic equidem luctus solabor, & vbera paruo
Iam materna dabam, cui nunc venit irritus ori
Lactis, & infœlix in vulnera liquitur imber?
Noſco deos, ô dura mei præsagia somni,
Nocturniq; metus, & nũquã impunè per vmbras
Attonita mihi visa Venus, quos arguo diuos?
Ipsa ego te? (quid enim timeam moritura fateris?)
Exposui fatis, quæ mentem insania traxit?
Tantáne me, tantæ tenuere obliuia curæ?
Dum patrios casus, famæq; exorsa retracto
Ambitiosa meæ, pietas hæc magna, fideq;!
**Exolui tibi Lemne nefas, vbi latifer anguis*
Certe duces, si qua est meriti mihi gratia duri,

al.b. solu-ta. E. solui.

Si quis honos dictis, aut vos extinguite ferro,
Ne tristes dominos, orbúmque inimica reuisam
Eurydicen, quanquam haud illi mea cura dolẽdo
Cesserit, hocne ferens onus illatabile matris
Trãsfundã gremio? quã me prius ima sub vmbras
Mergat humus? simul hæc terráque & sanguine
Sordida magnorum circa vestigia regũ (vultum
Vertitur, & tacitè mœrentibus imputat vndas.
Et iam sacrifici subitus per terga Licurgi
Nuncius implerat lachrymis, ipsúmque domumq́
Ipsum aduentantem Persei vertice sancto
Montis, vbi aduerso dederat profecta tonanti
Et caput iratis rediens quassabat ab extis.
Hic sese Argolicis immunem seruat ab armis
Haud animi vacuus, sed templa vrbq́ tenebant.
Nec dum etiam responsa deum, monituſq́ vetusti
Exciderant, voxq́ ex adytis accepta profundis
Prima Licurge dabis Dycæo funera bello.
Id cauet, & mœstus vicini puluere Martis
Angitur ad lituos, perituriſq́ inuidet armis.
Ecce fides superum laceras comitata Thoantis
Aduehit exequias, contra subit obuia mater
Fœmineos cœtus plangentiáque agmina ducens.
At non magnanimo pietas ignaua Licurgo,
Fortior ille malis, lachrymaſq́ insana resorbet
Ira patris, longo rapit arua morantia passu
Vociferans. Illa autem vbinã? cui parua cruoris
Latáue damna mei? viuitne? impellite raptum,
Ferte citi comites, faxo omnis fabula Lemni

Et

Et pater, & tumidæ generis mendacia sacri
Exciderint, ibat, letúmque inferre parabat
Ense furens rapto, venienti Oeneius heros
Impiger obiecta perturbat pectore parma.
Ac simul infrendens, Siste hunc vesane furorem
Quisquis es, & pariter Capaneus, acerq; reducto
Affuit Hippomedon, rectorq; Erimanthius ense
Ac iuuenem multo perstringunt lumina, at inde
Agrestum pro rege manus, quos inter Adrastus
Mitior, & sociæ meritus commercia vitæ
Amphiaraus ait: Ne quæso absistite ferro,
Vnus auum sanguis, neve indulget furori,
Tuque prior, sed non sedato pectore Tydeus
Subiicit, Anne ducem, seruatricémque cohortis
Inachiæ ingratis coram tot millibus audes
Mactare in tumulos? quanti pro funeris vltor!
Cui regnum, genitórque Thoas, & Lucidus Euan
Stirpis auus, timidóne parum quod gentibus actis
Vndiq; in arma tuis, inter rapida agmina pacem
Solus habes? habeas, & te victoria gratum
Inueniat tumulis etiamnum hæc fata gemẽtem.
Dixerat, & tandem cunctante modestior ira
Ille refert, equidem non vos ad mœnia Thebes
Rebar, & hostiles huc adueniſſe cateruas.
Pergite in excidium socij, si tanta voluptas
Sãguinis: imbuite arma domi: atq; hæc irrita dudũ
Tẽpla Iouis (quid ènim haud licitũ?) ferat impius
Si vilem tãti premerent cũ pectora luctus, (ignis
In famulam ius esse ratus, dominoq;, ducique.

Sed videt hoc, videt ille deum regnator, & ausis
Sera quidem, manet ira tamen, sic fatus & arces
Respicit, atque illic alio certamine belli
Tecta fremunt, volucres equitũ praeuerterat alas
Fama recens, geminos alis complexa tumultus.
Illi ad fata rapi, atque illi iam occumbere leto,
Sic meritam Hypsipylen iterant: creduntq́, nec ira
Fit mora, iamq́ faces, & tela penatibus instant,
Vertere regna fremũt, raptumq́ auferre Lycurgũ
Cum Ioue, cumq́ aris: resonant vlulatibus aedes
Fœmineis, versusq́ dolor dat terga timori
Alipedum curru, sed enim sublimis Arastus
Secũ ante ora virũ fremebundã Thoãtida portam
It medius turmis, & parcite parcite, clamat.
Nil actum sauè meritus nil tale Lycurgus
Excidium, gratiq́ inuentrix fluminis ecce,
Sic vbi diuersis maria euertere procellis
Hinc Boreas, Euruq́, illinc niger imbrib⁹ Auster
Pulsa dies, regnantq́ hyemes, venit aequoris alti
Rex sublimis equis, geminusq́ ad spumea Triton
Frana natans, latè dat pelago signa cadenti:
Et iam plana Thetis, montesq́ & littora crescunt.
Quis superum tanto solatus funera voto
Pensauit lachrymas? inopinaq́ gaudia moesta
Retulit Hypsipyle? tu Gentis conditor Euan,
Qui geminos iuuenes Lemni de littore vectos
Intuleras Nemea, mirandáque fata parabas
Causa via genitrix, nec inhospita tecta Licurgi
Praebuerant aditus, & protinus ille tyranno

Nun

Nuncius, extincta miserando vulnere prolis.
Ergo adsunt comites (prô fors, & caca futuri
Mens hominũ) regiq; fauent, sed Lemnos ad aures
Vt primum, ductusq; Thoas. per tela manusque
Irruerant, matremq; auidis complexibus ambo
Diripiunt flentes, alternáque pectora mutant.
Illa velut rupes immoto saxea visu
Hæret, & expertis audet credere diuis.
Vt vero & vulgus & signa Argoa relictis
Ensibus, atque humeris amborum intextus Iason.
Cesserunt luctus, turbataq; munere tanto
Corruit, atque alio maduerunt lumina fletu
Addita signa polo, latoq; vlulante tumultu
Tergáque, & ara dei motas crepuere per auras.
Tunc prius Oeclydes vt prima silentia vulgi
Mollior ira dedit, placidasq; accessit ad aures:
Audite ô ductor Nemeæ, lectiq; potentes
Inachidæ, quæ certus agi manifestat Apollo.
Iste quidem Argolicis haud olim indebitus armis
Luctus adest, recto descendunt limite Parcæ
Et sitis interitu fluuiorum, & letifer anguis,
Et puer, heu nostri signatus nomine fati
Archemorus, cuncta hæc superũ demissa suprema
Mente fluunt, differte animos, festinaq; tela
Ponite, mansuris donandus honoribus infans.
Et meruit, dat pulchra suis libamina virtus
Manibus, atq; vtinam plures innectere pergas
Phœbe moras, sempérque nouis bellare vetemur
Casibus, & semper Thœbe funesta recedat.

At vos magnorum transgressi fata parentum
Fœlices, longum quibus hinc per sæcula nomen,
Dum Lernæa palus, & dum pace Inachus ibit
Dum Nemeæ tremulas cãpis iaculabitur vmbras,
Ne fletu Violate sacrum, ne plangite diuos,
Nam deus, iste Deus. Pyliæ nec fata senectæ
Maluerit, Phrygiis aut degere longius amnis
Finierat, cœloq; cauam nox induit vmbram.

P. STATII PAPINII
THEB. LIBER VI.

NVntia multiuago Danaas perlabitur vrbes
Fama gradu, sancire nouo, solemnia busto
Inachidas, ludumq; super quo Martia bellis
Præsudare paret, seseq; accendere virtus
Gratum ex more decus. Primus Pisæa per arua
Hunc pius Alcides Pelagi certauit honorem,
Puluereumq; fera crinem detorsit oliua
Proxima vipereo celebrauit libera nexu
Phocis Apollineæ bellum puerile pharetræ
Mox circum tristes seruata Palæmonis aras
Nigra superstitio, quoties animosa resumit
Leuchothoe gemitus, & amica ad littora festa
Tempestate venit, planctu clamant vterq;
Isthmos Echioniæ responsant flebile Thebæ.
Et nunc eximij regum quibus Argos alumnis
Connexum cœlo, quorúmque ingentia tellus

Aoniæ

Aonis, & Tyria ſuſpirant nomina matres
Concurrunt, nudáſque mouent in prælia vires.
Ceu primum auſuræ trans alta ignota biremes
Seu Thyrrenã hyemẽ, ſeu ſtagna Ægea laceſſunt,
Tranquillo prius arma lacu, clauumq; leueſq;
Explorant remos, atque ipſa pericula diſcunt
At cũ experta cohors: tum pontũ irrumpere freta
Longius ereptáſque oculis non quærere terras.
Clara laboriferos cœlo Titonia currus
Extulerat, vigileſque deæ palentis habenas
Et nox, & cornu fugiebat Somnus inani
Iam plangore viæ, gemitu iam regia mugit
Flebilis acceptos longe nemora auia frangunt
Multiplicantq; ſonos, ſedet ipſe exutus honoro
Vittarum nexu genitor, ſquallentiaq; ora
Sparſus, & incultã ferali puluere barbam.
Aſperior contra, planctúſque egreſſa viriles
Exemplo famulas premit, hortaturq; volentes
Orba parens, laceráſque ſuper procumbere nati
Relliquias ardet, totiéſque auulſa refertur.
Arcet, & ipſe pater, mox vt merentia dignis
Vultibus inachij penetrarunt limina reges,
Ceu noua tunc clades, & primo ſaucius infans
Vulnera, lataliſve irrumpere atria ſerpens:
Sic alium ex alio quanquam laſſata fragorem
Pectora congeminant, ingratoq; reſultant
Accenſa clamore fores, ſenſere Pelaſgi
Inuidiam, & lachrymis excuſant crimen obortis:
Ipſe datum quoties, interciſoq; tumultu

Con

Conticuit ſtupefacta domus, ſolatur Adraſtus
Alloquijs genitorem vltro, nunc fata recenſens
Reſq; hominum duras, & inexorabile penſum:
Nunc aliam prolem, manſuráque nomine dextro
Pignora, nondum orſis modus, & lamẽta redibant
Ille quoq; affatus non mollius audit amicos,
Quam trucis Ionij rabies clamantia ponto
V ta virũ, aut tenues curãt vaga* fulmina nim-
Triſtibus interea ramis, teneraq; Cupreſſo (bos.
Damnatus flamma torus, & puerile pheretum
Texitur: ima virent agreſti ſtamina cultu.
Proxima gramineis operoſior area ſertis,
Et picturatus morituris floribus agger.
Tertius aſſurgens Arabum ſtrue tollitur ordo
Eoas complexus opes, incanáque glebis
Thura, & ab antiquo durantia cinnama Belo.
Summa crepant auro, Tyrioq; attollitur oſtro
Molle ſupercilium: tereteq;* hinc vndiq; gemmæ
Irradiant, medio Linus intextus acantho
Letiferiq; canes, (opus admirabile ſemper
Oderat, atque oculos flectebat ab omine mater.
Arma etiã, & veterũ exuuias circundat auorum
Gloria mixta malis afflictaq; ambitus aula.
Ceu grande exequiis onus, atq; immenſa ferãtur
Membra* rogo: ſed caſſa tamen, ſteriliſq; dolentes
Fama iuuat, paruiq; augentur funere manes
Inde ingẽs: lachrymis honor, & miſerãda voluptas
Muneráque in cineres annis grauiora feruntur.
Namq; illi & pharetras, breuioráque tela dicarat

Feſti-

u- mina.

v.hoc.

al.thoro.

Festinus voti pater, insontésq; sagittas.
Iam tunc & mota stabulis de gente probatos
In nomen pascebat equos, cinctúsque sonantes
Armáque maiores expectatura lacertos.
Spes auida, quas non in nomen credula vestes
Vrgebat studio? cultúsque insigna regni
Purpureos? sceptrumq; minus? cũcta ignibus atris
Damnat atrox, suáque ipse parẽs gestamina ferri
Si damnis rabidum queat exsaturare dolorem.
Parte alia gnari monitis exercitus instat
Auguris, aëriam truncis nemorúmque ruina
Montis onus cumulare pyram, quæ crimina cæsi
Anguis, & infausti cremet atra piacula belli.
His labor abscissam Nemeen, umbrosaque Tempe
Præcipitare solo, lucósque ostendere Phœbo.
Sternitur extemplo veteres incædua ferro
Sylua comas, largæ qua non opulentior umbræ
Argolicos inter, sáltúsque educta Lycæos
Extulerat super astra caput, stat sacra senectæ
Numine, nec solos hominum transgressa veterno
Fertur auos, nymphas etiam mutasse superstes,
Faunorumq; greges, aderat miserabile luco
Excidium, fugere feræ, nidósque tepentes
Absiliunt (metus vrget) aues cadit ardua fagus,
Chaoniumq; nemus, brumáque illæsa cupressus,
Procumbunt piceæ, flammis alimenta supremis,
Orniq;, ilicesq; trabes, metuendáque succo
Taxus, & infandos belli potura cruores
Fraxinus, atque situ non expugnabila robur.

Hinc

Hinc audax abies, & odoro vulnere pinus
Scinditur, acclinant intonsa cacumina terræ
Alnus amica fretis, nec inhospita vitibus vlmus.
Dat gemitum tellus, non sic euersa feruntur
Ismara, cum fracto Boreas caput extulit antro.
Non grassante Noto citius nocturna peredit
Flamma nemus, linquunt flentes dilecta locorum
Otia cana Pales, Syluanúsque arbiter vmbræ.
Semideúmque pecus, migrãtibus aggemit illis
Sylua, nec amplexa dimittunt robora Nymphæ.
Vt cum possessas auidis victoribus arces
Dux raptare dedit, vix signa audita, nec vrbem
Inuenias: ducunt, sternuntq; abiguntq;, feruntq;
Inmoßici minor ille fragor quo bella geruntur,
Iãq; pari cumulo geminas hãc tristibus vmbris.
Ast illam superis æquus labor auxerat aras
Cum signum luctus cornu graue mugit adunco
Tibia, cui teneros suetum producere manes
Lege Phrygum mœsta. Pelopẽ monstrasse ferebãt
Exequiale sacrum, carmenq; minoribus vmbris
Vtile, quo geminis Niobe consumpta pharetris
Squallida Bissenas Siphylon deduxerat vrnas
Portant inferias, arsutáque fercula primi
Graiorum tituliq; pios testantur honores
Gentis quisq; suæ, longo post tempore surgit
Colla super iuuenum (numero dux legerat omni)
Ipse fero clamore torus, cinxere Lycurgum
Lernæi proceres, genitricem mollior ambit
Turba, nec Hypsipyle raro subit agmine, vallant

Inã

Inachida memores, ſuſtentant liuida nati
Brachia, & inuenta concedunt plangere matri,
Illic infauſtos, vt primùm egreſſa penates
Eurydice, nudo vocem de pectore rupit,
Planctuq́, & longis præfata vlulatibus inſit.
Non hoc Argolidum cœtu circundata matrum
Speraui te nate ſequi, nec talia demens
Fingebam votis annorum elementa tuorum, 140
Nil ſæuum reputans, & enim his in finibus æui
Vnde ego bella tibi Thebáſque ignara timerem?
Cui ſuperum noſtro committere ſanguine pugnas
Dulce? quis hoc armis vouit ſcelus? at tua nondũ
Cadme domus, nullus Tyrio grege plãgitur infans
Primitias egomet lachrymarum, & cædis acerbæ
Ante tubas ferrumq́, tuli, dum deſide cura
Credo ſinus fidos altricis, & vbera mando
Quid ni ego? narrabat ſeruatum fraude parentem 150
Inſontéſque manus, en quam ferale putemus
*Abiuraſſe ſacrum, & Lemni*gentilibus vnam* *l. de gẽtibus.
Immunem furiis, hæc illa, & creditis auſæ?
Hæc pietate potens? ſolis abiecit in aruis
Non regem, dominúmve? alienos (impia) partus,
Hoc tantum, ſyluæq́, infamis tramite liquit.
Quẽ nõ anguis atrox (quid enim hac opus hei mi-
Mole fuit?) tantum cœli violentior aura, (hi leti
Impulſæq́, noto frondes, caſſuſq́, valeret
Exanimare timor. Nec vos inceſſere luctu
Orba habeo, fixum matri, immotumq́, manebat
Hac altrice nefas, at quin & blandus, & illam 160

Matre magis ſolam noſce, atque audire vocãtem
Ignaruſq; mei: nulla ex te gaudia matri.
Illa tuos queſtus, lachrymoſóſque impia riſus
Audiit, & vocis decerpſit murmura primæ,
Illa tibi genitrix ſemper, dum vita manebat:
Nunc ego, ſed miſeræ mihi nec punire poteſtas
Sic meritam, quid dona duces? quid inania ſertis
Buſta rogis? illam (nil poſcant amplius vmbræ)
Illam (oro) cineri ſimul, exciſæq; parenti
Reddite quæſo duces, per ego hæc primordia belli
Cui peperi, ſic æqua gemant mihi funera matres
Ogygiæ, ſternit crines iterátque precando,
Reddite, nec verò crudelem, auidámque vocate
Sanguinis, occumbam pariter dum vulnere iuſto
Exſaturata oculos, vnum impellamur in ignem.
Talia vociferans alia de parte gementem (uat)
Hypſipylem (neq; enim illa comas nec pectora ſer-
Agnouit longè, & ſocium indignata dolorem.
Hoc ſaltem ô proceres, túque ô cui pignore noſtro
Partus honos, prohibete nefas, auferte ſupremis
Inuiſam exequiis, quid ſe funeſta parenti
Miſcet? & in noſtris ſpectatur & ipſa ruinis?
Cui luget complexa ſuos? ſic fata repente
*Concidit, abruptiſq; * immutuit ore querelis.*
Non ſecus ac primo fraudatum lacte iuuencum,
Cui trepidæ vires, & ſolus ab vbere ſanguis
Seu fera, ſeu duras aduexit paſtor ad aras,
Nunc vallum ſpoliata parẽs, nũc flumina queſtu,
Nunc armata mouet, vacuóſque interrogat agros,

* vv. obmutuit.

Tũn

Tunc piget ire domum, mœstóque nouissima cãpo
Exit, & appositas impasta auertitur herbas.
At genitor, sceptriq; decus, cultúsque Tonantis
Iniicit ipse rogis, tergóque & pectore fusam
Cæsariem ferro minuit, sectisq; iacentis
Obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu
Verba pio miscens, Alio tibi perfide pacto
Iuppiter hunc crinem voti reus ante dicaram:
Si pariter virides nati libare dedisses
Ad tua templa genas, sed non ratus ore sacerdos,
Dãnatæq; preces, ferat hæc quæ digniior vmbra est
Iam face subiecta primis in frondibus ignis
Exclamat, labor insanos arcere parentes.
Stant iussi Danai, atque obtentis eminus armis.
Prospectu visus intercluſere nefasto.
Ditantur flammæ, non vnquam opulentior illo
Ante cinis, crepitãt gẽmæ, atq; immane liquescit
Argentum, & pictis exsudat vestibus aurum.
Nec non Assyriis pinguescunt robora succis,
Pallentiq; croco strident ardentia mella,
Spumantésque mero pateræ verguntur, & atri
Sanguinis & rapti gratissima cymbia lactis.
Tunc septem numero turmas (centenus vbiq;
Surgit eques) versis ducunt insignibus ipsi
Graiugenæ reges, lustrántque ex more, siniſtro
Orbe regum, & stantes inclinãt puluere flammas
Ter curuos egere sinus, illisáque telis
Tela sonant, quater horrendum pepulere fragorem
Arma quater mollem famularũ brachia plãctũ,

Semianimes alter pecudes, ſpirantiáque ignis
Accipit armenta, hic luctus abolere, nouiq3
Funeris auſpiciũ, vates quanquam omina ſentit
Vera, iubet, dextro gyro, & vibrantibus haſtis
Hac redeunt, raptumq3 ſuis libamen ab armis
Quiſq3 iacit, ſeu frena libet, ſeu cingula flammis
Mergere, ſeu iaculum, ſummæ ſeu caſſidis vmbrã
Multa gemunt contra raucis concentibus agri.
Et lituis aures circùm pulſantur acutis.
Terretur clamore nemus. Sic Martia vellunt
Signa tubæ, nondum ira calet, nec ſanguine ferriũ
Irrubuit, primo bellorum comitur illo
Vultus, honoris opus. Stat adhuc incertus in altæ
Nube, quibus ſeſe Mauors indulgeat armis.
Finis erat, lapſuſq3 putres iam Mulciber ibat
In cineres, inſtant flammis. multóque ſoporant.
Imbre rogum, poſiti donec cum ſole labores
Exhauſti: ſeris vix ceſſit cura tenebris,
Roſcida iam nouies cœlo dimiſerat aſtra
Lucifer, & totidem lunæ præuenerat ignes
Mutato Nocturnus equo, nec conſcia fallit
Sydera, & alterno deprenditur vnus in ortu.
Mirum opus accelerante manu, ſtat ſaxea moles
Templum ingens cineri, rerumq3 effectus in illo
Ordo docet caſus, Feſſis hic flumina monſtrat
Hypſipyle Danais, hic reptat flebilis infans,
Hic iacet, extremum tumuli circũ aſperat orbem
Squammeus, expectes morientis ab ore cruenta
Sibila, marmorea ſic voluitur anguis in haſta,

Iámque

Iámque auidum pugnas viſendi vulgus inermes
Fama vocat cunctos: aruis, ac mœnibus adſunt
Exciti, illi etiam quîs belli incognitus horror,
Quos effœta domi, quos prima reliquerat ætas.
Conueniunt, non aut Ephyræo in littore tanta
Vnquam, aut Oenomai fremuerunt agmina circa
Collibus incuruis, viridiq; obſeſſa corona
Vallis in amplexu nemorum ſedet, hiſpida circùm
Stant iuga, & obiectus geminis vmbonibus agger
Campum exire vetat, longo quem tramite planè
Graminea frondes, ſinuatáque ceſpite vino
Mollia non ſubitis augent faſtigia cliuis.
Illic confertim iam ſole rubentibus aruis
Bellatrix ſedere cohors ibi corpore mixto
Metiri numerum, vultuſq; habituſq; ſuorum
Dulce viris, tantiq; iuuat fiducia belli.
Centum ibi nigrantes armenti robora tauros
Lenta mole trahunt, idem numeruſq;, colorq;
Matribus, & nondum lunatis fronte iuuencis.
Exin magnanimum ſeries antiqua parentum
Inuehitur, miris in vultum animata figuris.
Primus anhelantem duro Tirynthius ingens
Pectoris attritu ſua frangit in oſſa Leonem.
Haud illum impauidi, quamuis & in ære, ſuumq;
Inachidæ videre decus, pater ordine iuncto
Lætus arundineæ recubánſq; ſub aggere ripæ,
Cernitur, emiſſæq; indulgens Inachus vrnæ.
Iò poſt tergum, iam prona, dolórque parentis
Spectat, in occiduis ſtellatum viſibus Argum.

At illam Phariis melior erexerat aruis
Iuppiter, atque hoſpes iam tunc Aurora colebat.
Tantalus inde parens, non qui fallentibus vndis
Imminet aut refugæ ſterilem raſit aëra ſylvæ,
Sed pius, & magni vehitur conuiua Tonantis,
Parte alia victor curru Neptunia tendit
Lora Pelops, preſſatq; rotas auriga natantes
Myrtilus, & volucri iamq; relinquitur axe.
Et grauis Acriſius, ſpeciéſque horrenda Choræbi
Et Danae culpata ſinus, atque amne reperto
Triſtis Aimymonei, paruóque Alcmena ſuperbit.
Hercule, tergemina crimen circundata luna.
Iungunt diſcordes inimica in fœdera dextras
Belidæ fratres, ſed vultu mitior aſtat
Aegyſtus, Danai manifeſtum agnoſcere ficto
Ore nefas, paciſque malæ, noctiſq; futuræ.
Mille dehinc ſpecies, tandem ſatiata voluptas,
Præſtantéſque viros vocat ad ſua premia virtus
Primus ſudor equis, dic inclyte Phœbe regentum
Nomina, dic ipſos (neque enim generoſior vnquã
Alipedum collata acies) ceu prapete curſu
Confligant denſæ volucres, aut littore in vno
Aeolus inſanis ſtatuat certamina ventis.
Ducitur ante omnes rutilæ manifeſtus Arion
Igne iubæ. Neptunus equo (ſi certa priorum
Fama patet) primus teneris læſiſſe lupatis
Ora, & littoreo domitaſſe in puluere fertur
Verberibus parcens, & enim inſatiatus eundi
Ardor, & hyberno par inconſtantia ponto.

Sape

Sæpe per Ionium, Libicumq; natantibus ire
Interiunctus equis, omnésque assuetus in oras
Cæruleum deferre patrem, stupere relicta
Nubila, certantes Euriq;, Notiq; sequuntur.
Nec minor in terris bella Eurysthea gerentem
Amphitryoniaden alto per gramina sulco
Duxerat, ille etiam ferus, indociliq; teneri.
Mox diuum dono regis dignatus Adrasti
Imperia, & multum mediis mansueuerat annis.
Tunc rector genero Polynici indulget agendum
Multa monẽs, vbi feruor equo, qua suetus ab arte
Mulceri nec sæua manus, nec liber habenis
Impetus, vrge alios inquit, stimuliq; minisq;
Ille ibit, minus ipse voles, sic ignea lora
Cùm daret, & rapido Sol natum imponeret axi
Gaudentem lachrymans astra insidiosa docebat,
Nolentésque teri Zonas, mediámque polorum
Temperiem, pius ille quidem, & formidine cantus
Sed iuuenem duræ prohibebant discere Parcæ.
Oebalios sublimis agit spes proxima palmæ
Amphiaraus equos, tua furto lapsa propago
Cyllare, dum Scythici diuersus ad ostia ponti
Castor, Amyclæas remo permutat habenas.
Ipse habitu niueus, niuei dant colla iugales.
Concolor est albis & cassis, & insula, cristis.
Quin & Thessalicis fœlix Admetus ab oris
Vix steriles compescit equas, centaurica dicunt
Semina credo, adeò sexum indignantur, & omnis
In vires adducta Venus, noctémque, diémque

Assimulant, maculis interni grantibus albæ;
Tantus vtérque color, credi nec degener illo
De grege Castalio, stupuit qui sibila cannæ
Lætus, & audito contempsit Apolline pasci.
Ecce & Iasonidæ iuuenes nouæ gloria matris
Hypsipyles subiere iugo, quo vectus vtérque
Nomen auo gentile Thoas, atque omine dictus
Euneos Argoo, geminis eadem omnia, vultus,
Currus, equi, vestes, par & concordia voti
Vincere, vel solo cupiũt à fratre relinqui. (magno
It Chromis, Hippodamusq3, alter satus Hercule
Alter Ab Oenomao, dubites vter effera pressét
Frena magis, Getici pecus hic Diomedis: at ille
Pisæi iuga patris habet, crudelibus ambo
Exuuiis, diróque imbuti sanguine currus.
Metarum instar erat hinc nudo robore quercus,
Olim omnes exuta comas, hinc saxeus vmbo
Arbiter agricolis finem iacet inter vtrumq3,
Quale quater iaculo spatium ter arũdine vincas
Interea cantu Musarum nobile mulcent
Concilium, citharæq3 manus insertus Apollo
Parnasi summo spectabat ab æthere terras,
Orsa deum (nam sæpe Iouem, Phlegramq3 suiq3
vv. pius. *Anguis opus, fratrúmque* pios *cantarat honores)*
Tunc aperit quis fulmen agat, quis sydera ducat
Spiritus, vnde animi fluuiis, quæ pabula ventis.
Quo fonte immensum viuat mare, quæ via Soles
Præcipitet, noctem quæ porrigat, ima ne tellus.
An media, & rursus mundo succincta latenti:

Finis

Finis erat, differt audire sorores:
Dumq; chelym lauro, textúmque illustre corona
*Subligat, & picto * distinguit pectora limbo,* * v*. discindit.
Haud procul Herculeã Nemeen clamore reductus
Aspicit, atque illic ingens certaminis instar
Quadriiugi, nosci cunctos, & forte propinquo
Constiterant Admetus, & Amphiaraus in aruo.
Tunc secum, Quisnam iste duos fidissima Phœbo
Nomina commisit deus in discrimina reges?
Ambo pij, cariq; ambo, nequeam ipse priorem
Dicere, Peliacis hic cum famularer in aruis
(Sic Iouis imperia, & nigra voluere sorores)
Thura dabat famulo, nec me sentire minorem
Ausus: at hic tripodũ comes, & pius artis alũnus
Aetherea, potior meritis tamen ille sed huius
Extrema iam fila colo, datur ordo senecta
Admeto, serumq; mori, tibi nulla supersunt
Gaudia, iam Theba iuxta, & tenebrosa vorago.
Scis miser, & nostra pridem cecinere volucres.
Dixit, & os fletu penè inuiolabile tinctus.
Extemplo Nemeen radiante per aethera saltu
Ocyor & patrio venit igne, suisq; sagittis.
Ipse olim in terris, cœlo vestigia durant:
Claráque per Zephyros etiamnum semita lucet.
Et iam sortitus Protheus versarat ahena
Casside, iamq; locus cuiq; est, & liminis ordo.
Terrarũ decora ampla viri, decora ampla iugales
Diuum vtrumq; genus, stãt vno margine clausi,
Spésq; audaxq; metus, vnà & fiducia pallens

Nil fixum cordi, pugnant exire, pauéntque,
Concurrit ſummos animoſum frigus in artus.
Qui dominis, idẽ ardor equis, face lumina ſurgũt,
Ora ſonant morſu, ſpumiſq́, & ſanguine ferrum
Vritur, impulſi nequeunt obſiſtere poſtes,
Clauſtráque, compreſſa trãsſumat anhelitus ira.
Stare adeo miſerum eſt, pereunt veſtigia mille
Ante fugã, abſentemq́ ferit grauis vngula cãpũ
Circunſtant fidi, nexúſque, & tota iubarum
Expediũt, firmantq́ animos, & plurima mõſtrant
Inſonuit contra Tyrrhenum murmur, & comes
Exiliere loco, qua tantum carbaſa Ponto?
Qua bello ſic tela volant? qua nubila cœlo?
Amnibus hybernis minor eſt, minor impetus igni
Tardius aſtra cadũt, glomerantur tardius imbres
Tardius è ſummo decurrunt flumina monte.
Emiſſos videre, atque agnouere Pelaſgi,
Et iam rapti oculis, iam cœco puluere mixti
Vna in nube latent, vultúſq́ vmbrãte tumultu,
Vix inter ſeſe clamore, & nomine noſcunt.
Euoluere globum, & ſpatio quo quiſque valebat
Diducti, delet ſulcos iterata priores
Orbita, nunc auidi prono iuga pectore tangunt,
Nunc pugnante genu preſſis duplicantur habenis
Colla toris crinita tument, ſtantéſque reflectit
Aura iubas, bibit albentes humus arida nimbos.
Fit ſonus, immaniſq́ pedum, tenuiſq́ rotarum.
Nulla manus requies, denſiſq́ inſibilat aër
Verberibus, gelida non crebrior exilit Arcto

Gran

Grando, nec Oleniis manant tot cornibus imbres.
Senserat adductis alium præsagus Arion
Stare ducem loris, dirumq; expauerat insons
Oedipodioniden, iam illinc à limine discors,
Iratusq; oneri insolito truculentior ardet.
Inachidæ credunt accensum laudibus, ille
Aurigam fugit, aurigæ furiale minatur
Efferus, & campo dominum circumspicit omni.
Ante tamen cunctos sequitur, longéque secundus
Amphiarãus agit, quem Thessalus æquat eundo
Admetus, iuxta gemini, nunc Euneos ante,
Et nunc ante Thoas cadũt, vincũtque, nec vnquã
Ambitiosa pios collidit gloria fratres.
Postremum discrimẽ erãt Chromis asper, & asper
Hippodamus, non arte rudes, sed mole tenentur
Cornipedum, prior Hippodamus fert ora sequẽtũ,
Fert gemitus, multaq; humeros incenditur ora.
Sperauit flexæ circùm compendia metæ
Interius ductis Phœbeius augur habenis
Anticipasse viam, nec non & Thessalus Heros
Spe propiore calet, dum non cohibente magistro
Spargitur in gyros, dexterq; exerrat Arion,
Iam prior Oeclides, & iam non tertius ibat
Admetus, laxo cum tandem ex orbe reductus
Aequoreus sonipes premit, euaditque parumper
Gauisos subit astra fragor, cœlumque tremiscit,
Omniaq; excusso patuere sedilia vulgo,
Sed nec lora regit, nec verbera pallidus addit
Labdacides, lassa veluti ratione magister.

In.

In fluctus, in saxa ruit, nec iam amplius astra
Respicit, & victam proiicit casibus artem.
Rursus precipites recta, ac deuia campi
Obliquant, tenduntq; vias, iterum axibus axes
Inflicti, radiisq; rotæ, pax nulla, fidesq;.
Bella geri ferro leuius, bella horrida credas:
Is furor in laude est, trepidant, mortẽq; minãtur.
Multáque trãsuersis perstringitur vngula cãpis.
Nec iam sufficiunt stimuli, nec verbera, voce,
Nominibusq; cient. Pholeon Admetus, & Irin
Funalemq; Thoen, rapidum Daneius augur
Aescheton increpitat, meritũq; vocabula Cygnũ.
Audit & Herculeũ Strimõ Chromin. Euneõ au-
Igneus Æchion, tardum Calydona lacessit (dit
Hippodamus, variũq; Thoas rogat ire Podarcem,
Solus Echionides errante silentia curru
Mœsta tenet, trepidáque timet se voce fateri.
Vix dũ cœptus equis labor, & iã puluere quarto
Campũ ineunt, iamq; & tepidis sudoribus artus
Effœti, & crassum rapit, eiectátque vaporem
Cornipedum flammata satis, nec iam integer illis
Impetus, & longi suspendunt ilia flatus.
Hic anceps fortuna diu decernere primum
Ausa venit ruit Æmoniũ, dum feruidus instat
Admetum superare Thoas, nec pratulit vllam
Frater opem, velit ille quidem, sed Martius ante
Obstitit Hippodamo, mediásque immisit habenas.
Mox Chromis Hippodamũ meta interioris ad orbẽ
Viribus Herculeis, & toto robore patris.

Axe

Axe tenet prenſo, luctantur abire iugales
Nequicquam, freno ſq́, & colla rigantia tendunt.
Vt Siculas ſi quando rates tenet æſtus, & ingens
Auſter agit, medio ſtant vela tumentia ponto:
Tunc ipſum fracto curru deturbat, & iſſet
Ante Chromis, ſed Thraces equi vt videre iacẽtẽ
Hippodamũ, redit illa fames, iam iãq́ trementem
Partiti furiis, ni frena, ipſoſq́ frementes
Oblitus palmæ, retro Tirynthius Heros
Torſiſſet, vetuſq́, & collaudatus abiſſet.
At tibi promiſſos iamdudum Phœbus honores
Amphiaraë cupit, tandem ratus apta fauoris
Tempora, puluerei venit ſpatia horrida Circi.
Cum iam in fine viæ, & ſummũ victoria nutat:
Anguicomam monſtri effigiem ſæuiſſima viſu
Ora mouet, ſiue ille Erebo, ſeu finxit in æſtu
Temporis, innumera certè formidine cultum
Tollit in aſtra nefas, non illud ianitor atræ
Impauidus Lethes, non ipſe horrore ſine alto
Eumenides vidiſſe queant, turbaſſet euntes
Solis equos, Martiſq́ iugum. Nam flauus Arion
Vt vidit, ſaliere iubæ, atque erectus in armos
Stat, ſociumq́ iugi, comiteſq́ vtrinq́ laboris
Secum alte ſuſpendit equos, ruit illicet exul
Aonius, nexuſq́ diu per terga volutus
Exuit, abripitur longè moderamine liber
Currus, at hunc putri præter tellure iacentem
Tænarei currus, & Theſſalus axis, & Heros
Lemnius, obliqua quantum vitare dabatur

Tranſ

Transabiere fuga, tandem caligine mersum
Erigit ad cursum comitum caput, agraq; tollit
Mẽbra solo, & Socero redit haud sperat⁹ Adrasto.
Quis mortis Thebane locus? nisi dura negasset
Tisiphone, quantum poteras dimittere bellum?
Te Theba, fraterq; palam, te plangeret Argos.
Te Nemea, tibi Lerna comas, Larissaq; supplex
Poneret. Archemori maior colerêre sepulchro,
Tunc vero Oeclides, quãquam iam certa sequẽti
Præmia, cûm vacuus domito præiret Arion.
Ardet adhuc cupiens vel inanem vincere currũ,
Dat vires, refouetq; deus, volat ocyor Euro,
Ceu modo carceribus dimissus in arua solutis,
Verberibusq; iubas, & terga lacessit habenis,
Increpitãs Scelumq; leuem, Cygnumq; niualem,
Nunc saltem dum nemo priore, agit igneus orbes
Axis, & effossa longè franguntur arena.
Dat gemitum tellus, etiam tunc saua minatur.
Forsitan & victo prior isset Arione Cygnus,
Sed vetat aquoreus vinci pater, hinc vice iusta
Gloria mansit equo, cessit victoria vati.
Huic precium palmæ, gemini cratera ferebant
Herculeum iuuenes, illum Tirynthius olim
Ferre manu socia, spumantemq; ore supino
Vertere seu Monstris victor, seu Marte, solebat
Centauros habet arte truces, durumq; figuris
Terribile, hic mixta Lapitharum cade * notãtur
Saxa, faces, aliiq; iterum crateres, vbique
Ingentes morientum iræ, tenet ipse furentem

* b. rotãtur.

Hyleum

Hyleum, & torta molitur robora barba.
At tibi Mœonio fertur circumflua limbo,
Pro meritis Admete chlāmys, repetitaq; multo
Murice, Phrixei natat hic contemptor ephœbus
Æquoris, & picta transflucet cœrulus vnda.
In latas ire manus, mutaturusq; videtur
Bracchia, nec siccum speres in stamine crinem.
Contra autem frustra sedet anxia turre suprema
Sestias in speculis, moritur propè conscius ignis
Has Adrastus opes dono victoribus ire
Imperat, ac generum famula solatur Achæa.
Sollicitat tunc ampla viros ad præmia cursu
Præceleres, agile studium, & tenuissima virtus
Pacis opus, cum sacra vocant, nec inutile bellis
Subsidium, si dextra neget, prior omnibus Idas
Nuper Olympiacis vmbratus tempora ramis
Prosilit excipiunt plausu Pisæa iuuentus
Eleaq; manus, sequitur Sicionius Alcon,
Et bis in Istmiaca victor clamatus arena
Phœdimus, alipedumq; fugā prægressus equorū
Ante Dimas, sed tunc uno tardante secutus.
Multi & quos varij tacet ignorantia vulgi
Hinc, atq; hinc subiere: sed Arcada Parthenopæū
Appellant, densiq; cient vaga murmura circi:
Nota parens cursu, quis Mœnalia Atalantes
Nesciat egregium decus & vestigia cunctis
Indeprensa procis? onerat celeberrima natum
Mater, & ipse procul fama iam notus inermes
Narratur ceruas pedes inter aperta Lycæi
Tollere.

Tollere, & emissum cursu deprehendere telum.
Tandem expectatus volucri super agmina saltu
Emicat, & torto chlamyden diffibulat auro.
Effulsere artus, membrorumq; omnis aperta est.
Latitia, insigneſq; humeri, nec pectora nudis
Deteriora genis, latuitq; in corpore vultus.
Ipse tamen formæ laudem aspernatur, & arcet
Mirantes, tunc Palladios non inscius haustus
Incubuit, pinguique cutem fuscatur oliuo.
Hoc Idas, hoc more Dimas, aliique nitescunt.
Sic vbi tranquillo pellucent sydera ponto,
Vibraturq; fretis cœli stellantis imago,
Omnia clara nitent, sed clarior omnia supra
Hesperus exercet radios, quantusq; per altum
Æthera, cæruleis tantus monstratur in vndis.
Proximus est forma, nec multum segnior Idas
Cursibus, atque æuo iuxta prior, attamen illi
Iam tenuem pingues florem induxere palestræ,
Deserpitq; genis, nec se lanugo fatetur
Intonsæ sub nube comæ, tunc rite citatos
Explorant, acuuntq; gradus, variáque per artes
Poplite nunc flexo sidunt, nunc lubrica forti
Pectora collidunt plausu: nunc ignea tollunt
Crura, breuemq; fugam nec opino fine reponunt.
Vt ruit atque æquum summisit regula limen,
Corripuere leues spatium, campóque refulsit
Nuda cohors, volucres iisdē modo tardius aruis
Isse videntur equi, credas è plebe Cydonum

Partho

Parthorumq; fuga, totidem exiluisse sagittas.
Non aliter celeres Hircana per auia Cerui,
Cum procul impasti fremitum accepere leonis,
Siue putant, rapit attonitos fuga caca, metúsq;.
Congregat, & longum dãt cornua mixta fragorẽ.
Effugit hic oculos rapida puer ocyor aura
Manali⁹, quẽ deinde gradu premit horridus Idas,
Inspirátque humeros, flatúque, & pectoris vmbra
Terga premit, post ambiguo discrimine tendunt
Phœdimus, atque Dimas. Illis celer imminet Alcõ.
Flauus ab intonso pendebat vertice crinis
Arcados, hoc primis Triuiæ pascebat ab annis
Munus, & Ogygio victor cum Marte redisset,
Nequicquam patriis audax promiserat aris.
Tunc liber nexu, latéque in terga solutus
Occursu Zephyri retro fugit & simul ipsum
Impedit, infestóque volans ostenditur Idæ.
Inde dolum iuuenis, fraudique accommoda sensit
Tempora, iam finem iuxta, dum limina victor
Parthenopæus init correpto crine reductum
Occupat, & longæ primus ferit hostia metæ.
Arcades arma fremunt, armis defendere regem
Ni raptum decus, & meriti reddantur honores,
Contendunt, totôque parant decedere Circo.
Sunt & quîs Idæ placeat dolus, ipse regesta
Parthenopæus humo vultumq;, oculosq; madẽtes
Obruit, accessit lachrymarum gratia formæ.
Pectora nunc mœrens, nunc ora indigna cruento
Vngue secat, meritãq; comã furit vndiq; clamor

Dissonus, ambiguumq; senis cunctatur Adrasti
Consilium, tandem ipse refert, Compescite litem
O pueri, virtus iterum tentanda, sed ite
Limite non uno, latus hoc conceditur Ida,
Tu diuersa tene, fraus cursibus omnis abesto.
Audierāt, dictoq; fauent, mox numina supplex
Affatu tacito inuenis Tegeæus adorat. (nori
Diua potēs numerū (tibi enim hic tibi crinis ho-
Debitus, èque tuo venit hæc iniuria voto)
Si bene quid genitrix, si quid venatibus ipse
Promerui, ne (quæso) sinas hoc omine Thebas
Ire, nec Arcadiæ tandem meruisse pudorem.
Auditum manifesta fides, vix campus euntem
Sentit, & exilis plantis interuenit aër,
Raráque non fracto vestigia puluere pendent.
Irrupit clamore fores, clamore recurrit
Ante ducem, pressáque leuat suspiria palma.
Finiti cursus operumq; insignia præsto
Arcas equum dono, clypeum gerit improbus Idas
Cætera plebs Lyciis gaudet contenta pharetris.
Tunc vocat, emisso si quis decernere disco
Impiger, & vires velit ostentare superbas.
It iussus Pterelas, & ahenæ lubrica massæ
Pondera, vix toto curuatas corpore iuxta
Deiicit, inspectant taciti, expenduntq; laborem
Inachidæ, mox turba ruunt, duo gentis Achææ
Tres Ephyreiadæ, Pisæ satus vnus, Acarnan
Septimus, & plures agitabat gloria Nisæ,
Arduus Hippomedon cauea stimulante tulisset

In me

In medios, latéque ferens sub pectore dextro
Orbem aliũ, hũc potius iuuenes qui mœnia saxis
Frangere, qui Tyrias deiectum vaditis arces:
Hunc rapite, aſt illud cui non iaculabile dextra
Pendus, & abreptum nullo conamine iecit
In latus absistunt procul, attonitiq; fatentur
Cedere vix vnus Phlegyas, acérque Meneſtheus
(Hos etiam pudor, & magni tenuere parentes)
Promiſere manum, conceſſit cætera pubes
Sponte, & adorato redit illa in gloria disco.
Qualis Biſtoniis clypeus Maurtis in aruis
Luce mala Pangæa ferit, ſolemq; refulgens
Territat, incuſſáque dei graue mugit ab aſta.
Piſæus Phlegyas opus inchoat, & ſimul omnes
Abſtulit in ſe oculos, exhauſto in corpore virtus.
Promiſſa, ac primum terra, diſcũq; manumq;.
Aſſerat excuſſo mox circum puluere verſat
Quod latus in digitos, media quod certius vlna
Conueniat non artis egens, hic ſemper amori
Ludus erat, patriæ non tantum vbi laudis obiret
Sacra, ſed alternus Alpheon vtrinque ſolebat
Metiri ripis, & qua latiſſima diſtant
Non vnquam merſo tranſmittere flumina disco,
Ergo operum fidens, non protinus horrida campi
Iugera, ſed cœlum dextra metitur, humique
Preſſus vtroq; genu, collecto ſanguine diſcum
Ipſe ſuper ſeſe rotat, atque in nubila condit.
Ille citus ſublime petit, ſimiliſq; cadenti
Creſcit in aduerſam, tandemq; exhauſtus ab alto

Tardior in terram redit, atque immergitur aruis
Sic cadit, attonitis quoties auellitur astris
Solis opaca soror. procul auxilantia gentes
Aera crepant, frustráque timẽt, at Thessala vi-
Ridet anhelantes, audito carmine bigas. (ctrix
Collaudant Danai, sed non tibi more tuenti
Hippomedon, maiorq; minus speratur in æquo,
Atque illi extemplo cui spes infringere dulce
Iminodicas, Fortuna venit, quid numina contra
Tendere fas homini? fratrum iã immane parabat.
Iam ceruix cõuersa, & iam latus omne ridebat:
Excidit ante pedes elapsum pondus, & ictus
Destituit, fruſtraq; manum demisit inanem.
Ingemuere omnes, rarisque ea visa voluptas.
Inde ad conatus timida subit arte Menesteus
Cautior, & multum te Maia nate rogato
*Molis*prægrauida castigat puluere lapsus.*
Illa manu magna, & multum fœlicior exit.
Nec partem exiguam Circi transuecta quieuit.
Fit sonus, & fixa signatur terra sagitta.
Tertius Hippomedõ valida ad certamina tardos
Molitur gressus, námque illum corde sub alto
Et casus Phlegyæ mouet, & fortuna meneſthei,
Erigit assuetum dextræ gestamen, & altè
Sustentans, rigidumq; latus, fortésque lacertos
Consulit, ac vasto contorquet turbine, & ipse
Prosequitur, fugit horrendo per inania saltu,
Iãq; procul meminit dextræ, seruatq; tenorem
Discus, nec dubia iunctáve Menesthea victum

*præualidæ.

Tran

Transabiit meta, longe super æmula signa
Concedit viridesq; humeros, & optata Theatri
Culmina, ceu latè tremefecit mole ruinæ.
Quale vaporifera saxum Polyphemus ab Ætna
Lucis egente manu, tamen in vestigia puppis
Audite, iuxtaq; inimicum exegit Vlyssem.
Tunc genitus Talao victori Tygrin inanem
Ire iubet, fuluo quæ circunfusa nitebat
Margine, & extremos auro mansueuerat vngues,
Gnosiacos arcus habet, & vaga tela Menestheus.
At tibi ait Phlegya casu frustrate siniſtro
Hunc quondam nostri decus, auxiliúmq; Pelasgi
Ferre dam⁹ (neq; enim Hippomedõ Inuiderit) en-
Nunc opus est animis infestos tollere cæstus (sem.
Comminus, hæc bellis & ferro proxima Virtus.
Constitit immanis cerni, immaniq; timeri
Argolicus Capaneus, ac dum migrantia plumbo
Tegmina cruda boum non mollior ipse lacertis
Induitur, date tot iuuenum de millibus vnum
Huc ait, atque vtinam potius de stirpe veniret
Æmulus Aonia, quem fas dimittere leto,
Ne mea crudelis ciuili sanguine Virtus.
Obstupuere animis, fecitq; silentia terror.
Tandem insperatus nuda de plebẽ Laconum.
Prosilit Alcidamas, minantur Dorica regum
Agmina, sed socij fretum Pollucе magistro
Norant, & sacras inter creuisse palæstras.
Ipse deus posuitq; manus, & brachia finxit.
(Materiam suadebat amor) tunc sæpe locauit

Comminus, & simili stantem miratus in ira
Sustulit exultans, nudusq; ad pectora pressit.
Ille indignatur Capaneus, ridetq; vacantem
Vt miserans, poscitq; alium, tandémque coactus
Restitit, & stimulis iam lõginqua colla tumescũt.
Fulmineas altè suspensi corpora plantis
Erexere manus, tuto procul ora recessu
Armorum in speculis, adituq; advulnera clausi
Hic quantus stigiis Tityus consurgat ab aruis
Si torua patiantur aues, tanta vndiq; pandit
Membrorum spatia, & tantis ferus ossibus extat.
Hic paulo ante puer, sed enim maturius ævo,
Robur, & ingentes spondet tener impetus annos,
Quẽ vinci haud quisquã, sævo nec sanguine tingi
Malit, & erecto timeat spectacula voto.
Vt sese permensi oculis, & vtérque priorem
Spirauere locum, non protinus ira, nec ictus.
Alternus paulum timor, & permixta furori
Consilia, inclinat tantum contraria iactu
Brachia, & explorant castus, hebetántq; terendo,
Doctior hic differt animum, metuénsq; futuri
Cunctatus vires dispensat, at ille nocendi
Prodigus, incautusq; sui, ruit omnis, & ambas
Consumit sine lege manus atque irrita frendit
Insurgens, séque ipse premit, sed prouidus æstu
Et patria vigil arte Lacon, hos reiicit ictus,
Hos cauet, interdum nutu, capitisq; citati
Integer obsequio, manibus nunc obuia tela
Discutiens, instat gressus, vultúq; recedit.

Sæpe

Sæpe etiam iniustis collatum viribus hostem
(Is vigor ingenio, tanta experientia dextræ est)
Vltro audax animis, instatq; & obumbrat, & altè
Assilit, vt præceps cumulo salit vnda minantes
In scopulos, & fracta redit sic ille furentem
Circuit expugnans, Leuat ecce, diúque minatur
In latus, inque oculos, illum rigida arma cauentẽ
Aduocat, & manibus, ne opinum interserit ictũ
Callidus, ac mediam designat vulnere frontem. 780
Iam cruor, & tepido signantur tempora riuo.
Nescit adhuc Capaneꝰ, subitũq; per agmina mur-
Miratur, verũ vt fessam super ora reduxit (mur
Forte manu, & summo maculas in vellere vidit,
Non Leo, non iaculo tantum indignata recepto
Tigris, agit toto cedentem feruidus aruo
Præcipitátq; retro iuuenem, atq; in terga supinat,
Dentibus horrendum stridens, geminat q; rotatas
Multiplicátq; manus, rapiunt conamina venti,
Pars cadit in cœstus, motu Spartanus acuto 790
Mille cauat lapsus circum caua tempora mortes:
Auxilioq; pedum, sed non tamen immemor artis
Aduersus fugit, & fugiens tamen ictibus obstat.
Et iam vtrumq; labor, suspiriaq; ægra fatigant
Tardus ille premit: nec iam hic absistere velox.
Defectiq; ambo genibus, pariterq; quierunt
Sic vbi longa vagos lassarunt æquora nautas:
Et signo de puppe dato *posuere parumper* Vv. signũ v. datum
Brachia, vix requies, iam vox ciet altera remos.
Ecce iterum immodicè venientem eludit, & exit.

Sponte ruens, merſuſq; humeris effunditur ille
*In caput. * aſſurgentem alio puer improbus ictu*
Perculit, euentuq; impalluit ipſe ſecundo.
Clamorem Inachidæ, quantum non littora tollũt,
Nõ nemora, illũ ab humo conantẽ vt vidit Adra-
Tollẽtemq; manus, & non tolerãda parentẽ, (ſtus
Ite oro ſocij, furit, ite, opponite dextras,
Feſtinate, furit, palmámque, & præmia ferte.
*Non primus effracto quam miſceat * ora cerebro,*
Abſiſtet, video, moriturum afferte Lacona.
Nec mora, prorumpit Tydeus, nec iuſſa recuſat
Hippomedon, tunc vix ambo conatibus ambas
Reſtringũt, cohibentq; manus, ac plurima ſuadẽt
Vincis, abi, pulchrum eſt vitam donare minori.
Noſter & hic, belliq; comes, nil frangitur Heros,
Ramúmque oblatúmq; manu thoraca repellit
Vociferans, liceat non has ego puluere craſſo,
Atque cruore genas, meruit quibus iſte fauorem
Semiuir infodiam: mittamq; informe ſepulchro
Corpus, & Oebalio donem lugere magiſtro?
Dixit, at hunc ſocij tumidum & viciſſe negantẽ
Auertunt, contra laudant inſignis alumnum
Taygeti, longéque minas riſere Lacones.
Iamdudum varia laudes, & conſcia Virtus
Tydea magnanimum ſtimulis ingentibus angunt
Ille quidem & diſco bonus, & contendere curſu,
Nec ceſtu bellare minor, ſed corde labores
Ante alios erat vncta Pales: ſic otia Martis
Degere, & armiferas laxare aſſueuerat iras

v. ac ſur gentem

v. oſſa

Ingentes contra ille viros Acheloia circùm
Littora, fœliceſq; deo monſtrante paleſtras.
Ergo vbi luctandi iuuenes animoſa citauit
Gloria, terrificos humeris Ætolus amictus
Exuitur, patriumq; Suem, leuat ardua contra
Membra, Cleonæ ſtirpis iactator Agylleus
Herculea non mole minor ſic grandibus altè
Inſurgens humeris, hominem ſuper improbus exit
Sed non ille rigor, patriúmque in corpore robur.
Luxuriant artus, effuſaq; ſanguine laxo
Membra natant, inde hæc audax fiducia tantum
Oenidæ ſuperare pacem, quanquam ipſe videri
Exiguus grauis oſſa tamen, nudiſq; lacerti
Difficiles, nunquã hunc animum Natura minori
Corpore, nec tantas auſa eſt includere vires.
Poſtquam oleo gauiſa cutis, petit æque vterq;
Procurſu medium, atque hauſta veſtitur arena,
Tum madidos artus alterno puluere ſiccant,
Collaq; demerſere humeris, & brachia latè.
Curua tenent, iam tum aſtu deducit in æquum
Callidus, & celſum procuruat Agyllea Tydeus
Summiſſus tergo, & genibus vicinus arenis.
Ille autem Alpini veluti regina Cupreſſus
Verticis, vrgentes ceruicem inclinat in auſtros,
Vix ſeſe radice tenens, terræq; propinquat,
Iamdudum æthereas eadem reditura ſub auras.
Non ſecus ingentes artes præcelſus Agylleus
Sponte premit, paruũq; gemẽs duplicatur in hoſtẽ.
Et iã alterna manus, frontẽq;, humeroſq;, latuſq;,

Collaq; pectoraq;, & vitantia crura lacessit
Interdúmque diu pendent per mutua fulti
Brachia, nunc sæui digitorum vincula frangunt.
Non sic ductores gemini gregis horrida Tauri
Bella mouent, medio coniux stat candida prato
Victorem expectans, rumpunt obnixa furentes
Pectora, subdit amor stimulos, & vulnera sonat.
Fulminei sic dente Sues, sic hispida turpes
Prælia villosis ineunt complexibus Vrsi.
Vis eadem Oenidæ, nec sole aut puluere sessa
Membra labant, riget atra cutis, durisq; laborum
Castigata toris, contra non integer ille
Flatibus alternis, agroq; effœtus hiatu
Exuit ingestas fluuio sudoris arenas,
Ac furtim rapta sustentat pectora terra.
Instat agens Tydeus, ictúmque in colla minatus
Crura subit, cœptis non eualuere potiri
Frustratæ breuitate manus, venit arduus ille
Desuper, oppressúmque ingentis mole ruinæ
Condidit, haud aliter collis scrutator Iberi
Cum subijt, longéque diem, vitamq; relinquit,
Si tremuit suspensus ager, subitumq; fragorem
Rupta dedit tellus, latet intus monte soluto
Obrutus, ac penitus fractum, obductumq; cadauer
Indignantem animam propriis non reddidit astris
Acrior hoc Tydeus, animisq;, & pectore supra est.
Nec mora, cum vinclis onerisq; elapsus iniquo
Circuit errantem, & tergo nec opinus inhæret.
Mox latus, & firmo celer implicat ilia nexu.

Popli

Poplitibus, genua inde premens euadere nodos
Ne quicquam, & lateri dextrã insertare parantẽ
Improbus, horrendum visu ac miserabile pondus
Substulit Herculeis pressum sic fama lacertis
Terrigenam sudasse Libyn, cum fraude reperta
Raptus in excelsum nec iam spes vlla cadendi,
Nec licet extrema matrem contingere planta
Fit sonus, & latos attollunt agmina plausus.
Tunc alvẽ librans inopinum sponte remisit,
Obliquumq; dedit, procumbentemq; secutus
Colla simul dextra, pedibus simul inguina vinxit
Deficit obsessus, solóq; pudore repugnat,
Tandem pressus humi, pronamq; extensus in aluũ
Sternitur, ac longo mœstus post tempore surgit,
Turpia signata linquens vestigia terra.
Palmam autem dextra, leuáque nitentia dono
Arma ferens Tydeus, quid si non sanguinis huius
Partem haud exiguam (scitis) Dirceus haberet
Campus? vbi ha nuper Thebarum fœdera plagæ?
Hæc simul ostentans, quasitáque præmia laudum
Dat sociis, sequitur neglectus Agyllea thorax.
Sunt, & qui nudo subeant concurrere ferro.
Iãq; aderant instructi armis Epidaurius Agreus
Et nondum fatis Dircæus agentibus exul.
Dux vetat Iasides. Manet ingens copia leti
O Iuuenes, seruate animos, auidúmq; furorem
Sanguinis aduersi, túque ô quem propter auita
Iugera dilectas cui desolauimus vrbes,
Ne precor ante aciem, ius tantum casibus esse,

Fra

Fraterniſq; ſinas (abigant hoc nomina) votis.
Sic ait: atque ambos aura caſſida ditat.
Tunc genero ne laudis egens, iubet ardua necti
Tempora, Thebarumq; ingenti voce citari
Victorem, diræ retinebant omnia Parcæ.
Ipſum etiam proprio certamina feſta labore
Dignari, & tumulo ſupremũ hunc addere honorẽ,
Hortantur proceres, ac ne victoria deſit
Vna ducum numero, fundat vel lycia cornu
Tela rogant, tenui vel nubila tranſeat haſta.
Obſequitur gaudens, viridiq; ex aggere in æquũ
Stipatus, ſummis iuuenum deſcendit at illi
Ponè leues portat pharetras, & cornua iuſſus
Armiger ingentem iactu tranſmittere circum
Eminus, & dicta dare vulnera deſtinat orno.
Campum emenſa breui fatalis ab arbore tacta
Horrendum viſu, per quas modo fugerat auras
Venit arundo retro, verſumq; à fine tenorem
Pertulit, & notæ iuxta ruit ora pharetræ.
Quis fluere occultis rerum neget omnia cauſis?
Fata patent homini, piget inſeruare, perit q;
Venturi promiſſa fides, ſic omnia caſum
Fecimus, & vires auxit Fortuna nocendi.
Multa duces errore ferunt, hi nubila, & altos
Occurriſſe notos, aduerſo roboris ictu
Tela repulſa alij, penitus latet exitus ingens,
Monſtratumq; nefas, vni remeabile bellum.
Et triſtes domino ſpondebat arundo recurſus.

P.PA

P. STATII PAPINII
THEB. LIBER VII.

ATque ea cunctantes Tyrij primordia belli
Iuppiter haud æquo respexit corde Pelasgos,
Concussitq; caput, motu quo celsa laborant
Sydera, proclamatq; adici ceruicibus Atlas.
Tunc ita velocem Tegees affatur alumnum.
I medium rapido, Boreamq; illabere saltu
Bistonias super vsq; domos, axemq; niuosi
Syderis: oceano vetitum qua Parrhasis ignem
Nubibus hybernis, & nostro pascitur imbri.
Atque vbi seu posita respirat cuspide Mauors, 10
(Quãquã inuisa quies) seu quod reor, arma, tu-
Insatiatus habet, caraq; in sanguine gentis (basq;
Luxuriat: properè monitus, irámque parentis
Ede, nihil parcens, nempe olim accendere iussus
Inachias acies, atq; omne quod Isthmius vmbo
Detinet, & raucæ circumtonat ira Maleæ
**Illic vis muros, limenq; egressa iuuentus* vv. illi.
Sacra colunt, credas bello redisse, tot instant
Plausibus, offensiq; sedent ab busta sepulchri.
Hic ne tuus Gradiue furor? sonat orbe recusso 20
Discus, & Oebolij coeunt in prælia cæstus.
At si ipsi rabies, ferriq; insana voluptas
Qua tumet, immeritas cineri dabit impius vrbes
Ferrum, ignemq; ferens, implorantesq; tonantem
Sternet humi populo, miserúmque exhauriet orbẽ.

Nunc

v.præcipitat. *Nunc lenis bellis, noſtráque remittitur ira*
Quod niſi precipitet pugnas, dictoq; iubentis
v. impingit. *Ocyus* impingat Tyrius Danaa, agmina muris,
(Nil equidem crudele minor) ſi mite, bonúmque
Numen, & effreni laxentur in otia mores.
Reddat equos, enſémque mihi, nec ſanguinis vltra
Ius erit, aſpiciam terras, pacémque iubebo
Omnibus, Ogygio ſat erit Titonia bello.
Dixerat, & Thracum Cyllenius arua ſubibat:
Atque illum arctoa lubentem cardine porta
Tempeſtas aterna plagæ, pratentáque cœlo
Agmina nimborum, primiq; Aquilonis hiatus
In diuerſa ferunt, crepat aura grandine multa
Palla, nec Arcadij bene protegit vmbra galeri.
Hic ſteriles delubra notat Mauortia ſyluas
Horreſcitq; tuens, vbi mille furoribus illi
Cingitur, aduerſo domus imnãſueta ſub Æmo.
al. atra. *Ferrea compago laterum, ferro* arcta teruntur
Limina ferratis incumbunt tecta columnis.
Laditur aduerſum Phœbi iubas, ipſáque ſedem
Lux timet, & dirus contriſtat ſydera fulgor.
Digna loco ſtatio, primis ſalit Impetus amens
E foribus, cacúmque nefas, Iraq; rubentes,
Exangué ſque metus, oculiſq; enſibus adſtant
Inſidiæ, geminúmque tenens Diſcordia ferrum
Innumeris ſtrepit aula minis, triſtiſſima virtus
Stat medio, latuſq; Furor, vultúque cruento
Mors armata ſedet, bellorum ſolus in aris
Sanguis, & incenſis, qui raptus ab vrbibus Ignis.

Ter

Terrarum exuuiæ circum, & faſtigia templi
Captæ inſignibant gentes cælatáque ferro
Fragmina portarum, bellatricéſque carinæ,
Et vacui currus, protritáque curribus ora,
Penè etiam gemitus, adeo vis omnis, & omne
Vuinus vbiq; ipſum, ſed non vſquam ore remiſſo
Cernere erat, talem diuina Mulciber arte
Ediderat, nondum radiis monſtratus adulter
Fœdæ cathenato luerat connubia lecto.
Quærere templorum regem vix cœperat ales
Manalius, tremit ecce ſolum, & mugire refractis
Corniger Hebrus aquis, tũc quod pecus vtile bellis
Vallem infeſtabat, trepidas ſpumare per herbas,
Signa aduentantis, clauſæque adamante perenni
Diſſiluere fores, Hircano in ſanguine pulcher
Ipſe ſubit curru, diraq; aſpergine latos
Mutat agros, ſpolia à tergo fientéſque caterua.
Dant ſyluæ, nixq; alta locum, regit atra iugales
Sanguinea bellona manu, longáque fatigat
Cuſpide, diriguit viſu Cyllenia proles.
Summiſitq; genas, ipſi reuerentia patri
Si prope ſit, demátque minas, nec talia mandet.
Quod Iouis imperiũ? magno quid ab æthere portas
Occupat armipotens, neq; enim hũc germane ſub
Spõte venis, hyemeſq; meas, cui roſcida iuxta (axẽ
Manala, & æſtiui clementior aura Lycei.
Ille refert conſulta patris: nec longa moratus
Sicut anhelabant iuncto ſudore volantes
Mars impellit equos, reſideſq; in prælia Graios

Ipſe

Author, & horrificis lymphare incursibus vrbes.
Si geminos soles, ruituráque suadeat astra,
Aut mutare solum, aut veteres descendere syluas
*Ah miseri vidisse putent, tunc * acre nouabat* *b. arte.
Ingenium, falso Nemeæum puluere campum
Erigit, attoniti tenebrosam à vertice nubem
Respexere duces, falso clamore tumultum
*Auget, & arma virũ, *cursúsq; imitatur equorũ* 120
Terribilémque vagas vlulatum spargit in auras. *l. pulsúsque.
Exiluêre animi, dubiumq; in murmure vulgus
Pẽdet, vbi iste fragor? ni fallimur aure, sed vnde
Puluereo stant astra globo? num Ismenius vltro
Miles? ita est, veniũt, tãta est ne audacia Thebis* *ab est audacia.
An dubitent? agedum inferias, & busta colamus,
Hæc Pauor attonitis, variósque per agmina vul-
Induitur, nunc Pisæis è millibus vnus, (tus
Nunc Pylius, nunc ore Lacon, hostésq; propinquos
Adiurat, turmásque metu consternit inani. 130
(Nil falsum trepidis) vt vero amentibus ipse
Incidit, & sacra circùm fastigia vallis
Turbine præuectas, rapido ter sustulit hastam:
Ter contorsit equos, clypeum ter pectore plausit,
Arma, arma insani, sua quisque, ignotáque nullo
More rapit, mutant galeas, alienáque cogunt
Ad iuga cornipedes, ferus omni pectore sæuit
Martis amor, cædisq; nihil flagrantibus obstat.
Præcipitant, redimúntque moras, sic littora vẽto
Incipiente fremunt, fugitur cum portus, vbiq;
Vela fluunt, laxi iactantur vbique rudentes. 140

Iamq; natãt remi, natat omnis in æquore ſummo
Anchora, iam dulcis medij de gurgite ponti
Reſpicitur tellus, comitéſque à puppe relicti.
Viderat Inachias rapidum glomerare cohortes
Bacchus iter, gemuit Tyriam conuerſus ad vrbẽ,
Altricemq; domum, & patrios reminiſcitur ignes
Purpureum triſti turbatus pectore vultum,
Non crines, non ſerta loco, dextráque reliquit
Thyrſus, & intactæ ceciderunt cornibus vuæ.
Ergo vt erat lachrymis, lapſoq; inhonorus amictu
Ante Iouem (tũc forte polum ſecretus habebat)
Conſtitit, haud vnquam facie conſpectus in illa,
(Nec cauſa latuere patrem) ſuppléxque profatur.
Exſcindiſne tuas diuum ſator optime Thebas?
Sæua adeo coniux? nec te telluris amatæ,
Deceptiq; laris miſeret? cinerúmque meorum?
Eſto, olim inuitum iaculatum nubibus ignem
Credimus, en iterum atra refers incendia terris.
Nec Styge iurata, nec pellicis arte rogatus.
Quis modus? an nobis pater iratúſne bonuſq;
Fulmen habes? ſed non Danaeia limina talis,
Parrhaſiúmque nemus, Ledæáſque ibis Amyclas
Scilicet è cunctis ego neglectiſſima natis
Progenies? ego nempe tamen qui dulce ferenti
Pondus eram, cui tu dignatus limina vitæ
Præreptumq; iter, & maternos reddere menſes.
Adde quod imbelliq;, rariſq; exercita caſtris
Turba meas acies, mea tantum prælia norunt.
Nectere fronde comas, & ad inſpirata rotari

Buxa,

* vv. & tunc.

Buxa, timent thyrsos nuptarum, & prælia matrĩ
Vnde tubas, Matrémque pati? quin feruidus ecce
Quanta parat? quid ille tuos Curetas in arma
Ducat? & innocuis iubeat decernere peltis?
Quin etiam inuisos (sic hostis defuit?) Argos
Elicis, ô ipsis genitor grauiora periclis
Iussa nouercales ruimus ditare Mycenas.
Cedo equidem, quò sacra tamen, ritusq; petempta
Gentis? & in tumulos si quid male sæta reliquit
Mater abire iubes; Thracen, sylúásque Lycurgi? 180
An ne triumphatos fugiam captiuus ad Indos?
Da sedem profugo, potuit Latonia frater
Saxa (nec inuideo) defigere Delon, & imis
Commendare fretis, cæra submouit ab arce
Hostiles Tritonis aquas, vidi ipse potentem
Gentibus Eois Epaphum dare iura, nec vllas
Cyllene secreta tubas, Minoáve curat
Ida, quid heu tantum nobis offenderis aris?
Hic tibi (quando minor iam nostra potẽtia) noctes
Herculeæ, placidusq; vagæ Nycteidos ardor, 190
Hic Tyrium genus, & nostro fœlicior igne
Taurus, Agenoreos saltem tutare nepotes.
Inuidiam risit pater, & iam poplite flexum,
Sternentémque manus tranquillus ad oscula tollit
Inq; vicem placida orsa refert. Non coniugis ista
Consiliis (vtrere) puer: nec sæua roganti,
Sic expostus ego, immoto deducimur orbe
Fatorum, veteres, seræq; in prælia causæ.
Nam cui tanta quies irarum? aut sanguinis vsus

Parcior humani? videt axis, & ista per æuum
Mecum æterna domus, quoties iam torta reponam
Fulmina, quam rarus terris hic imperet ignis.
Quin etiam inuitus magna, vlciscendáque passis
Aut Lapithas Marti, aut veterẽ Calydona Dia-
Expugnare dedi, meáque est iactura, pigétque (na
Tot mutare animas, tot reddere corpora vitæ.
Labdacios verò, Pelopisque à stirpe nepotes
Tardũ abolere mihi, scis ipse vt crimina mittam
Dorica, quam promptè superos incessere Thebæ,
Te quoque, (sed quoniã vetus excidit ira:) silebo.
Nõ tamẽ aut patrio respersus sanguine Pentheus
Aut matrem sceleratsse toris, aut crimine fratres
Progenuisse reus lacero tua lustra repleuit
Funere, vbi fletus: vbi tunc ars tanta precandi?
Ast ego non proprio diros impendo dolori
Oedipodionidas, rogat hoc tellúsque, polúsq;
Et pietas, & læsa fides, naturáque, & ipsi
Eumenidum mores, sed tu super vrbe moueri
Parce tua, non hoc statui sub tempore rebus
Occasum Aoniis, veniet suspectior ætas,
Vltorésque alij, nunc regia Iuno queretur,
His ille auditis, mentémque animúmque recepit.
Vt cum sole malo, tristíque rosaria pallent
Vsta noto, si clara dies, Zephyríque refecit
Aura polum, redit omnis honos, emissáque lucent
Germina, & informes ornat sua gloria virgas,
Nuncius attonitas iam dudum Etheoclis ad aures
Explorata ferens, longo docet agmine Graios

Ire

Ire duces, nec iam Aoniis procul affore campis.
Quacũque ingressi tremere, ac miserescere cũctos
Thebarum, qui stirpe refert, qui nomine, & armis.
Ille metum condens audire exposcit, & odit
Narrantem, hinc socios dictis stimulare, suásque
Metiri decreuit opes, exciuerat omnem
Aoniam, Euboeamq; & Phocidos arua propinqua
Mars, ita dulce Ioui, longo fugit ordine velox
Tessera, propellunt acies, seséque sub armis
Ostentant, subeunt campo, qui proximus urbi
Damnatus bellis patet, expectátque furores,
*Nõ dũ hostis*cõtra, trepido tamẽ agmine matres*
Conscendunt muros, inde arma nitentia natis *b. circa.
Et formidandos monstrant sub casside patres.
Turre procul sola nondum concessa videri
Antigone populis, teneras defenditur atra
Veste genas, iuxtáque comes, quo Laius ibat
Armigero, tunc virgo senem regina veretur.
Quæ sic orsa prior. Spésne obstatura Pelasgis
Hæc vexilla pater? Pelopis descendere totas
Audimus gentes, dic ô precor (extera regum
Agmina nam video) quæ noster signa Menœceus,
Quæ noster gerat arma Creon, quam celsus ahena
Sphynge, peringentes Homolaidas exeat Hæmon.
Sic rudis Antigone, senior cui talia Phorbas.
Mille sagittiferos gelidæ de colle Tanagræ
Promouet ecce Dryas, hic cui niuea arma triden-
Atque auro rude fulmen habent, Orionis alti (tẽ,
Non falsus virtute nepos: procul oro paternum

Omen, & innupta vetus excidat ira Diana.
Iungunt se castrîs, regisq; in nomen adoptant
Ocalea, Medeónque, & consertissima syluis
Nysa. Dioneisq; auibus circunsona Thisbe,
Proximus Eurymedon, cui pastoralia Fauni
Arma patris, pinúsque iubas imitatur equinas
Terribilis syluis, reor & Mauorte cruento
Talis erit, dites pecorum comitantur Erythræ.
Qui Scolon, densámque iugis Etheonon iniquis,
Qui breue littus Hyles, Atalanteúmque superbi
Schœnon habent, notiq; colunt vestigia campi.
Fraxineas vibrant Macetum de more Sarissas:
Sauáque difficiles excludere vulnera Peltas.
Ecce autem clamore ruunt Neptunia plebes
Onchesti, quos pinigeris Mycalessus in agris
Palladiúsque Melas, Hecateáque gurgite nutrit
Gargaphie: quorúmque nouis Haliartos aristis,
Inuidit, & nimia sata lata superuenit herba.
Tela rudes trunci, galeæ vacua ora Leonum,
Arborei dant scuta sinus. hos regis egenos
Amphion en noster agit (cognoscere pronum,
Virgo lyram) galea, tauróque insignis auito.
al. lyra galeam. *Marte animo iuuenis, medios parat ire per enses.*
Nudáque pro caris opponere pectora muris
Vos etiam nostris Heliconia turba venitis
Addere rebus opem, túque ô Permesse canoris
al. Harmic. *Et fœlix* Olmie vadis, armatis alumnos*
Bellorum resides, patriis concentibus audis
Exultare gregem, quales cum pallida cedit

Bru

Bruma, renitentem deducunt Strymona cigni.
Ite alacres nunquam vestri morientur honores:
Bellâque perpetuo memorabunt carmine Musæ.
Dixerat, & paulum virgo interfata docenti.
Illi autem, quanam iunguntur origine fratres?
Sic certè paria arma viris, sic exit in auras
Cassidis æquus apex, vtinam hæc cõcordia nostris!
Cui senior ridens: Non prima errore videndi
Falleris Antigonæ, multi hos (nam decipit ætas)
Dixerunt fratres, pater est, natúsque, sed cui
Confudere modos, puerum Lapithonia nympha
Dircetis, expertem thalami, crudúmque maritis
Ignibus, ante diem cupido violauit amore,
Improba cõnubij, nec longũ & pulcher Alathreus
Editus, ac primæ genitorem in flore iuuentæ
Consequitur, traxitq; notas, & miscuit annos.
Et nunc sic fratres mentito nomine gaudent
Plus pater, hunc olim iuuat, & ventura senectus
Tercentum genitor, totidémque in prælia natus
Exercent equites, hi deseruisse feruntur
Exilem Glisanta, Coroneámque feracem:
Messe Coroneam, Bacho Glisanta colentes.
Sed potius celsos vmbrantem hunc aspice latè
Hipsea quadriiugos, clypei septemplice tauro
Lœua, ter insuto seruant ingentia ferro
Pectora nam tergo nunquã metus, hasta vetustũ
Syluarum decus, emissæ cui peruia semper
*Armáque, * pectoráq;, & nunquã manus irrita*
Asopo sgenuisse datur, dignúsque videri. s(voti

* B. corporáque al. voto

Tunc pater abruptis cum torrentissimus exit
Pontibus aut natæ tumidus cum virginis vltor
Flumina concussit, generum indignata Tonantẽ.
Námque ferunt raptã patriis Aeginan ab vndis
Amplexu latuisse Iouis furit amnis, & astris
Infensus bellare parat (nondum ista licebant
Nec superis) stetit audaces effusus in iras,
Conseritque manus, nec quem imploret habebat
Donec vix tonitru summotus, & igne trisulco
Cessit, adhuc ripis animosus gurges anhelis,
Fulmineum cinerem, magnaq́ insignia pœnæ
Gaudet, & æneos in cœlum efflare vapores.
Talem Cadmeo mirabimur Hipsea campo
Si modo placauit fœlix Aegina Tonantem.
Ducit Ithonæos & Alalcomenæa Minerua
Agmina quos Midee, quos humida suggerit Arue
Aulila, qui Graamq́ serunt, viridésque Plateas,
Et sulco Peteôna domant, refluúmque meatu
Euripum, quà noster abit, quaque vltima tractu
Anthedon, vbi gramineo de littore Glaucus
Poscentes irrupit aquas, iam crine genisq́
Cœrulus, & mixtos expauit ab inguine pisces.
Glandibus, & torta Zephyros incidere funda
Cura, cydoneas anteibunt gessa sagittas.
Tu quoque præclarum forma Cephise dedisses
Narcissum, sed Thespiacis iam pallet in agris
Trux puer, orbata florem pater alluit vnda.
Quis tibi Phœbeas acies, veterẽq́ reuoluat (pn?
Phocida? quis Panopen? quis Alida? quis Cypris-

Et

Et valles Lebadeo tuas? & Hyampolin atri
** Submissam scopulo? vel qui Parnassion vtrumq;*
Aut Cyrrham tauris, Ænemoreámque supinant
Coryciumq; nemus? propellentémque Lileam
Cephisi glaciale caput, quo suetus anhelam
Ferre sitim Phyton, amnémque auertere ponto.
Omnibus immixtas cono super aspice lauros
Armáq;, vel Tityon, vel Delon habẽtia, vel quas
Hic deus innumera laxauit cæde pharetras.
Iphitus acer agit genitor, cui nuper ademptus
Naubolus Hippasides, tuus ô mitissime Lai
Hospes adhuc currus, securáque lora tenebat,
Cùm tua subter equos iacuit conuulsa cruentis
Ictibus, ô vtinam nostro cum sanguine ceruix.
Dicentis maduere genæ, vultúmque per omnem
Pallor iit, vociq; repens singultus apertum
Intercepit iter, refouet frigentis amicum
Pectus alumna senis, redit, atque exile profatur.
O mihi sollicitum decus ac suprema voluptas
Antigone, seras tibi demoror improbus vmbras,
Fors eadem scelera, & cædes visurus auitas.
Donec te thalamis habilẽ, integráque resignem
Hoc satis, & fessum vita dimittere Parcæ.
Sed dum labor iners, quanti nunc ecce reuiso
Trãsabiere duces, Chromim atq; in terga comãtes
Non ego Abantiadas, non te saxosa Caryste,
Non humiles Ægas, altumq; Capharea dixi.
Et iam acies obtusa negat, cunctiq; resistunt:
Et tuus armatis iubet ecce silentia frater.

* vv. submixam.

Vix ea turre senex, cum Rector ab aggere cœpit.
Magnanimi reges, quibus haud parcere recusem
Ductor, & ipse meas, miles defendere Thebas.
Non ego vos stimulare parem? (nam liber in ar-
Impetus & meritas vltro iurastis in iras) (ma
Nec laudare satis, dignásq; rependere grates
Sufficiam, referent superi, vestrásq; subacto
Hoste manus, vrbem socia de gente subistis
Tutari, quam non aliis populator ab oris
Belliger, externáve satus tellure, sed hostis
Indigena adsultat, cui castra aduersa regenti
Hic pater, hic genitrix, hic iuncta stirpe sorores,
Hic erat & frater, cerne en vbicunque nefandus
Excidium moliris auis, venere volentes
Aonia populi, nec sum tibi sæue relictus.
Quid velit ista cohors, & te sentire decebat.
Reddere regna vetant, sic fatus, & omnia rite
Disponit, qui bella gerant, qui mœnia seruent,
Quas in fronte manus, medio quas robore sistat.
Perspicuas sic luce fores, & virgea pastor
Clausta leuat, dũ terra recẽs iubet ordine primos
Ire duces, media stipantur plebe marita.
Ipse leuat grauidas, & humum tactura parẽtum
Vbera, succiduasq; adportat matribus agnas,
Interea Danai noctémque, diémque sub armis
Noctem iterum, rursusq; diem (sic ira ferebat)
Ingeminant, contempta quies, vix aut sopor illis.
Aut epula fecere moram, properatur in hostem
More fugæ, nec monstra tenẽt, quæ plurima nectit

Prodi

Prodigiale canens, certi fors * præscia fati. *vv. præ-
Quippe ferunt diros monitus, volucresq; feraq; uia.
Syderáque, auersiq; suis decursibus amnes:
Infestumq; tonat pater, & mala fulgura lucent.
Terrificaq; adytis voces, clausaq; deorum
Sponte fores, nũc sanguineus, nunc saxeus imber,
Et subiti manes, fletúmque occursus auorum.
Tunc & Apollinea tacuere oracula Cyrrha,
Et non assuetis pernox vlulauit Eleusis
Mensibus, & templis Sparte præsaga reclusis.
Vidit Amyclæos (facinus!) concurrere fratres.
Arcados insanas latrare Lycæenis vmbras
Nocte ferunt tacita, sæuo decurrere campo
Oenomaum sub Pisa refert, Acheloon vtroque
Deformem cornu vagus infamabat Acarnan.
Perseos effigiem mœstam, exorantq; Mycenæ
Confusum Iunonis ebur, mugire potentem
Inachon agricolæ, gemini maris incola narrat
Thebanum toto planxisse Palæmona ponto,
Hæc audit Pelopeia phalanx, sed bellicus ardor
Consilijs obstat diuum, prohibétque timeri
Iam ripas Asope tuas, Bœotáque ventum
Flumina, non ausæ transmittere protinus alæ
Hostilem fluuium, fortè & trepidantibus ingens
Descendebat agris, animos siue imbrifer arcus
Seu montana dedit nubes, seu fluminis illa
Mens fuit, obiectuq; vado pater arma vetabat.
Tũc ferus Hippomedõ magno cum fragmina ripæ
Cunctantem deiecit equum, ducibusq; relictis

Gur

Gurgite de medio fraenis ſuſpenſus, & armis,
Ire viri clamat: ſic vos in mœnia primus
Ducere, ſic clauſas voueo perfringere Thebas.
Præcipitant cuncti fluuio, puduitq; ſecutos.
Ac velut ignotum ſiquando armenta per amnem
Paſtor agit, ſtat triſte pecus, procul aitera tellus
Omnibus, & latè mediis timor, aſt vbi ductor
Taurus init, fecitq; vadum, tunc mollior vnda,
Tunc faciles ſaltus, viſæq; accedere ripæ
Haud procul inde iugũ, tutiſq; accõmoda caſtris
Arua notãt, vnde vrbẽ etiã turreſq; videre eſt
Sidõnias, placuit ſedes, fidique receptus.
Colle per exelſum patulo quem ſubter aperto
Arua ſinu, nulliq; alijs à montibus obſtant
Deſpectus, nec longa labor munimina durus
Addidit, ipſa loco, mirum natura fauebat,
In vallum elatæ rupes, deuexaq; foſſis
Aequa, & fortuito ductæ quater aggere pinnæ.
Cætera dant ipſi, donec ſol montibus omnis
Erepſit, rebuſq; dedit ſopor otia feſſis.
Quis queat attonitas dictis oſtendere Thebas?
Vrbem in conſpectu belli ſuprema parantem
Territat inſomnem nox atra, diemq; minatur,
Diſcurrunt muris, nil ſeptum horrore ſub illo,
Nil fidum ſatis, inualidæq; Amphionis arcas.
Rumor vbiq; altus, plureſq; annuntiat hoſtes,
Maioreſq; timor, ſpectant tentoria contra
Inachia, externoſq; ſuis in montibus ignes.
Hi precibus, queſtuq; deos, hi Martia tela

Belli

Belligeroſq́ hortantur eques, hi pectora fletu
Cara premũt, miſeriq́ rogos, & craſtina mãdant
Funera, ſi tenuis demiſit lumina ſomnus.
Bella gerunt, modo lucra morã, modo tadia vitæ,
Attonitis: lucemq́ timent, lucemq́ precantur.
It geminũ excutiens anguẽ, & bacchatur vtriſq́
Tiſiphone caſtris, fratrem huic, fratrẽ ingerit illi,
Aut vtriq́ patrem, procul ille penatibus imis,
Excitus implorat furias, oculoſq́ repoſcit.
Iam gelidam Phœben & caligantia primus 720
Hauſerat aſtra dies, * *& iam tumet igne futuro* *vv. cum iam.
Oceanus, latéque nouo Titane recluſum
Aequor, anhelantum radijs ſubſedit equorum.
Ecce truces oculos ſordentibus obſita canis
Exangueſq́ Iocaſta genas, & brachia planctu
Nigra ferens, ramũq́ olea cum velleris atris.
Nexibus Eumenidum velut antiquiſſima, portis
Egreditur, magna cum maieſtate malorum.
Hinc atque hinc natæ melior iam ſexus, aniles 730
Præcipitantem artus, & pluſquam poſſet, euntem
Suſtentant, venit ante hoſtes, & pectore nudo
Clauſtra aduerſa ferit, tremuliſq́ vlulatib⁹ orat
Admitti, reſerare viam rogat *impia belli* * b. improba.
Mater, in his aliquod ius execrabile caſtris
Huic vtero eſt trepidi viſam expauere manipli,
Auditamq́, magis remeat iam miſſus Adraſto
Nuntius excipiunt iuſſi, medioſq́ per enſes
Dant iter illa duces vt primum aſpexit Achiuos,
Clamore horrendum luctu furiata reſoluit.

Argolici proceres, heu quis monstrauerit hostem
Quẽ peperi? qua nã inueniã (mihi dicite) natum
Sub galea? venit attonita Cadmeius Heros
Obuius, & raptam lachrymis gaudẽtibus implet,
Solaturq; tenens, atque inter singula matrem,
Matrẽ iterat, nũc ipsam vrgens, nũc cara sororũ
Pectora, cum mixta flẽtus anus asperat ira.
Quid molles lachrymas, venerãdaq; nomina fin-(gis
Rex Argiue mihi? Quid colla amplexibus ambis,
Inuisamq; teris ferrato pectore matrem?
Túne ille exilio vagus? & miserabilis hospes?
Quem non promoueas? longè tua iussa cohortes
Expectant multoq; latus perfulgurat auro,
Ah miseræ matres! hunc te nocteſq;, diéſque,
Deflebam, ſi verba tamen, monituſq; tuorum
Dignaris, dum castra silent, ſuſpenſáque bellum
Horreſcit pietas, genitrix, iubeóque, rogóque,
I mecum, patriósque deos, arſuráque saltem
Tecta vide, fratrẽq;, quid aufers lumina? fratrẽ
Alloquere, & regnum iam me sub iudice poſce.
Aut dabit, aut ferrum cauſa meliore reſumes.
Anne times, ne fortè doli te conſcia mater
Decipiam? non ſic miſeros fas omne penates
Effugiet, vix Oedipode ducente timeres.
Nupſi equidem, peperíque nefas, ſed diligo tales,
Ah dolor, & veſtros etiamnum excuſo furores
Quod adeo perſtas vltro tibi ſæui triumphum
Detulimus, religa captas in terga ſorores,
Iniice vincla mihi grauis, huc, vtcumq; feretur

Et pa

Et pater. Ad veſtrũ gemitus nũc verto pudorem
Inachida, liquiſtis enim paruóſque ſenéſque,
Et lachrymas has quiſq; domi: ſua credite matri
Viſcera, ſi vobis hic paruo in tempore carus (gi
Sitq; precor, quid me ero docet? quidve iſta Pelaſ-
Vbera? ab Hircanis hæc, Odryſiiſque tuliſſem
Regibus, & ſi qui noſtros vicere furores.
Annuite, aut natum complexa ſuperſtite bello
Hic moriar, Tumidas frangebant dicta cohortes,
Nutantéſque virum galeas, & ſparſa videres
Fletibus arma piis. Qualis vbi tela, viróſque
Pectoris impulſu rapidi ſtatuere Leones.
Protinus ira minor, gaudéntque in corpore capto
Securam differre famem, ſic flexa Pelaſgum
Corda dabant, ferriq; auidus mãſueuerat ardor.
*Ipſe etiã ante*omnes nũc matris ad oſculaverſq;,*
Nunc rudis Iſmenes, nunc flebilis ora precantis
Antigones, variaſq; animum turbante procella
Exciderat regnum, cupit ire, & mitis Adraſtus
Non vetat hic iuſtæ Tydeus memor occupat iræ,
Me potius ſocij, qui fidum Etheoclea nuper
Expertus (nec frater eram) me opponite regi.
Cuius adhuc pacẽ egregiã, & bona fœdera geſto
Pectore in hoc, vbi tunc fidei, paciſq; ſequeſtra
Mater eras, pulchris cũ me nox veſtra morata eſt
Hoſpitijs? nempe hæc trahis ad cõmercia natum?
Duc illum in cãpum, veſtro qui ſanguine pinguis
Spirat adhuc, pinguiſq; meo, tu porro ſequeris?
Heu nimium mitis, nimiumq; oblite tuorum.

*vv. oculos.

Scilicet

Scilicet infestæ cum te circum vndique dextræ
Nudabunt ensęs, hæc flebit, & arma quiescent?
Te ne ille, heu demẽs, semel intra mœnia clausũ,
Possessumque odijs Argiua in castra remittet?
Ante hæc excusso frondescet lancea ferro.
Inachus ante retro, nosterq; Achelous abibunt.
Sed mite alloquium, & sæuis pax quæritur armis,
Hæc quoque castra patent, necdũ meruere timeri.
An suspectus ego? absœdo, & mea vulnera dono.
Intret, & huc genitrix eadem, mediæq; sorores.
Finge autem pactis euictum excedere regnis,
Nempe iterum reddes? rursus mutata trahuntur
Agmina consiliis, subitò ceu turbine cœli
Obuius aduersum Boreæ Notus abstulit æquor.
Arma iterũ furiæq; placent, fera tẽpus Erinnys
Arripit, & primæ molitur semina pugnæ.
Errabant geminæ Dircæa ad flumina tigres
Mite iugum, belli quondam vastator Eoi
Currus, Erythræis quas nuper victor ab oris
Liber, in Aonios meritas demiserat agros.
Illas turba dei, seniórque ex more sacerdos
Sanguinis oblitas, atque Indum gramen olentes,
Palmite maturo, variisque ornare corymbis
Curat, & alterno maculas interligat ostro.
*Iamq; ipsi colles * ipsas (quis credat) amabant*
Armenta, atque ausa circum mugire iuuencæ.
Quippe nihil grassata fames, manus obuia pascit.
Expectántque cibos, fusosq; horrenda supinant
Ora mero, vaga rure quies, si quando benigno

* vv. ipsa has.

Vrbem

Vrbẽ iniere gradu; domus omnis, & omnia ſacris
Templa calent, ipſúmque fides intraſſe Lyæum.
Has vbi vipereo tactas ter vtrámque flagello
Eumenis in furias, animùmque redire priorem
Impulit, erumpunt non agnoſcentibus Argis. 570
Ceu duo diuerſo pariter ſi fulmina cœlo
Rupta cadant, legũq; trahant per nubila crinem.
Non aliter curſu rapidæ, atque iminane frequẽtes
Tranſiliunt campos, aurigámque impete vaſto
Amphiaraetuum (nec defuit omen, heriles
Fortè is prim⁹ equos ſtagna ad vicina trahebat)
Corripiunt, mox Tænarium qui proximus Idam,
Aetholũq; Athamãta premũt, fuga toruà per a-
Cornipedũ viſa eſt, donec flãmatus, Acõteus (gros
Strage virũm, cui ſueta feras proſternere virtus, 590
(Arcas erat) denſis iam fida ad mœnia verſas
Inſequitur telis, multúmque haſtile reſumens
Ter, quater, adducto per terga, per ilia ferro
Tranſigit, illæ autem longo cùm limite, fuſi
Sanguinis ad portas vtrinque extantia ducunt
Spicula ſemianimes, gemitúque imitãte querelas
Saucia dilectis acclinant pectora muris.
Templa putes, vrbémque rapi, facibuſq; nefandis
Sidonios ardere lares, ſic clamor apertis 900
Exoritur muris, manent cunabula magni (ruiſſe
Herculis, aut Semeles thalamũ, aut penetrale
Harmonies, cultor Bacchæus Acontea Phegeus.
Iam vacuũ telis, geminóque in ſanguine ouãtem
Comminus enſe petit, ſubeunt Tegeæa iuuentus

Auxilio tardi, iam ſupra ſacra ferarum
Corpora mœrenti iuuenis iacet vltio Baccho.
Rumpitur ecce grani ſubito per caſtra tumultu
Concilium, fugit externos Iocaſta per hoſtes,
Iam non auſa preces, natas, ipſamq; repellunt
Qui modò tam mites, & præceps tempore Tydeus
Vtitur. Ite age nunc pacem ſperate, fidémque
Hunc ſaltem differre nefas? potuitne morari
Dum genitrix de miſſa redit? ſic fatus aperto
Enſe vocat ſocios, ſæuus iam clamor, & iræ
Hinc atque inde calent, nullo venit ordine bellū,
Confuſiq; duces vulgo, & neglecta regentum
Imperia, vana equites mixti, peditumq; caterui,
Et rapidi currus, premit indigeſta ruentes
Copia, nec ſeſe vacat oſtentare, nec hoſtem
Noſcere, ſic ſubitis Thebana, Argiuaq; pubes
Conflixere globis, retro vexilla, tubæq;
Poſt tergum, & litui bellum inuenere ſecuti.
Tantus ab exiguo crudeſcit, ſanguine Mauors.
Ventus vti primas ſtruit inter nubila vires
Lenis adhuc, frondeſq; & aperta cacumina geſtat
Mox rapuit nemus, & montes patefecit opacos.
Nunc age Pieriæ (non vos longinqua ſorores
Conſulimus) veſtras acies, veſtramq; referte
Aoniam (vidiſtis enim) dum Marte propinquo
Horrent Tyrrhenos Heliconia plectra tumultus.
Sidonium Pterelan ſonipes maleſidus in armis
Rumpentem frenos, diuerſa per agmina raptat
Iam labor, ſic foſſa manus venit haſta per armos

Tydeos,

Tydeus, & leuum iuuenis transuerberat inguen.
Labentémque affigit equo, fugit ille perempto
Consertus domino, nec iã arma, aut frena tenẽtẽ
Portat adhuc: ceu nondũ anima defectus vtraq;,
Cùm sua Centaurus moriens in terga recumbit:
Certat opus ferri, sternuntq; alterna furentes
Hippomedo Sybarin Pyliũ, Periphãta Menaceus.
Parthonopæus Ityn, Sybaris iacet ense cruento,
Cuspide trux Periphas, Itys insidiante sagitta.
Caneos Inachij ferro Mauortius Hemon
Colla rapit, cui diuiduum trans corpus hiantes
Truncũ oculi querũt, animus caput, arma iacẽtis
Iam rapiebat Abas, cornu deprensus Achiua
Dimisit moriens clypeum hostilémque, suumq;.
Quis tibi Bacchæos Eunæ relinquere cultus?
Quis lucos? vetitus quibus emansisse sacerdos
Suasit? & assuetum Bromio mutare furorem?
Quem terrere queas? clypei penetrabile textum
Pallentes hederæ, Nysæáque serta coronant.
Candida purpureo subnectitur instita filo,
Crine latent humeri: crescunt lanugine malæ,
Et rubet imbellis Tyrio sub tegmine Thorax.
Brachiaq; in manicis, & picta vincula plantæ,
Carbaseiq; sinus, & fibula rasilis auro
Tanariam fulua mordebat iaspide pallam.
Quàm super à tergo velox corytos, & arcus
Pendentésque sonant aurata lynce pharetræ.
It lymphante deo media inter millia longum
Vociferans, Prohibete manus, hac omine dextro

Mœnia, Cyrrhæa monstrauit Apollo iuuenca.
Parcite, in hæc vltrò scopuli venere volentes.
Gẽs sacra, at sumus, gener huic est Iuppiter vrbi,
Gradiuusq́ socer. Bacchũ haud mẽtimur alũnũ,
Et magnum Alciden. Iactanti talia frustra
Turbidus aëria Capaneus occurrit in hasta.
Qualis vbi primam leo mane cubilibus altis
Erexit rabiem, & sæuo speculatur ab antro
Aut ceruum, aut nondũ bellantẽ fronte iuuencũ:
It fremitu gaudẽs, licet arma, gregésque lacessant
Venantum, prædam videt, & sua vulnera nescit,
Sic tunc congressu Capaneus gauisus iniquo,
Librabat magna venturam mole cupressum.
Ante tamen, Quid fœmineis vlulatibus inquit
Terrificas morituræ viros? vtinam ipse veniret
Cui furis, hæc Tyrijs cane matrib⁹, & simul hastã
Expulit, illa volans, ceu vis non vlla moretur
Obuia vix sonuit clypeo, & iam terga reliquit.
Arma fluunt, longisque crepat singultibus aurũ.
Erumpensq́ sinus vicit cruor, occidis audax,
Occidis Aonij puer altera cura Lyæi.
Marcida te fractis planxerunt Ismara thyrsis,
Te Tmolos, te Nisa ferax, Theseáque Naxos.
Et Thebana metu iuratus in orgia Ganges.
Nec segnem Argolicæ sensere Etheoclea turmæ.
Parcior ad ciues Polynicis inhorruit ensis.
Eminet ante alios iam formidantibus aruis
Amphiaraus equis, ac multo puluere vertit
Campũ indignantem. Famulo decus addit inane
Mœstus.

Mœstus, & extremos obitus illustrat Apollo.
Ille etiam clypeum, galeamq; incendit honore
Sidere, nec tardè fratri gradiue dedisti.
Nequa manus vatem, nequid mortalia bello.
Ledere tela queant, sanctum, & venerabile Diti
Funus erat, talis medios infertur in hostes
Certus & ipse necis, vires fiducia leti.
Suggerit, inde viro maioraq; membra, dieſq;
Latior, & nunquam tanta experientia cœli,
Si vacet, auertit morti contermina Virtus:
Ardet inexpleto sœui Mauortis amore,
Et fruitur dextra, atq; omnia fragrãte superbit.
Hic hominum casus lenire, & demere fatis
Iura frequens, quantum subito diuersus ab illo
Qui tripodas, lauruſq; sequi, qui doctus in omni
Nube salutato volucrem cognoscere Phœbo.
Innumeram ferro plebem, ceu letifer annus,
Aut iubar aduersi graue, syderis, immolat vmbris
Ipse suis, Iaculo Phlegyam, iaculoq; superbum
Phylea falcato chromin, & Cremetaona curru:
Comminus hunc stantẽ metit, hũc à poplite sectũ:
Cuspide demissa Chromin, Phinoumq;, Segenq;
Intonsumq; Gyan, sacrúmque Lycorea Phœbo
Inuitus, iam fraxineum demiserat hastæ
Robur, & excussis apparuit insula cristis.
Alcatheum saxo, cui circum stagna Caryſti
Et domus & coniux, & amantes littora nati.
Vixerat ille diu pauper scrutator aquarum.
Decepit tellus moriens, hyemesq;, notosq;

Laudat & experti meliora pericula ponti.
Aſpicit has longè iamdudum, Aſopius Hypſeus
Palantum ſtrages, ardetq; auertere pugnam,
Quanquã haud ipſe minus curru Tirynthia fũdit
Robora, ſed viſo præſens minor augure ſanguis.
Illum armis, animiſq; cupit: prohibebat iniquo
Agmine conſertum cunei latus, inde ſuperbus
Exeruit patriis electum miſſile rapis.
Ac prius, Aonidum diues largitur aquarum
Clare giganteis etiamnum Aſope fauillis.
Da numen dextræ: rogat hoc natuſq; tuiq;
Quercus Alũna vadi, fas & mihi ſpernere Phœbũ
Si tibi collatus diuum ſator, omnia mergam
Fontibus arma tuis, triſteſq; ſine augure vittas.
Audierat genitor, vetat indulgere volentem
Phœbus, & aurigã iaculum detorquet in Herſen.
Ille ruit, deus ipſe vagis ſuccedit habenis
Lernæum falſo ſimulans Aliagmona vultu,
Tunc vero ardenti non vlla obſiſtere tentant
Signa, ruant ſolo terrore, & vulnera citra.
Mors trepidis ignaua venit, dubiúmque tuenti
Præſſerit infeſtos onus, impuleritne iugales.
Sic vbi nubiferum montis latus, aut noua ventis
Soluit hyems, aut victa ſitu non pertulit ætas,
*Deſilit horrendus campo timor, *arma, virósque* b:arua.
Limite non vno, longauáque robora ſecum
Præcipitans, tandémq; exhauſtus turbine feſſo,
Aut vallem cauat, aut medios intercepit amnes.
Non ſecus ingentiq; viro, magnóque grauatus

Temo

Temo dec, nunc hoc, nunc illo in ſanguine feruet
Ipſe ſedent telis, paritérq; miniſtrat habenis
Delius, ipſe docet iactus, aduerſáque flectit
Spicula, fortunamq; haſtis venientibus aufert
Sternuntur terra, Menalus pedes, Antiphus alto
Nil defenſus equo, genituſq; Heliconide nympha
Æthion, caſóque infamis fratre Polytes.
Conatuſq; toris vittatam attingere Manto
Lãpus, in hunc ſacras Phœbus dedit ipſe ſagittas 760
Et iam cornipedes trepida, ac moribunda reflãtes
Corpora, rimantur terra, omniſq; per artus
Sulcus, & inciſis altum rubet orbita membris.
Hos iam ignorantes terit impius axis, at illi
Vulnere ſemineces (nec deuitare facultas)
Venturum ſuper ora vident, iam lubrica tabo
Frena, nec inſiſti madidus dat temo rotæq;
Sanguine difficiles, & tardior vngula foſſis
Viſceribus, tunc ipſe furens in morte relicta
Spicula, & è mediis extantes oſſibus haſtas 770
Auellit, ſtridunt animæ, currúmque ſequuntur.
Tandem ſe famulo ſummum confeſſus Apollo,
Vtere luce tua, longámque ait, indue famam,
Dum tibi me iunctum mors irreuocata veretur,
Vincimur immites ſcis nulla reuoluere Parcas
Stamina, vade diu populis promiſſa voluptas
Elyſiis certè non perpeſſure Crecntis
Imperia, haud vetito nudus tacituræ ſepulchro,
Ille refert contra, & paulum reſpirat ab armis.
Olim te Cyrrhæ pater peritura ſedentem 780

Ad iuga (quis tantus miseris honor?) axe tremẽti
Sensimus, instãtes quonã vsque morabere Manes?
Audio iam rapidæ cursum stygis, auraq́ Ditis
Flumina, tergeminosq́ mali custodis hiatus.
Accipe commissum capiti decus, accipe laurus
Quas Erebo deferre nefas, nunc voce suprema
Si qua recessuro debetur gratia vati,
Deceptum tibi Phœbe larem, pœnasq́ nefandæ
Coniugis, & pulchrum nati commendo furorem
Desiluit mœrens, lachrymásque auertit Apollo.
Tunc vero ingemuit, currúsque orbiq́ iugales.
Non aliter cæco Nocturni turbine cori
Stat peritura ratis, cum iam damnata sororis
Igne, Terapnæi fugerunt carbasa fratres.
Iamq́ recessuræ paulatim horrescere terræ,
Summáq́ terga quati? grauiorq́ afferuere puluis
Cœperat: inferno mugit iam murmure campus.
Bella putant trepidi, belliq́ hunc esse fragorem.
v. alius. *Hortãturq́ gradus.* * *Alius tremor arma, viroſq́*
Mirantesq́ inclinat equos, iam frondea nutant
Culmina, iam muri, ripisq́ Ismenos apertis
Effugit, exciderant iræ, nutantia figunt
Tela solo, dubiasq́ vagi nituntur in hastas
Comminus, inque vicem viso pallore recedunt.
Sic vbi nauales miscet super æquora pugnas
Contempto Bellona mari, si forte benigna
Tempestas, sibi quisq́ cauet, ensésque recondit
Mors alia, & socij pacem, facere timores.
Talis erat campo belli fluitantis imago.

Siue

Siue laborantes concepto flamine terræ
Ventorum rabiem, & clausum eiicere furorem.
Excedit seu putre solum, carpsitq; terendo
Vnda latens, siue hac voluens machina cœli
Incubuit, siue omne fretum Neptunia mouit
Cuspis, & extremas grauius mare torsit in oras,
Seu vati datur ille fragor, seu terra minata est
Fratribus, ecce altè præceps humus, ore profundo
Dissilit, inq; vicem tremuerunt sydera, & vmbræ.
Illum ingens haurit specus, & transire parantes
Mergit equos, non arma manu, non frena remisit.
Sicut erat rectos defert in tartara currus:
Respexitq; cadens cœlum, campúmque coire
Ingemuit, donec leuior distantia rursus
Miscuit arua tremor, lucemq; excluſit auerno

P. STATII PAPINII
THEBAID. LIB. VIII.

VT subitus vates pallentibus incidit vmbris,
Letiferaſq; domos, orbisq; arcana sepulti
Rupit, & armato turbauit funere manes,
Horror habet cunctos, Stygiis mirantur in oris
Tela & equos, corpusq; nouũ, neq; enim ignibꝰ atris
Conditus, aut mæsta niger aduentabat ab vrna.
Sed belli sudore calens, clypeumq; cruentis
Roribus, & scissi respersus puluere campi
Necdũ illum aut trunca lustrauerat obuia taxo

Eumenis, aut furuo Proserpina poste notarat
Catibus ad sumptum functis: quin cominus ipsa
Fatorum deprensa colus, visóque pauentes
Augure, tunc demum rumpebant stamina Parcæ
Illum & securi circunspexere fragorem
Elysij, & si quos procul inferiore Barathro
Altera nox, aliisq; grauat plaga cæca tenebris.
Tunc regemunt pigriq; lacus, vastæq; paludes,
Vmbriferæq; premit sulcator pallidus vndæ,
Dissiluisse nouo penitus telluris hiatu
Tartara, & admissos, non per sua flumina manes
Fortè sedens media regni infœlicis in arce
Dux Erebi, populos, poscebat crimina vitæ.
Nil hominũ miserans, iratusque omnibus vmbris.
Stant furiæ circum, variæq; ex ordine mortes,
Sæuáque multisonas exercet pœna cathenas.
Fata serunt animas, & eodem pollice damnant.
Vincit opus, iuxta Minos cum fratre verendo
Iura bonus meliora manet, regemq; cruentum
Temperat, assistunt lachrymis atque igne tumẽtes
Cocytos Phlegetónque, & Styx periuria diuum
Arguit, ille autem supera compage soluta,
Nec solitus sentire metus, expauit oborta
Sydera, iucundáque offensus luce profatur.
Quæ superum labes inimicum impegit auerno
Æthera, quis rumpit tenebras? vitæq; silentes
Admouet? vnde mina? vnde hæc mihi prælia fratrum?
Congredior, pereant agedum discrimina rerum.
Nam cui dulce magis? magno me tèrtia victum

Deiecit fortuna polo mundúmque nocentem
Seruo, nec iſte meus, diris en peruius aſtris
Inſpicitur, tumidúſne meas regnator Olympi v. diriſq;
Explorat vires? habeo iam quaſſa gigantum
Vincula, & æthereum cupidos exire ſub axem
Titanas, miſerúmque patrem, qui me otia mœſta
Sæuus, & implacidam prohibet perferre quietem?
Amiſſúmque odiſſe diem? pandam omnia regna
Si placet, & Stygio prætextam Hyperiona cælo.
Arcada nũc ſuperis (quid enim mihi nũci? ambas
Itq; reditq; domos) emittam & vtrumq; tenebo
Tyndariden, cur autem auidis Ixiona frango
Vorticibus? cur non expectant Tantalon vndæ?
Anne profanatum toties Chaos hoſpite viuo
Perpetiar? me Pirithoi temerarius ardor
Tentat, & audaci Theſeus iuratus amico.
Me ferus Alcides tunc cum cuſtode remoto
Ferrea Cerberea patuerunt limina porta.
Odryſiis etiam pudet heu patuiſſe querelis
Tartara, vidi egomet blãda inter carmina turpes
Eumenidum lachrymas, iteratáq; penſa ſororum
Me quoque, ſed dura melior violentia legis.
Aſt ego vix vnum, nec celſa ad ſydera furto
Auſus iter, Siculo rapui, connubia campo.
Nec licuiſſe ferunt, iniuſtaq; ab Ioue leges
Protinus, & ſectum genitrix mihi cõputat annũ,
Sed quid ego hæc ita? Tartareas vlciſcere ſedes
Tiſiphone, & ſi quando nouis aſperrima monſtris
Triſte inſuetum, ingens, quod nondũ videris æther

Ede

Ede nefas. quod mirer ego, inuideant q3 sorores.
Atque adeo fratres (nostris q3 hæc omnia sunto
Prima odiis) fratres alterna in vulnera leto
Marte ruant, sit qui rabidarum more ferarum
Mandat atrox hostile caput, quiq3 igne supremo
Arceat exanimes & manibus æthera nudis
Commaculet, iuuet ista ferum spectare tonantem.
Præterea, ne sola fruor mea regna laceſſat,
Quære deis qui bella ferat, qui fulminis ignes,
Infestúmque Iouem Clypeo fumante repellat.
Faxo haud sit cunctis leuior metus, atra mouere
Tartara, frondent quam iungere Pelion Ossa.
Dixerat, atque illi iamdudum regia tristis
Attremuit oranti, suáque, & quæ desuper vrget,
Nutabat tellus, non fortius æthera vultu
Torquet, & astriferos inclinat Iupiter axe.
At tibi quos inquit maxes, qui limite præceps
Non licito per inane tuis? subit ille minantem
Iam tenuis visu, iam vanescentibus armis,
Iam pedes, extincto tamen interceptus in ore
Augurij perdurat honos, obscuraq3 fronti
Vita manet, ramúmque tenet morientis oliua.
Si licet, & sanctis hic hora resoluere fas est
Manibus, O cunctis finitor maxime rerum,
At mihi, qui quondã causas, elementáque noram,
Et sator, oro minas, stimulatáque corda remulce.
Neue ira dignare hominem, & tua iura timentẽ.
Nam nec ad Herculeos (vnde hæc mihi pectora?)
raptus,

Nec

Nec Venerem illicitam (credis his ſignibus) auſi
Intramus Lethen, fugiat nec triſtis in antrum
Cerberus, aut noſtros timeat Proſerpina currus.
Augur Apollineis modo dilectiſſimus aris
Teſtor inane chaos (quid enim hic iurãd⁹ Apollo!)
Crimine non vllo ſubeo noua fata: nec alma
Sic merui de luce rapi, ſcit iudicis vrna
Dictæi, verumq; poteſt deprendere Minos.
Coniugis inſidiis, & iniquo venditus auro
Argolicas acies, vnde hæc tibi turba recentum
Vmbrarũ, & noſtræ veniũt quoq; funera dextræ,
Non ignarus ineſt, ſubito nec turbine mundi
(Horret adhuc animus) mediis è millibus hauſit
Nox tua, quæ mihi mẽs? dũ per caua viſcera terræ
Vado diu pendens? & in aere voluor aperto?
Heu mi nil ex me ſociis, patriæq; relictum eſt,
Vel captum Thebis, non iam Lernæa videbo
Tecta, nec attonito ſaltem cinis ibo parenti
Non tumulo, non igne miſer, lachrymiſq; meorum
Productus, toto pariter tibi funere veni
Nil iſtis auſurus equis, nec deprecor vmbram
Accipere, & tripodum iã non meminiſſe meorum.
Nam tibi præſagi, quiſnam ſuper auguris vſus,
Cùm parcæ tua iuſſa trahant? ſed pectora flectas,
Et melior ſis quæſo dies, ſi quando nefanda
Huc aderit coniux, illi funeſta reſerua
Supplicia, illa tua rector bone dignor ira.
Accipit ille preces, indignaturq; moueri.
Vt leo Maſſyli cum lux ſtetit obuia ferri,

Tunc

Tunc iras, tunc arma citat, si decidat hostis
Ire super satis est, vitámque relinquere victo.
Interea vittis, auroq; insignis opima
Currus, & egregiis modo formidatus in armis:
Luce palam fusus nulli, nulliq; fugatus
Quæritur, adsistunt turmæ, suspectaq; tellus
Omnibus, infidi miles vestigia campi
Circuit, atque auidæ tristis locus ille ruinæ
Cessat, & inferni vitatur honore sepulchri.
Nuntius hortanti diuersa in parte maniplos
Adrasto, vix ipse ratus vidisse Palæmon
Aduolat, & trepidans (steterat nam forte cadenti
Proximus) inspectoq; miser pallebat hiatu
Verte gradum, fuge rector ait, si Dorica saltem
Terra loco, patriæq; manent, vbi liquimus arces,
Non armis, non sanguine opus, quid inutile ferrũ
Stringimus in Thebas, curr⁹ humus impia sorbet,
Armaq;, bellantesq; viros, fugere ecce videtur
Hic etiam quo stamus ager, vidi ipse profundæ
Noctis iter, ruptaq; soli compage ruentem,
Illum heu, præsagis quo nullus amicior astris
Occiden, frustráq; manus cum voce tetendit,
Mira loquor, sulcos etiamnum Rector equorum
Fumãtemq; locũ, & spumis madida arua reliquit
Nec commune malum est, tellus cognoscit alũnos,
Stat Thebana acies, stupet hæc, & credere Adra-
Cũctatur, sed Mopsus idẽ, trepidaq; ferebat (stus
Actorides, nam fama nouis terroribus audax
Non vnum cecidisse refert, sponte agmina retro

Non

Non expectato reuocantum, morte tubarum
Præcipitant, sed torpet iter fallunt q3 ruentes
Genua viros, ipsi q3 (putes sensisse) repugnant
Cornipedes, nullóque truces hortamine parent,
Nec celerare gradum, ne tollere lumina terra.
Fortius incursant Tyrij, sed vester opacus
Lunares iam ducit equos, data fœdere paruo
Mœsta viris requies, & nox auctura timores.
Quæ vbi tũc facies, postquã permissa gemendi
Copia? qui fletus galeis cecidere solutis?
Nil solitum fessos iuuat, abiecere madentes
Sicut erant, clypeos, nec quisquam spicula tersit,
Nec laudauit equum: nitidæ nec cassidis altam
Compsit adornauitque iubã, vix magna lauare
Vulnera, & efflantes libet internectere plagas.
Tantus vbi q3 dolor, mensas, Alimentáque bello
Debita, nec pugnæ suasit timor, omnia laudes
Amphiarae tuas, fœcundáque pectora veri
Commemorant lachrymis, & per tentoria sermo
Vnus, Abisse deos, dilapsáque numina castris.
Heu vbi laurigeri currus solemnia q3 arma?
Et galeæ vittatus apex? hæc antra lacusq3
Castalij tripodum q3 fides sic gratus Apollo?
Quis mihi sydereos, lapsus mentem q3 siniſtri
Fulguris, aut cæsis saliat quod numen in extis
Quando iter, vnde mora, quæ sæuis vtilis armis,
Quæ pacẽ magis hora velit, quis iã omne futurũ
Proferet, aut cũ quo volucres mea fata loquentur?
Hos quoq3 bellorum casus nobisq3 tibiq3,

Præ

Præscieras,& quanta sacro sub pectore virtus!
Venisti tamen,& miseris comes additus armis.
Et cùm te tellus,fatalisq́ hora vocaret,
Tu Tyrias acies,aduersáque signa,vocasti
Sternere,tunc etiam media de morte timendum
Hostibus,infestáque abeuntem vidimus hasta,
At nunc te quis casus habet?poterisne reuerti
Sedibus à Stygiis?aliáque erumpere terra?
Anne sedes hilaris iuxta tua numina parcus?
Et vice concordi discis ventura,docesq́
An tibi fœlices lucos miseratus auerni
Rector,& Elysias dedit inseruare volucres?
Quicquid es,æternus Phœbo dolor,& noua clades
Semper eris,mutísque diu plorabere Delphis.
Hic Tenedon,Cyrrhamq́ dies,partusq́ ligatam
Delon,& intonsi claudet penetralia branchi.
Nec Clarias hac lucefores, Didymæaq́ quisquã
Limina,nec Lyciam supplex consultor adibit.
Quin & cornigeri vatis nemus,atque Molossi
Quercus,anhela Iouis,Troianaq́ Tymbra tacebit
Ipsi amnes,ipsæq́ volent arescere laurus.
Ipse nihil certum sagis clangoribus æther
Præcinet,& nulla scribentur ab alite nubes.
Iamq́ erit ille dies,quo te quoq́ conscia fati
v. colãt reddat- que. *Templa* colent,reddetq́ tuus responsa sacerdos.*
Talia fatidico peragunt solemnia regi.
Ceu flammas,ac dona rogo,tristeq́ rependant
Exequias,molliq́ animam tellure reponant.
Fracta dehinc cunctis,auersaq́ pectora bello.

Sic

Sic fortes Minyas ſubito cum funere Tiphys
Deſtituit, non arma ſequi, non ferre videtur
Remus aquas, ipſiq; minus iam ducere venti.
Iam feſſis gemitu paulatim corda leuabat
Exhauſtus ſermone dolor, nóxque addita curas
Obruit, & facilis lachrymis irrepere ſomnus.
At non Sidoniam diuerſa in parte per vrbem
Nox eadem, vario producunt ſydera ludo
Ante domos, intráque ipſaq; ad mœnia marcent
Excubiæ, gemina æra ſonant, Idæáque terga,
Et moderata ſonum vario ſpiramine buxus,
Tũc dulces ſuperos atque omne ex ordine aſũnum
Numen, vbique ſacri reſonant Paanes, vbiq;
Serta, coronatúmque merum, nunc funera rident
Auguris ignari, contráque in tempore certant
*Tireſiam laudare ſuum nunc * fata reuoluunt* *b. facta
Maiorum, veteréſque canunt ab origine Thebas.
Hi mare Sidonium, manibúſque attrita Tonantis
Cornua, & ingenti ſulcatum Nerea tauro.
Hi cadmum, lapſámque bouem, fœtóſque cruenti
Martis agros: alij Tyriam reptantia ſaxa
Ad chelyn, & duras animantẽ Amphiona cautes
Hi grauidam Semelen: illi Cythereia laudant
Connubia: & multa deductam lampade fratrum
Harmonien: nullis iam deeſt ſua fabula menſis.
Ceu modò gemiferum Thyrſo populatus Hydaſpẽ,
Eoáſque domos, nixi vexilla triumphi
Liber, & ignotos populis oſtenderet Indos.
Tum primum ad cœtus, ſociæq; ad fœdera menſæ

Semper in aſpectum, diráque in ſede latentem,
Oedipodem exiſſe ferunt, vultúſque ſereno
Caniciem nigram ſquallore, & ſordida fuſis
Ora comis laxaſſe manu, ſociúmque benignos
Affatus, & abacta priùs ſolatia paſſum.
Quin hauſiſſe dapes, inſiccatúmque cruorem
Deieciſſe genis, cunctos auditq́, refértque,
Qui Ditẽ, & Furias tantum, & ſi quado regẽtem
Antigonen, mœſtis ſolitus pulſare querelis.
Cauſa latet, non hunc Tyrij ſors proſpera belli
Quantũ bella iuuãt natum hortaturq́, probatq́,
Nec viciſſe velit, ſed primos comminus enſes
Et ſcelerum tacito rimatur ſemina voto.
Inde epulæ dulces, ignotáque gaudia vultu.
Qualis poſt longæ Phineus ieiunia pœnæ,
*Nil ſtridere domi * volucres vt ſenſit abactas,*
(Nec dum tota fides) hilaris, menſáſque, toróſque
Nec turbata feris tractauit pocula pennis.
Cætera Graiorum curis, armiſq́ iacebat
Faſſa cohors, alto caſtrorum ex aggere Adraſtus
Letificos tenui captabat corde tumultus,
Quanquam æger ſenio, ſed agit miſerãda poteſtas
Inuigilare malis, illum æreus vndiq́ clamor
Thebaniq́ ruunt ſonitus, & amara laceſſit
Tibia, tum nimio voces marcore ſuperbæ,
Incertæq́ faces, & iam malè peruigil ignis,
Sic vbi per fluctus varios ratis obruta ſomno,
Conticuit, tantiq́ maris ſecura iuuentus
Mandauere animas, ſolus ſtat puppe magiſter

Perui

*1. volucréſque.

Peruigil, inſcriptáque deus qui nauigat alno
Tempus erat, iunctos cùm iam ſopor ignea Phœbi
Sentit equos, penitúſque *cauam ſub luce *parata * l. cana
Oceani mugire domum, ſeſéque vagantem *paratã
Colligit, & moto leuiter fugat aſtra flagello.
Concilium rex triſte vocat: quaruntq; gementes
Quis tripodas ſucceſſor agat? quo prodita laurus
Trãſeat? atque orbũ vitæ decus, haud mora, cũcti
Inſignem fama, ſanctóque Melampode cretum
Thiodamanta volunt, qui cùm ipſe arcana deorũ
Partiri, & viſas vni ſociare ſolebat
Amphiaraus aues, tantaq; haud inuidus artis
Gaudebat dici ſimilem, iuxtáque ſecundum.
Illum ingens confundit honos, inopináque turbat
Gloria, & oblatus frondes ſubmiſſus adorat,
Séque oneri negat eſſe parem, cogiq; meretur.
Sicut Achemenius ſolium, gentéſque paternas
Excepit, ſi fortè puer, cui viuere patrem
Tutius, incerta formidine gaudia librat,
An fidi proceres, an pugnet vulgus habenis:
Cui latus Euphratæ, cui Caſpia limina mandet,
Sumere tunc arcus, ipſúmque onerare veretur
Patris equum, viſuſq; ſibi nec ſceptra capaci
Suſtentare manu, nec adhuc implere Tiaram.
Atque is vbi intorto ſignauit vellere crinem,
Conuenitq; deis, hilari per caſtra tumultu
Vadit ouans: ac prima ſui documenta ſacerdos
Tellurem placare parat, nec futilè mœſtis
Id viſum Danais, geminas ergo ilicet aras

Arboribus viuis, & adulto ceſpite texi
Imperat, innumeróſque dea ſua munera flores,
Et cumulos frugum, & quicquid nouat integer annus
Addit, & intacto ſpargens altaria lacte
Incipit. O hominum diuumq; æterna creatrix,
Qua fluuios, ſyluáſque, animáſq;, & ſemina mũdi
Cuncta, Promethæáſque manus, Pyrrhæáq; ſaxa
Gignis, & impaſtis qua prima alimenta dediſti,
Mutaſtiq; viros, qua pontum ambiſq;, vehiſq;,
Te penes & pecudum gens mitis, & ira ferarum
Et volucrum requies, firmum atque immobile
Robur inoccidui, te velox machina cœli (mundi
Aëre pendentem vacuo, te currus vtérque
Circuit. O rerum media, indiuiſáque magnis
Fratribus, ergo ſimul tot gentibus alma, tot altis
Vrbibus, ac populis ſubtérque, ac deſuper vna
Sufficis, aſtriferúmque domos Atlanta ſupernas
Ferre laborantem, nullo vehis ipſa labore,
Nos tantum portare negas? nos diua grauaris?
Quod precor ignari luimus ſcelus? an quia plebes
Externa, Inachiis huc aduentamus ab oris?
Omne homini natale ſolum, nec te optime ſæuo
Tãquam humiles populos deceat diſtinguere fine.
Vndique vbique tuis maneas communis, & arma
Hinc, atque inde feras, liceat (precor) ordine belli
Pugnaces efflare animas, & reddere cœlo.
Ne rape tam ſubitis ſpirantia corpora buſtis,
Ne propera, veniemus enim quo limite cuncti,
Qua licet ire via, tantum exorata Pelaſgis

Siſte

Siſte leuem campum, celeres neu præcipe Parcas,
At tu care deis, quem non manus vlla, nec enſes
Sidonij, ſed magna ſinu Natura ſoluto
Ceu te Cyrrhæo meritum tumularet hiatu.
Sic amplexa coit, hilares des ore precatus
Noſſe tuos, cœlóque, & vera monentibus aris.
Concilies, & quæ populis proferre, parabas,
Me doceas, tibi ſacra feram præſaga, tuíque
Numinis interpres, te Phœbo abſente vocabo.
Ille mihi Delo, Cyrrhaque potentior omni
Quò ruis, ille adytis melior locus: hæc vbi dicta,
Nigrantes terra pecudes, obſcuráque mergit
Armenta, ac viuis cumulos vndantis arena
Aggerat, & vati mortis ſimulacra rependit.
Talia apud Graios, cùm iam Mauortia contra
Cornua, iam ſæuos fragor æreus excitat enſes.
Audit acerba ſonum Theumeſſi è vertice crinem
Incutiens, acuitq; tubas & ſibila miſcet
Tiſiphone, ſtupet inſolito clangore Citharon
Marcidus, & turres carmen non tale ſecutæ.
Iam trepidas Bellona fores, armatáque pulſat
Limina, iam multo laxantur cardine Thebæ,
Turbat eques, currus properantibus obſtant,
Ceu Danai poſt terga premant, ſic omnibus ala
Arctantur portis, ſeptémque excurſibus hærent.
Ogygiis, it ſorte Creon, Etheoclea mittunt
Neitæ, celſas Homoloidas occupat Aemon
Ipſea Prœtides, celſum fudere Dryanta
Electra, quatit Hypſiſtas manus Eurymedontis

Culmina magnanimus ſtipat Dircæa Menœceus
Qualis vbi auerſi ſecretus pabula cœli
Nilus, & Eoas magno bibit ore pruinas,
Scindit fontis opes, ſeptémque parentibus aruis
In mare fert hyemeſq́, penitus ceſſere fugatæ
Nereides, dulciq́ timent occurrere ponto
Triſtis at inde gradum tardè mouet Inachapubes
Præcipuè Elææ, Lacedemoniæq́ cohortes
Et Pylij, ſubitum nam Thiodamanta ſequuntur
Augure fraudati, necdum acceſſere regenti,
Nec tua te princeps tripodũ ſola agmina quærunt.
Cũcta phalãx ſibi deeſſe putat, minor ille per altas
Septimus extat apex, liquido velut æthere nubes
Inuida Parrhaſiis vnum ſi detrahat aſtris
Tuncus honor plauſtri, nec idem nitet igne reciſo.
Axis, & incerti numerant ſua ſydera nautæ.
Sed iam bella vocant, alias noua ſuggere vires
Calliope, maiórque chelyn mihi tendat Apollo.
Fatalem populis vltro poſcentibus horam
Admouet atra dies, Stygiiſq́ emiſſa tenebris
Mors fruitur cœlo, bellatorémque volando
*Campum operit, nigróque viros inuitat * amictu*
Nil vulgare legens, ſed quæ digniſſima vita
Funera, præcipuos annis, animiſq́ cruento
Angue notat, iámq́ in miſeros pẽſum omne ſororiũ
Scinditur, & Furiæ rapuerunt licia Parcis.
Stat medius campis etiamnum cuſpide ſicca
** Armipotens, iamq́ hos clypeũ, iã vertit ad illos*
Arma ciens, abolétque domos, connubia, natos.

Pelli

*l. hiatu.

*vv. belli-otens.

Pellitur & patria, qui mente nouissimus exit,
Lucis amor, tenet in capulis, hastisque paratas
Ira manus, animusq; vltra thoracas anhelus.
Conantur, galeæq; tremunt horrore comarum.
Quid mirum caluisse viros? flãmantur in hostem
Cornipedes, niueóque rigant sola putria nimbo.
Corpora ceu mixti dominis, iráque sedentum
Induerint, sic frena terunt, sic prælia poscunt
*Hinnitu, tolluntq; armos, equitemq; *supinant.* *fatigãt.
Iámque ruunt, primusq; virum cõcurrere puluis
Incipit, & spatijs vtrinque æqualibus acti
Aduentant, mediumq; vident decrescere cãpum.
Iam clypeus clypeis, vmbone repellitur vmbo,
Ense mixtax ensis, pede pes, & cuspide cuspis.
Sic obnixa acies pariter suspiria firmant,
Admotæq; nitent aliena in casside cristæ.
Pulcher adhuc belli vultus, stant vertice coni,
Plena armenta viris, nulli sine præside currus,
Arma loco, splendent clypei, pharetræq; decoræ,
Cingulaq;, & nondum deforme cruoribus aurũ:
At postquam rabies, & vitæ prodiga Virtus
Emisere animos, non tanta cadentibus Hœdis
Aëriam Rhodopen solida niue verberat Arctos,
Nec fragor Ausoniæ tantus, cùm Iuppiter omni
Arce tonat, tanta quatitur nec grandine Syrtis
Cùm Libyæ Boreas Italos niger attulit imbres.
Excluſere diem telis, stant ferreа cœlo
Nubila, nec iaculis arctatus sufficit aër.
Hi pereunt missis, illi redentibus hastis.

Concurrunt per inane ſudes, & mutua perdunt
Vulnera, concurrunt haſtæ, ſtridentia fundæ
Saxa pluunt, volucres imitantur fulgura glãdes,
Et formidandæ non vna morte ſagittæ.
Nec locus ad terram telis, incorpora ſerram
*Omne cadit, * ſeſe ignari perimúntque, caduntq́z*
* l. ſæpe *Caſus agit Virtutis opus, nunc turba recedit,*
Nũc premit, ac vicibus tellurẽ amittit, & aufert
Vt ventis, nimbiſq́z minax, cùm ſoluit habenas
Iuppiter, alternóque affligit turbine mundum,
Stat cœli diuerſa acies, nunc fortior Auſtri,
Nunc Aquilonis hyems, donec pugnante procella
Aut nimiis hic vicit aquis, aut ille ſereno.
Principium pugnæ turmas Aſopius Hypſeus
Oebalias, (námque hæ magnũ, & gentile tumẽtes
Euboicum duris rumpunt vmbonibus agmen)
Reppulit erepto cunei ductore Menalca,
Hic & mente Lacon, crudi torrentis alumnus
(Nec turpauit auos (haſtam intra pectus euntem
(Ne pudor in tergo) per oſſa & viſcera retro
Extrahit, atque hoſti dextra labente remittit
Sanguineam, dilecta genis morientis oberrant
Taygeta, & pugnæ, laudataq́z verbera matri.
Phædimon Iaſiden arcu Dircæus Amynthas
Deſtinat (heu celeres Parcæ) iam palpitat aruis
Phœdimus, & certi nõdum tacet arcus Amyntæ.
Abſtulit ex humero dextrã Calydonius Argeus
Phegeos, illa ſuum terra tenet improba ferrum,
Et mouet, extimuit ſparſa inter tela iacentem

Pro

Progrediens, truncamq; tamen percussit Acetes.
Iphin atrox Athamas, Argũ ferus impulit Hypse
Strauit Abãta Pheres, diuersaq; vulnera flentes
Iphis eques, pedes Argus, Abas auriga iacebant.
Inachida geminigeminos ex sanguine Cadmi
Occultos galeis (saua ignorantia belli)
Perculerant ferro, sed dum spolia omnia casis
Eripiunt videre nefas, & mœstus vterque
Respicit ad fratrem, paritérque errasse querũtur.
Cultor Ion Pisa, cultorem Daphnea Cyrrha
Turbatis prostrauit equis, hunc laudat ab alto
Iuppiter, hunc tardus frustra miseratur Apollo.
Ingentes Fortuna viros illustrat vtrinque
Sanguine in aduerso: Danaos Cadmeius Aemon
Sternit, agitq; furens, sequitur Tyria agmina Ty-
Hũc Pallas præsens, illũ Tirynthius implet. (deus.
Qualiter hyberni summis duo montibus amnes
Franguntur, geminaq; cadunt in plana ruina,
Contendisse putes, vter arua, arbustaq; tollat,
Altius aut superet pontes, ecce vna receptas
Cõfundit iam vallis aquas: sibi quisque superbus
Ire cupit, pontóque negant descendere mixti.
Ibat fumiferam quatiens Onchestius Idas
Lãpada per medios, turbabatq; agmina Graiũm
Igne viam rumpens, magno quem comminus ictu
Tydeos hasta feri, discussa casside fixit.
Ille ingens in terga iacet, stat fronte superstes
Lancea, collapsa veniunt in tempora flammæ.
Persequitur Tydeus, sæuos ne dixeris Argos.

Igne tuo Thebane rogum concedimus, arde.
Inde velut primo Tigris gauisa cruore
Per totum cupit ire pecus, sic Aona saxo
Ense Pholũ, Chromin ense duos Helicaonas hasta
Transigit. Aegeæ Veneris quos Mœra sacerdos
Ediderat prohibente Dea, vos præda cruenti
Tydeos, it sæuas etiamnum mater ad aras.
Nec minus Herculeũ cõtra vagus Aemona ducit
Sanguis, inexpleto rapitur per millia ferro.
Nunc tumidæ Calydonis opes, nunc torua Pylenes
Agmina, nunc mœstæ fundẽs Pleurenis alumnos
Donec in Olenium fessa iam cuspide Buten
Incidit, hunc turmis obsessum, & abire vetãtem* vv. obuersum.
Aggreditur, puer ille, puer, malásque comámque
Integer, ignaro cui tunc Thebana bipennis
*In galeam librata venit, * funduntur vtrinque* vv. funduntur.
Tempora, diuiduiq; cadunt in brachia crines,
Et non hoc metuens inopino limite vita
Exiluit, tunc flauum Hypanim, flauumq; Polytẽ
(Ille genas Phœbo, crinem hic pascebat Iaccho.
Sæuus vtérque deus) victis Hyperiona iungit,
Cõuersúmq; fuga Damasum, sed lapsa per armos
Hasta viri trans pectus abit, parmámque tenenti
Excutit, & summa fugiens in cuspide portat.
Sterneret aduersos etiamnum Ismenius Æmon
Inachidas (nam tela regit, viréque ministrat
Amphytrioniades) sæuum sed Tydea contra
Pallas agit, iámque aduerso venêre fauore
Comminus, & placido prior hæc Tirynthius ore

Fida

Fida soror, quanam hunc belli caligine nobis
Congressum Fortuna tulit? num regia Iuno
Hoc molita nefas? citius me fulmina contra
Infandum ruere, & magno bellare parenti
Aspiciat, genus huic (sed mitto agnoscere:) quãdo
Tu diuersa foues, nec si ipsum comminus Hylum
Tydeos hasta tui, Stygioq; ex orbe remissum
Amphitryona petat, teneo, aternumq; tenebo
Quantũ hæc diua manus, quoties sudauerit ægis
Ista mihi, duris famulus cùm casibus omnes
Lustro vagus terras: ipsa heu comes, inuia mecũ
Tartara, ni superos Acheron excluderet, isses.
Tu patrem, cœlumq; mihi, quis tanta relatu
Æquet? habe totas, si mens excindere, Thebas,
Cedo equidem, veniamq; precor, sic orsus abibat
Pallada mulcet honos, rediitq; ardore remisso
Vultus, & erecti sederunt pectoris angues.
Sentit abisse deum, leuius Cadmeius Æmon
Tela rotat, nulloq; manum cognoscit in ictu
Tunc magis, atque magis vires animusq; recedũt,
*Nec *pudor ire retro, cedentem Acheloius Heros* l. pudet.
Impetit, & librans vni sibi missile telum,
Direxit iactus, summa quà margine parma
Ima sedet galea, & iuguli vitalia lucent.
Nec frustrata manus, mortemq; inuenerat hasta
Sed prohibet, paulumq; humeri libare sinistri
Præbuit, & merito parcit Tritonia fratri.
Ille tamen nec stare loco, nec comminus ire
Amplius, aut vultus audet perferre cruenti

Tydeos.

Tydeos, ægra animo vis, ac fiducia cessit.
Qualis setigeram Lucana cuspide frontem
Strictus aper, penitus cui non infossa cerebro
Vulnera, nec fœlix dextræ tenor, in latus iras
Frangit, & expertæ iam non venit obuius hastæ.
Ecce ducem turmæ certa indignatus in hostem
Spicula, fœlici Prothoum torquere lacerto
Turbidus Oenides, vna duo corpora pinu
Cornipedemq́, equitemq́ ferit, ruit ille ruentem
In Prothoum, lapsáque manu quærẽtis habenas
In vultus galeam, clypeumq́ in pectora calcat.
Saucius extremo donec cum sanguine franos
Respuit, & iuncta domino ceruice recumbit.
Sic vlmus, vitisq́ duplex iactura coloni
Gaurano de monte cadunt, sed mœstior vlmus
Quærit vtrúmque nemus, nec tam sua brachia labens,
Quàm gemit assuetas, inuitáque proterit vuas.
Sũpserat in Danaos Heliconius arma Chorœbus
Ante comes Musis, Stygij cui conscia pensi
Ipsa diu inspectis letum prædixerat astris
Vrania, cupit ille tamen, pugnasq́ virosq́
Forsitan, vt caneret, longa iacet ipse canendus
Laude, sed amissum Musæ fleuere sorores.
Pactus Agenoream primis Atys ibat ab annis
Ismenen, Tyrij iuuenis non aduena belli
Quãuis Cyrrha domus, soceros nec tristibus actis
Aduersatus erat, sponsam, cui castus amanti
Squalor, & indigni commendat gratia luctus.

Ipse

Ipse quoque egregius, ne pectora virginis illi
Diuersa, inq; vicem sineret Fortuna, placebant.
Bella vetant tedas, iuueniq; hinc maior in hostes
Ira, ruit primis immixtus & agmina Lerna
Nunc pedes ense vago, prẽsis nunc celsus habenis
Ceu spectetur, agit, triplici velauerat ostro
Surgens etiamnum humero, & leuia mater
Pectora, tunc auro phaleras, auróque sagittas
Cinguláque, & manicas, ne coniuge vilior iret
Presserat, & mixtum cono crispauerat aurum.
Talibus heu fidens vocat vltro in prælia Graios.
At primùm faciles grassatus cuspide turmas
Arma refert sociis, & in agmina fida, peracta
Cæde redit, sic Hircana Leo Caspius vmbra
Nudus adhuc, nullóque iubæ flauentis honore,
Terribilis magnique etiamnum sanguinis insons,
Haud procul à stabulis captat custode remoto
Segne pecus, teneraq; famem consumit in agna
Mox ignotum armis, ac solo corpore mensus
Tydea non timuit, fragilique lacessere telo
Sæpius infrendentem alijs, alióque sequentem
Ausus erat, tandem inualidos Ætolus ad ictus
Fortè refert oculos, & formidabile ridens.
Iamdudum video, magnum cupis improbè leti
Nomen ait, simul audacem non ense, nec hasta
Dignatus, leuiter digitis imbelle solutis
Abiecit iaculum, latebras tamen inguinis altè
Missile, ceu totis intortum viribus hausit.
Præterit haud dubium fati, & spoliare superbit

Præte

Oenides, Neque enim has Marti, aut tibi bellicæ
Exuuias figemus ait, procul arceat ipsum (Pallas
Ferre pudor, vix si bellum comitata relictis
Deiphile thalamis, illi illudenda tulissem.
Sic ait: & belli maiora ad premia mente
Ducitur, innumeris veluti Leo fortè potitus
Cædibus, imbelles vitulos, mollésque iuuencas
Transmittit, magno furor est in sanguine mergi,
Nec nisi regnantis ceruice recumbere tauri.
At non semianimi clamore Menœcea lapsus
Fallit Atys, præuertit equos, curruq; citato
Desilit, instabat pubes Tegæa iacenti.
Nec prohibent Tyrij: pudeat Cadmea iuuentus
Terrigenas mentita patres, quo tenditis, inquit,
Degeneres? meliùsne iacet pro sanguine nostro
Hospes Atys? tãtũ hospes adhuc, & coniugis vltor
Infœlix nondum iste suæ, nos pignora tantæ
Prodimus? insurgunt iusto firmata pudore
Agmina, cuique suæ rediere in pectora curæ,
Interea thalami secreta in parte sorores
Par aliud mirum, miseriq; innoxia proles
Oedipodæ, varius miscent sermone querelas.
Nec mala quæ iuxta, sed longa ab origine fati,
Hæc matris tedas, oculos ast illa paternos,
Altera regnantẽ, profugũ gemit altera fratrem,
Bella ambæ, grauis hinc miseri cunctatio voti.
Nutat vtroq; timor, quẽnã hoc certamine victũ
Quem vicisse velint, tacitè præponderat exul.
Sic Pandionias repetunt vbi fida volucres

Hospi

Hoſpitia, atque larem bruma pulſante relictum
Stantq; ſuper nidos veteriſq; exordia fati
Enarrant tectis, & truncum ac flebile murmur
Verba putant, voxq; illa tamẽ non diſſona verbis.
Atque ibi poſt lachrymas, & lõga ſilentia rurſus
Inchoat Iſmene. Quiſnam hic mortalibus error?
Quæ decepta fides? curam inuigilare quieti,
Claraq; per ſomnos animis ſimulachra reuerti?
Ecce ego quæ thalamos, nec ſi pax alta maneret,
Tractarem ſenſu (pudet heu) connubia vidi
Nocte ſoror, ſpõſum vnde mihi ſopor intulit amẽs
Vix notum viſu? ſemel bis ſedibus illum
Dum mea neſcio quo ſpondentur fœdera pacto
Reſpexi non ſponte ſoror, turbata repente
Omnia cernebam, ſubituſq; intercidit ignis,
Méque ſequebatur rabido clamore reposcens
Mater Atyn, quænam hæc dubiæ præſagia cladis?
Nec timeo dum tuta domus, mileſq; recedat
Doricus, & tumidos liceat componere fratres.
Talia iactabant, ſubito cùm pigra tumultu
Expauit domus, & multo ſudore receptus
Fertur Atys, ſeruans animã iam ſanguine nullo,
Cui manus in plaga, dependet languida ceruix
Exterior clypeo crineſq; à fronte ſuperni,*
Prima videt, caramq; tremens Iocaſta vocabat
*Iſmenen, namq; *hãc ſolam moribunda precatur*
Vox generi, ſolum hoc gelidis iam nomen inerrat
Faucibus exclamant famulæ, tollebat in ora
Virgo manus, tenuit ſæuus pudor, attamen ire

*vv. ſupini.
*vv. hoc

Cogitur

Cogitur, indulget ſummum hoc Iotaſta iacenti.
Oſtendit q̃, offert q̃ quater: iam morte ſub ipſa
Ad nomen viſus, deiectáque fortiter ora
Subſtulit, illam vnam neglecto lumine cœli
Aſpicit, & vultu non exſatiatur amato.
Tunc quia nec genitrix iuxta, poſituſq̃ beata
Morte pater, ſponſæ munus miſerabile tradunt,
Declinare genas, ibi domum teſte remoto
Faſſa pios gemit⁹, lachrymaſq̃ in *Vulnera fudit
Dúmque ea per Thebas aliis ſerpentibus ardens,
Et face mutata bellum integrabat Enyo,
Arma volãt, primos veluti modò cõminus ictus
Suſtulerint, omniſq̃ etiamnum, luceat enſis,
Eminet Oenides, quamuis & arundine certa
Parthenopæus agat, morientumq̃ ora furenti
Hippomedon proculcet equo, Capaneáque pinus
Iam procul Aonijs volet agnoſcenda cateruis.
Tydeos illa dies, illum fugiuntq̃ tremuntq̃,
Clamantem: Quo terga datis? licet ecce peremptos
Vlciſci ſocios, mœſtamq̃ rependere noctem.
Ille ego inexpletis ſolus qui cædibus hauſi
Quinquaginta animas totidẽ, totidẽq̃ gregatim
Ferte manus, nulline patres, nulliq̃ iacentum
Vnanimes fratres? qua tanta obliuia luctus?
Quàm pudet Inachius contẽptũ abiiſſe Mycenas?
Hinc ſuper Thebis? hæc robora regis? vbi autem
Egregius dux ille mihi? ſimul ordine leuo
Ipſum exhortantem cuneos, capitiſq̃ ſuperbi
Inſignem fulgore videt, nec ſegnius ardens

Accurrit,

*vv. lumina.

*vv. vallunt.

Accurrit, niueo quàm flammiger ales olori
Imminet, & magna trepidum circũligat vmbra
Tunc prior, Aoniæ rex ô iustissime gentis
Imus in arma palàm, tandemq; ostendimus enses?
An noctem & solitas placet expectare tenebras?
Ille nihil contra, sed stridula cornus in hostem
It referens mandata ducis, quam prouidus heros
Iam iam in fine viæ percussam obliquat, & ipse
Telum ingens auidè, & quanto non ante lacerto
Impulit: ibat atrox finem impositura duello
Lancea, conuertêre oculos vtrinque fauentes
Sidonij, Graijq; dei, crudelis Erinnys
Obstat, & infando differt Etheoclea fratri.
*Cuspis in armigerũ Phlegyã peccauit, * vbi ingẽs* * vv. ibi.
Pugna virúm, strito nam seuior irruit ense
Ætolus, retroq; datum Thebana regebant
Arma ducem, sic densa Lupũ iam nocte sub atra
*Arcet ab * oppresso pastorum turba iuuenco:* * l. apprenso.
Improbus erigitur contra, nec cura vetantes
Impetere, illum semel in quem venerat, vrget.
Non secus obiectus acies, turbamq; minorem
Dissimulat, transitq; manu, tamen ora Thoantis
Pectora Deilochi, Cleonÿ latus, ilia torui
Perforat Hippotadæ, truncis sua mẽbra remittit,
Interdum galeásque rotat per nubila plenas,
Et iam corporibus sese, spoliisq; cadentum
Clauserat vnum acies circùm consumitur, vnũ
Omnia tela vouent, summis hæc ossibus hærent,
Pars frustrata cadunt, partem Tritonia vellit,

Multa regent clypeo, denſis iam conſitus haſtis
Ferratum quatit umbo nemus, tergoq; fatiſcit
Atque humeris gentilis aper: nuſquā ardua coni
Gloria, quippe apicem torua Gradiuus habebat
Caſſidis, haud latum domino ruit omen: inuſta
Temporibus nuda ara ſedent, circumq; ſonori
Vertice percuſſo, voluuntur in arma molares.
Iam cruor in galea, iam ſaucia proluit ater
Pectora, permixtus ſudori, & ſanguine torrens.
Reſpicit horrentes ſocios, & Pallada fidam
Longius oppoſita calantem lumina parma.
Ibat enim magnum lachrymis inflectere patrem.
Ecce ſecat Zephyros, ingentem fraxinus iram
Fortunamq; ferens, telinon eminet author.
Aſtacides Menalippus erat, nec prodidit ipſe,
Et vellet, latuiſſe manum, ſed gaudia turma
Moſtrabant trepidum, nam flexus in ilia Tydeus
Submiſſum latus, & clypei laxauerat orbem.
Clamorem Aonij tollunt, gemitumq; Pelaſgi,
Obiectantq; manus indignantemq; tuentur.
Ille per oppoſitos, longè rimatus, amorum
Aſtaciden, totis animaſe cogit in ictum
Reliquijs, telumq; iacit, quod proximus Hopleus
Præbuerat, perit expreſſus conamine ſanguis.
Tum triſtes ſocij cupidum bellare, (quis ardor!)
Et poſcentem haſtas, mediaq; in morte negantem
Expirare, trahunt, ſummiq; in margine campi
Effultum, gemina litera inclinantia parma
*Ponunt, ac ſaui redituru*m ad præmia Martis,*

Promit

vv. miſcent.

Lpralia.

Promittunt flentes, sed & ipse recedere cœlum,
Ingentesq; animos extremo frigore labi
Sensit, & innixus terræ, Miserescite, clamat,
Inachida, non ossa precor referantur vt Argos,
Ætolúm ve larem, neq; enim mihi cura supremi* *i. suprema.
Funeris, odi artus, fragilemq; hunc corporis vsum
Desertorem animi, caput, ô caput, ô mihi si quis
Adportet Menalippe tuum, nam volueris aruis,
Fido equidem, nec me virtus suprema fefellit.
I precor Atrei si quid tibi sanguinis vnquam* *I. Arcadij.
Hippomedon, vade O primis puer inclyte bellis
Arcas, & Argolica Capaneu iã maxime turma.
Moti omnes, sed primus abit, primusq; repertum
Astaciden, medio Capaneus è puluere tollit
Spirantem, leuaq; super ceruice reportat,
Terga cruentantem concussi vulneris vnda.
Qualis ab Arcadio rediit Tyrinthius antro,
Captiuumq; suem clamantibus intulit Argis.
Erigitur Tydeus, vultuq; occurrit & amens
Lætitiáque, iráque, vt insultantia vidit
Ora, trahique oculos, seséque agnouit in illo:
Imperat abscessum porgi, leuáque receptum
Spectat atrox hostile caput, gliscitq; tepentis
Lumina torua videns, & adhuc dubitantia figi,
Infœlix contentus erat, plus exigit vltrix
Tisiphone, iámque inflexo Tritonia patre
Venerunt, & misero decus immortale ferebat,
Atque illum effracti perfusum tabe cerebri
Aspicit, & viuo scelerantem sanguine fauces.

Nec comites auferre valent, ſtetit aſpera Gorgon
Crinibus emiſſis, rectiq; ante ora Ceraſta
Velauere deam, fugit auerſata iacentem
Nec priꝰ aſtra ſubit, quàm myſtica lãpas, & insõs
Eliſos multa purgauit lumina lympha.

P. STATII PAPINII THEB. LIBER IX.

ASperat Aonios rabies audita cruenti
Tydeos, ipſi etiam minus ingemuere iacẽtẽ
Inachidæ, culpantq; virum, & rupiſſe queruntur
Fas odij, quin te diuã implaci diſſime, quãquam
Præcipuum tunc cædis opus Gradiue furebas,
Oſſenſum virtute ferunt, nec comminus ipſum
Ora, ſed & trepidos retro torſiſſe iugales.
Ergo profanatum Menalippi funus acerbo
Vulnere, non alijs vltum Cadmeia pubes
Inſurgunt ſtimulis, quàm ſi turbata ſepulchris
Oſſa patrum, monſtriſq; data crudelibus vrnæ,
Accendit rex ipſe ſuper, quiſquámne Pelaſgis
Mitis adhuc? hominẽq; gerit? iam morſibus vncis
(Prô furor! vſque adeò tela exaturauimꝰ?) artus
Dilacerant, nónne Hircanis bellare putatis
Tigribus? aut ſæuos Libyæ contraire Leones?
Et Nunc ille iacet (pulchræ ô ſolatia leti)
Ore tenens hoſtile caput, dulcîque nefandus
Immoritur tabo, nos ferrum mite, facéſque:

Illis

Illis nuda odia, feritas iam non eget armis.
Sic peragant rabidi, claraq; hac luce fruantur
Dũ videas hæc sũme pater, sed enim hiscere cãpos
Conquesti, terræq; fugam mirantur, an istos
Vel sua portet hamus-magno sic fatus agebat
Procursu fremitúq; viros, furor omnibus idem.
Tydeos inuisi spoliis, raptoq; potiri
Corpore, non aliter subtexunt astra caterua
Incœstarum auium, longè quibus hora nocentem
Æëra desertasq; tulit sine funere mortes.
Illo auidæ cùm voce ruunt, sonat arduus æther
Plausibus, & cœlo volucres cessere minores.
Fama per Aonium rapido vaga murmure cãpum
Spargitur in turmas, solito pernicior index
Cûm lugenda refert, donec cui maxima fando
Dãna vehit, trepidas lapsa est Polynicis ad aures.
Diriguit iuuenis, lachrymæq; hæsere paratæ,
Et cunctata fides, nimium nam cognita Virtus
Oenidæ, credi letum suadet q3, vetat q3.
Sed postquã haud dubio clades authore reperta est
Nox oculos, mentémque rapit, tum sanguine fixo
Mẽbra simul, simul arma ruũt, madet ardua fletu
Iam galea, atque ocreæ clypeũ excerpere cadentẽ.
It mœstus genua ægra trahens, hastãq; sequẽtem
Vulneribus seu mille grauis, totoq; per artus
Saucius, assistunt socij, monstrántque gementes.
Tandem ille abiectis, vix quæ portauerat, armis
Nudus in egregij vacuum iam corpus amici
Procidit, & tali lachrymas cum voce profudit.

Hasne tibi armorum spes ô suprema meorum
Oenide grates? hæc præmia digna rependi?
Nudus vt inuisa Cadmi tellure iaceres
Sospite me? nunc exul ago, æternumq; fugatus
Quãdo alius misero, ac melior mihi frater adépti
Nec iam sortitus veteres, regniq; nocentis
Periurum diadema peto, quo gaudia tanti
Empta mihi? aut sceptrũ quod nõ tua dextera * al. tradent.
Ite viri, solumq; fero me linquite fratri? (cadet
Nil opus arma vltra tentare, & perdere mortes:
Ite precor, quid iam dabitis mihi denique maius?
Tydea consumpsi, quanam hunc ego morte piabo?
O socer, O Argi, & prima bona iurgia noctis,
Alternæq; manus, & longi pignus amoris l.h. c.
Ira breuis, non me ense tuo tunc maxime Tydeu,
(Et poteras) nostri mactasti in limine Adrasti?
Quin etiam Thebas me propter, & impia fratris
Tecta libens, vnde haud alius remeasset, adisti:
Ceu tibimet sceptra, & proprios, laturus honores:
Iam Telamona pium, iam Thesea fama tacebat.
Qualis, & ecce iaces? qua primum vulnera mirer
Quis tuus hic, quis ab hoste cruor? qua te agmina?
Innumeri strauere globi? ni fallor, & ipse (quive
Inuidit pater, & tota Mars impulit hasta
Sic ait, & mœrens etiamnum lubrica tabo
Ora viri tergis lachrymis dextramq; reponit.
Túne meos hostes hucusque exosus & vltra
Sospes ego? exuerat vagina turbidus ensem
Aptabátque neci: comites tenuere socerque

Castigat

Castigat, belliq; vices, ac fata reuoluens
Solatur tumidum, longeq; à corpore caro
Paulatim vnde dolor, letiq; animosa voluntas
Amouet, ac tacitè ferrum inter verba reponit.
Ducitur, amisso qualis conserte laborum
Deserit inceptum media inter iugera sulcum
Taurus iners, colloq; iugum deforme remisso
Parte trahit, partem lachrymans sustentat arator
Ecce autem hortatus Etheoclis, & arma sequuta
Lecta manus, iuuenes, quos nec Tritonia bello
Nec prope collata spreuisset cuspide Mauors
Aduentat contra collecta vt pectora parma
Fixerat, atque hastam longè protenderat, haret
Arduus Hippomedon, seu fructibus obuia rupes,
Cui neque de cœlo metus, & fracta aquora cadũt
Stat cunctis immota minis, timet ipse regentem
Pontus, & ex alto miseras nouere carinas.
Tunc prior Aonides validam simul elicit hastam
Non pudet hos Manes (hoc infamantia bellum
Funera, diis coram, & cœlo inspectante tueri?
Scilicet egregius sudor memorandáque Virtus,
Hanc tumulare feram? nec non mœrentibus Argos
Exequiis lachrymandus eat? molliq; pheretro
Infandam eiectans saniem? dimittite curam
Nulla illum volucres, nulla impia mõstra, nec ipsi
Si demus, pius ignis edat, nec plura sed ingens
Intorquet iaculum, duro quod in ære moratum,
Transmissumq; tamen clypei stetit orbe secundo.
Inde Pheres, acerq; Lycus, sed cassa pheretris

Hasta redit Lycus excelso terrore comantem
Perstrinxit galeam, conuulsa cuspide longè
Diffugere iuba, patuitq; in gloria cassis,
Ipse nec ire retro, nec in obuia concitus arma
Exilit, inque eadem sese vestigia semper
Obuersus cunctis profert, recipitq;, nec vnquam
Longius indulget dextra, motusq; per omnes
Corpus amat, corpus seruans, circúmq;, supráq;
Vertitur imbellem non sic amplexa iuuencum
Infestante lupo, cum primum fœta tuetur
Mater, & ancipiti circumfert cornua gyro.
Ipsa nihil metuens, sexusq; oblita minoris
Spumat, & ingentes imitatur fœmina tauros.
Tandem intermissa iaculantum nube potestas
Reddere tela fuit, namq; & Sycionius Alcon
Venerat auxilio. Pisaúque prapetis Ida
Turba subit, cuneúmq; replent, his fretus in hostes
Lernæam iacit ipse trabem, volat illa sagittis
Æqua fuga, mediúmque nihil cunctata Polytē
Trāsabit, & iniunctī clypeū cauat improba Mopsi.
Phocea tunc Cydona, Tanagraumq; Phalantum,
Atq; Ericē, hunc retro conuersum, & tela petentē
Dum spes nulla necis, crinito à vertice figit.
Faucibus ille cauis hastam non ore receptam
Miratur moriens, paritérque & murmure plenus
Sanguis, & expulsi salierunt cuspide dentes.
Ausus erat furta dextram iniectare Leonteus
Pone viros, atq; arma latens, positumq; trahebat
Prenso crine caput vidit, quamquā vndiq; crebra

Hippo

Hippomedon ante ora minæ, sanoq́ proteruam
Abstulit ense manũ, simul increpat. Hãc tibi Ty-
Tydeus ipse recepit, post & confecta virorũ deus,
Fata time, magnosq́ miser fuga tangere manes.
Ter Cadmæa Phalanx toruũ abduxere cadauer
**Terq́ trahunt Danai. Siculi velut anxia puppis* v. ter retrahũt.
Seditione maris, ne quicquam obstante magistro
*Errat, & *aduerso redit in vestiga velo.* v. auerso.
Non ibi Sidoniæ valuissent pellere cepto
Hippomedõta manus, non illum impacta mouerẽt
Tormenta oppositum, formidatiq́ superbis
Turribus impulsus tentato vmbone redissent.
Sed memor Elysij regis, noxaq́ retexens
Tydeos, in medios æstu subit impia campos v. recensens.
Tisiphone, sensere acies, subitusq́ cucurrit
Sudor equis, sudorq́ viris, quamquam ore remisso
Inachium fingebat Halym, nusquam impius ignis
Verberáque & iussi tenuere silentia crines.
Arma gerit, iuxtáque feri latus Hippomedontis
Blandæ genas, vocemq́ venit, tamẽ ille loquentis
Extimuit vultus, admiratúrque timorem.
Ille autẽ lachrymans, Tu nunc ait inclyte frustra
Exanimes socios, inhumatáque corpora Graium,
(Scilicet is nobis metus? aut iam cura sepulchri?)
Protegis, ipse manu, Tyria iam captus Adrastus
Raptatur, teque ante alios, te voce manuq́
Inuocat, heu qualem versare in sanguine vidi
Exutum canos lacero dizdemate crines
Nec procul hinc, aduerte oculos, vbi plurimus ille

Puluis, vbi ille globus paulo ſtetit anxius Heros,
Librat q3 metus, premit aſpera virgo, quid hæres?
Imus? an hi retinent manes? & vilior ille
Qui, ſupereſt? miſerum ſocius opus, & ſua mandat
Prælia, & vnanimi vadit deſertor amici
Reſpiciens tamen, reuocent, ſi ſorte, paratus,
Inde legens turbata trucis veſtigia diua,
Huc illuc ruit fruſtra ruit auius: impia donec
Eumenis ex oculis, reiecta cærula parma
Fugit & innumeri galeam rupere ceraſtæ.
Aſpicit infœlix diſcuſſa nube quietos
Inachidas, currumq; nihil metuentis Adraſti.
Et Tyrij iam corpus habent, iam gaudia magna
aderat. *Teſtantur voces, victrq3 vluiatus* inerrat
Auribus, occultóq3 ferit præcordia luctu
Ducitur hoſtili (prò dura potentia fati)
Tydeus ille ſolo, modo cui Thebana ſequenti
Agmina, ſiue gradũ, ſeu frena effunderet, ingens
Limes vtrinq3 dat°, nuſquã arma manuſq3 quieſ-
(Nulla viri feritas) iuuat ora rigẽtia leto, (cunt.
Et formidatos impune laceſſere vultus.
Hic amor, hoc vna timidi, forteſq3 ſequuntur
Nobilitare manus, infectáque ſanguine tela
Coniugibus ſeruant, paruiſq3 oſtendere natis,
Sic vbi Maura diu populatum rara leonem,
Qua propter, clauſiq3 greges, vigilantq3 magiſtri,
Paſtorum laſſæ debellauere cohortes:
Gaudet ager, magno ſubeunt clamore colũni.
Præcerpuntq3 iubas, immaniaq3 ora recidunt,

Dam

Damnaq; commemorãt, seu iã sub culmine fixus
Excubat, antiquo seu prodiget gloria luco
At ferus Hippomedon quamquã iam sentit inane
Auxilium, & seram rapto pro corpore pugnam,
It tamen, & cæcum rotat irreuocabilis ensem.
Vix socios, hostémque nihil dum tardet euntem
Secernens, sed sede noua iam lubrica tellus
Armaq; semineceq; viri, curruq; soluti
Impediunt, lauúmque femur, quod cuspide fixum
Regis Echionij, seu dissimulauerat ardens,
Siue ibi nescierat mœstum videt Hopplea tãdem
Tydeos hic magni fidus comes, & modo frustra
Armiger, alipedem preno ceruice tenebat
Fatorum ignarum domini, solúmque frementem
Quod vacet, inque audentior ille pedestres.
Hunc aspernantem tumido noua pondera tergo
(Vnum quippe manũ domitis expertus ab amnis)
Corripuit, affaturq;, quid ó noua iussa recusas
Infœlix sonipes? nusquam tibi dulce superbi
Regis onus: non iam Ætolo satiabere campo,
Gaudentemq; iubam per stagna Acheloia solues.
Quod superest, caros i saltem vlciscere manes,
Aut sequere, extorrẽ neu tu quoq; læseris vmbrã
Captiuus, tumidumq; equitem post Tydea portes.
Audisse, accensúmque putes hoc fulmine raptum
Abstulit, & similes minus indignatur habenas.
Semifer aeria talis Centaurus ab Ossa
Desilit in valles, ipsum nemora alta tremiscunt,
Campus equum trepidi cursu glomerantur anhelo

Lab

Labdacida, premit ille ſuper, inopináque ferro
Colla metens, linquit truncos poſt terga cadentes.
Ventum erat ad fluuium ſolito tunc plenior alueo
Signa mali, magna ſe mole Iſmenos agebat.
Illa breuis requies, illo tumida agmina laſſam
De campis egere fugam, ſtupet hoſpita belli
Vnda viros, cluráque armorum incẽditur vmbra.
*Inſiluere vadis, *magno ſtridore ſolutus*
Agger, & aduerſa latuerunt puluere ripa.
Ille quoque hoſtiles ſaltu maiore per vndas
Irruit attonitis (longum dimittere habenas)
Sicut erat, tantum viridi defixa parumper
Ceſſpite populeo commendat ſpicula trunco.
Tunc vero exanimes tradunt rapientibus vltro
Arma vadis, alij demiſſa caſſide quantum
Tendere conatus animæ valuere ſub vndis,
Turpe latent, multi fluuium tranſmittere nãdo
Aggreſſi, ſed vincla tenent, lateriq; repugnant
Balteus, & madidus deducit pectora thorax.
Qualis cæruleis tumido ſub gurgite terror
Piſcibus, arcani quoties deuexa profundi
Scrutantẽ Delphina vident, fugit omnis in imos
Turba lacus, viridéſque metu ſtipantur in algas.
Nec primus emerſi quã ſumma per æquora flexus
Eminet, & viſis malit certare carinis.
Talis agit ſparſos, mediiſq; in fluctibus heros
Frena manu pariter, pariter regit arma, pedumq;
Remigio ſuſtentat equum, conſuetáque campo
Fluctuat, & merſas leuis vngula quærit arenas.

v. magno que tragore.

Ster

Sternit Hyoma Chromys, Chromin Antiphus,
Antiphon Hipſeus.
Hypſeus Aſtyagen, euaſurúmque relicto
Amne Linum,, ni fata vetent, & ſtamine primo
Ablatum tellure mori, premit agmina Thebes
Hippomedon, turbat Danaos Aſopius. Hypſeus
Amnis vtrumq; timet, craſſo vada mutat vterq;
Sanguine, & à fluuio neutri fatale reuerti.
Iam laceri pronis voluuntur curſibus artus
Oráque & abſciſa redeunt in pectora dextra.
Spicula iam clypeóſque leues arcuſq; remiſſos
Vnda vehit, galeaſq; vetant deſcendere criſta
Summa vagis latè ſternuntur flumina telis,
Ima viris, illic luctantur corpora leto
Efflanteſq; animas retro premit obuius amnis
Flumineam rapiente vado puer Agrius vlmum
Prenderat, inſignes humeros ferus enſe Menœceus
Amputat ille cadens nondum conamine adempto,
Truncus in excelſis ſpectat ſua brachia ramis.
Hypſeos haſta Sagen ingenti vulnere merſit,
Ille manet fundo, redit pro corpore ſanguis.
Deſiluit ripis fratrem rapturus Agenor
Heu miſer, & tenui, ſed facius ille leuantem
Degrauat amplexu poterat reſolutus Agenor
Emerſiſſe vadis, puduit ſine fratre reuerti.
Surgentem dextra Chaletũ, vulnuſq; minantem
Sorbebat rapidus nodato gurgite vortex,
Iam vultu, iam crine latet, iam dextera nuſquã,
Vltimus abruptas enſis deſcendit in vndas.

Mille modis leti, miseros, mors vna fatigat,
Induit à tergo Mychalesia cuspis Agyrien,
Respexit, nusquã author erat, sed concita tractu
Gurgitis effugiens inuenerat hasta cruorem.
Figitur, & validos sonipes Ætolus in armos,
Exiluitq; altè vi mortis, & aera pendens
Verberat, Haud tamẽ est turbatus flumine ductor
Sed miratur equus, magnoq; è vulnere telum
Exuit ipse gemens, & sponte remisit habenas.
Inde pedes repetit pugnas, gressuq; manuq;
Certior, & segnem Nomina fortémque Mimãta,
**Thebanumq; Lycan, Antedoniumq; Lycetum*
Continuat ferro, geminisq; è fratribus vnum
Thespiaden, eadem poscenti fata Panemo
Viue superstes ait, diraq; ad mœnia Thebes
Solus abi, miseros non decepture parentes.
Dij bene quod pugnas rapidum deiecit in amnem
Sanguinea Bellona manu, trahit vnda timentes
Gurgite gentili, nuda nec flebilis vmbra
Stridebit vestros Tydeus inhumatus ad ignes.
Ibitis æquoreis crudelia pabula monstris
Illum terra vehit, suaq; in primordia soluit.
Sic premit aduersos, & arcebat vulnera dictis.
Et nunc ense furit, nunc tela natantia raptans
Ingerit inuptæ comitem Therona Diane
Ruricolamq; Hyan, cum fluctiuago Erigyno,
Intonsúmq; Hersen, contemptorémque profundi
Crethea, nimbosam qui sæpe Caphareos arcem
Euboicasq; hyemes, parua transfugerat alno.

1. Phœbeũque.

Quid

Quid non fata queant? traiectus pectora ferro
Voluimur in fluctus, heu cuius naufragus vnda!
Te quoq; sublimi transnantem flumina curru
Dum socios Pharsale petis, resupinat ademptis
Dorica cuspis equis, illos violentia saui
Gurgitis, infœlixq; iugi concordia mergit. (dis
Nũc age quis tumidis magnũ* expugnauerit vn- *l. lineinauerit.
Hippomedonta labor, cur ipse excitus in arma
Ismenos, docta nosse indulgete sorores.
Vestrũ opus ire retro, & senium defendere fama.
Gaudebat Fauno, nymphaque Ismenide natus
Maternis bellare tener Crenæus in vndis:
Crenæus, cuĩ prima dies ingurgite fido
Et natale vadum & virides cunabula ripæ.
Ergo ratus nihil Elysias ibi posse sorores,
Lætus adulantem, nunc hoc nunc margine ab illo
Transit auũ, leuat vnda gradus, seu destruus ille,
Siue obliquus erat, nec cum subit obuius vllas
Stagna dedere moras, pariterq; reuertitur amnis.
Non Anthedonij tegit hospitis inguina pontus
Blandior, æstiuo nec se magis æquore Triton
Exerit, aut cæra festinus, ad oscula matris
Cum remeat, tardumq; ferit delphina Palæmon
Arma decent humeros, clypeusq; insignis, & auro
Lucidus Aonia calatur origine gentis.
Sidonis hic blandi, per candida terga iuuenci
Iam secura maris, teneris iam cornua palmis
Non tenet, extremis alludunt æquora plantis
Ire putes clypeo, fluctusq; cæcare iuuencum

Ad

Adiuuat vnda fidem, pelago nec diſcolor amnis
Tunc audax pariter telis, & voce proterua
Hippomedonta petit, non hac fœcunda veneno
Lerna, nec Herculeis hauſta ſerpentibus vndis.
Sacrũ amnem, ſacrũ & miſer experiere, deũ qui
Altrices irrumpis aquas, nihil ille, ſed ibat
Comminus, oppoſuit cumulo ſe dentior amnis
Tardauitq; manum, vulnus tamen illa retentum
Pertulit, atque animæ tota in penetralia ſedit.
Horruit vnda nefas, ſylvæ fleuiſtis vtraque.
Et grauiora cauæ ſonuerunt murmura ripæ.
Vltimus ille ſonus moribundo emerſit ab ore
Mater, in hanc miſeri ceciderunt flumina vocem
At genitrix cœtu glaucarum cincta ſororum
v. valle. *Protinus icta malo, vitrea de*rupe ſolutis*
Exiliit furibunda comis, ac verbere crebro
Oráque pectoráq;, & viridẽ ſcidit horrida veſtẽ.
Vtque erupit aquis, iterumq; trementi
Ingeminat Crenee ſono, nuſquam ille, ſed index
Deſuper, ah miſeræ nimium noſcenda parenti,
Parua natat, iacet ille procul, qua mixta ſupremũ
Iſmenon primi mutant confinia ponti.
Fluctiuagam ſic ſæpe domum, madidoſq; penates
Halcyone deſerta gemit, cum pignora ſæuus
Auſter, & algentes rapuit Thetis inuida nidos.
Mergitur orba iterũ, penitúſque occulta ſub vndis
Limite non vno liquidum qua ſubter eunti
Lucet iter, miſeri nequicquam funera nati
Veſtigat, plangitq; tamen, ſæpe horridus amnis

Obſtat

Obstat, & obducto caligant sanguine visus.
Illa tamen præceps in tela offendit & enses,
Scrutatúrque manu galeas, & prona reclinat
Corpora, nec ponto summeta intrabat amaram.
Dorida, possessum donec iam fluctibus altis
Nereidum miserata cohors, ad pectora matris
Impulit, illa manu ceu viuum amplexa repertat.
Insternitq; toris riparum, atque humida siccat
Mollibus ora comis, atque hæc vlulantibus addit.
Hoc tibi semidei munus tribuere parentes?
Nec mortalis auus? sic nostro in gurgite regnas?
Mitior heu misero discors, alienáque tellus,
Mitior vnda maris, quæ iuxta flumina corpus
Rettulit, & miseram visa expectasse parentem.
Hine mei vultus? hæc torui lumina patris?
Hi crines vndantis aui? tu nobile quondam
Vndarum, nemorúmque decus, quo sospite maior
Diua, & nympharum longè regina ferebar.
Heus vbinã ille frequens modò circa limina ma-
Ambitus? orantesq; tibi seruire Napææ? (tris
Cur nunc tu melius sæuo mansura profundo
Amplexu misero tumulis Crenee reporto,
Non mihi? nec tantæ pudet (heu) miseretq; ruinæ
Dure parens? quæ te alta & ineluctabilis imo
Condidit amne palus? quò iam nec cruda nepotis
Funera, nec nostri valeant perrumpere planctus?
Ecce furit, iactátque tuo se in gurgite maior
Hippomedon, illum, ripæq;, vndæq; tremiscunt.
Illius impulsu nostrum bibit vnda cruorem.

Tu piger, & trucibus facilis ſeruile Pelaſgis.
*Ad cineres ſaltem, ſupremáque * buſta tuorum* vv. iuſta.
Saue veni, non hic ſolum accenſure nepotem.
His miſcet planctus, multúmque indigna cruẽtat
Pectora, cærulea referunt lamenta ſorores.
Qualiter Iſthmiaco nondum Nereida portu
Leucothean planxiſſe ferunt, dum pectore anhelo
Frigidus in matrem ſæuum mare reſpuit infans.
At pater arcano reſidens Iſmenos in antro
Vnde aura, nubéſque bibũt, atque imbrifer Arcu:
Paſcitur, & Tyrios melior venit amnis in agros *l. naſcitur.
Vt lamenta procul (quamquam obſtrepit ipſe) nouóſque
Accepit natæ gemitus, leuat aſpera muſco
Colla, grauémque gelu crinem, cecidit q3 ſoluta
Pinus adulta manu, dimiſſáq3 voluitur vrna.
Illum per ripas annoſo ſcrupea limo
Ora exertantem ſylua, fluuiiq3 minores
Mirantur, tantus tumido de gurgite ſurgit.
Spumoſum attollens apicem, lapſúque ſonoro
Pectora cærulea riua manantia barba.
Obuia cognatos gemitus, caſúmque nepotis
Nympharũ docet vna patrẽ, mõſtratq3 cruentum
Authorem, dextrámq3 premit, ſtetit arduus alto
Amne, manuq3 genas, & nexa virentibus vlmis
Cornua concutiens, ſic turbidus ore profundo
Incipit. Hunc ne mihi ſuperum regnator honorem
Quod toties hoſpéſq3 tuis & conſcius actis,
(Nec memorare timor) falſa nunc improba frõte

Cor

Cornua, nunc vetitam currus disiungere Phœbē,
Dotalésque rogos, deceptaq; fulmina vidi
Præcipuósque alui natorum? an vilis & illis
Gratia? ad hunc certè repsit Tyrinthius amnem.
Hac tibi flagrātem Bromium restinximus vnda
Aspice quas fluuio cædes, quæ funera portem
Continuus, telis, altóque adopertus aceruo
Omne vadum belli series tenet, omnis anhelat
Vnda nefas, subtérque animæ, supráque recentes
Errant, & geminas iungunt caligine ripas.
Ille ego clamatus sacris vlulatibus amnis,
Qui molles thyrsos, Bacchæáque cornua puro
Fonte lauare feror, stipatus cædibus arctas
In freta quæro vias, non Strymonos impia tanto
Stagna cruore natant, non spumifer altius Ebrus
Gradiuo bellante rubet, nec te admonet altrix
Vnda, tuasq; manus iam pridem oblite parentum
Liber? an Eous meliùs pacatur Hydaspes?
At tu qui tumidus spoliis, & sanguine gaudes
Insontis pueri, non hoc ex amne potentem
Inachon, aut suas victor reuehere Mycenas,
Ni mortalis ego, & tibi ductus ab æthere sanguis.
Sic ait infrendens, & sponte furientibus vndis
Signa dedit, mittit gelidus montana Citharon
Auxilia, antiquasq; niues, & pabula bruma
Ire iubet, frater tacitas Asopos eunti
Conciliat vires, & hiulcis flumina venis.
Suggerit, ipse cauæ scrutatur viscera terræ,
Stagnáque, torpentésque lacus, pigrásque paludes

excitat. * *Excutit, atque auidos tollens ad ſydera vultus*
Humentes nebulas exhaurit, & aëra ſiccat.
Iámque ſuper ripas vtróque extantior ibat
Aggere, iam mediũ modo qui ſuperauerat amnẽ
Hippomedon intactus aquis, humeroſq́, manúſq́
Miratur creuiſſe vadum, ſeſéque minorem.
Hinc atque hinc timidi fluctus, animoſáq́ ſurgit
Tempeſtas inſtar pelagi, cùm Pleiadas haurit,
Aut nigrum trepidis impingit Oriona nautis.
Non ſecus aquoreo, iactat Theumeſius amnis
Hippomedonta ſalo, ſempérque vmbone ſiniſtro
Tollitur, & clypeum nigrante ſuperuenit æſtu
Spumeus aſſultans, fractáque refunditur vnda,
Et cumulo maiore redit, nec mole liquenti
Contentus, carpit putres ſeruantia ripas
Arbuſta, annoſáſque trabes, eiectáque fundo
Saxa rotat, ſtat pugna impar, amniſq́, viriq́
Indignante deo, nec enim dat terga, nec vllis
Frangitur ille minis, venientéſque obuius vndas
Intrat, & obiecta diſpellit flumina parma.
Stant terra fugiente gradus, & poplite tenſo
Lubrica ſaxa tenet, genibúſque obnixus, & harẽs
Subruta fallaci ſeruat veſtigia limo.
Sic etiam increpitans: Vnde hæc Iſmene repentè
Ira tibi? quóve has traxiſti gurgite vires
Imbelli famulate deo? ſolúmque cruorem
Fœmineis experte choris, cúm Bacchica mugit
Buxus, & inſanæ maculant trieterida matres?
Dixerat, atque illi ſeſe deus obtulit vltro

Turbidus

Tubidus imbre genas, & male natantis arena. *l.nube
Nec ſauit dictis, trunca ſed pectora quercu
Ter, quater, oppoſiti, quãtum ira deúſq; valebant,
Impulit aſſurgens, tandem veſtigia flexit,
Excuſſámque manu tegmen, conuerſáque lentè
Terga refert, inſtant vndæ, ſequitúrque labãtem
Amnis ouans, nec non ſaxis, & grandine ferri
Deſuper infeſtant Tyrij, geminóque repellunt
Aggere, quid faciat bellis obſeſſus, & vndis? 190
Nec fuga iam miſero, nec magnæ copia mortis,
Stabat graminea producta crepidine ripa
Vndarum ac terræ dubio, ſed amicior vndis
Fraxinus, ingentiq; vadum poſſederat vmbra.
Huius opem (nam quà terras inuaderat?) vnca
Arripuit dextra: nec pertulit illa trahentem.
Sed maiore ſupra, quàm ſtabat pondere victa
Soluitur, & quà ſtagna ſubit radice, quibúſque
Arentem mordebat humum, demiſſa ſupernè
Iniecit trepido ſeſe, ripámque nec vltra 500
Paſſurum ſubitæ vallauit ponte ruinæ,
Huc vndæ coeunt, & ineluctabile cœnum
Vorticibúſque cauis ſedit, creſcitq; barathrum.
Iámque humeros, iam colla ducis ſinuoſa vorago
Circuit, hic demum victus ſuprema fateri (ges
Exclamat, Fluuióne (pudet!) Mars inclyte mer-
Hanc animam? ſegnéſque lacus & ſtagna ſubibo
Ceu pecoris cuſtos, ſubiti torrentis iniquis
Interceptus aquis? adeóne occumbere ferro
Non merui? tandem precibus commota Tonantem 510

Iuno subit: Quo nam miseros sator inclyte diuum
Inachidas? quonã vsque premes iã Pallas & odit
Tydea, iam rapto tacuerunt angure Delphi.
En meus Hippomedon, cui gentis origo Mycena
Argoliciq; lares, numénque ante omnia Iuno
(Sic ego fida meis?) pelagi erudelibus ibit
Præda feris? certè tumulos, supremáque victis
Busta dabas, vbi Cecropiæ post prælia flammæ?
Theseos ignis vbi est? non spernit coniugis aquas.
Ille preces, leuitérque oculos ad mœnia Cadmi
Rettulit, & ipso sederunt flumina nutu.
Illius exangues humeri, & perfossa patescunt
Pectora ceu ventis altè conflata resedit
Tempestas, surgunt scopuli, quæsitáque nautis
Terra, & ab infestis descendunt æquora saxis
Quid ripas tenuisse iuuat? premit vndiq; nimbo
Telorum Phœnissa cohors; nec tegmina membris
Vlla, omniq; patet leto, tunc vulnera manant,
Quiq; sub amne diu stupuit cruor, aëre nudo
Soluitur, & tenues venarum laxat hiatus,
Incertiq; labant vndarum frigore gressus.
Procumbit. Getico qualis procumbit in Aemo
Seu Boreæ furiis, putri seu robore quercus
Cœlo mixta comas, ingentémque aëra laxat
Illam nutantem nemus, & mos ipse tremiscit
Qua tellure cadat, quas obruat ordine syluas,
Non tamẽ aut ensem, galeámve audacia cuiquã
Tangere, vix credunt oculis, ingentiaq; horrent
Funera, & astrictis accedunt comminus armis.

Tan

Tandẽ adiit Hypſeus; capulumq; in morte tenẽti
Extrahit, & toruos laxauit caſſide vultus.
Itq; per Aonios altè mucrone coruſco
Suſpenſam oſtentans galeam, & clamere ſuperbit
Hic ferus Hippomedon, hic formidabilis vltor
Tydeus infandi, debellatórque cruenti
Gurgitis, agnouit longè, preſſitq; dolorem
Magnanimus Capaneus, telumq; immane lacerto
Hortatur librans. Ades ô mihi dextera tantum
Tu præſens bellis, & ineuitabile numen,
Te voco, te ſolam ſuperum contemptor adoro.
Sic ait, & voti ſeſe facit ipſe potentem.
It tremebunda abies, clypeumq; per ærea terga
Loricæ, tandémque animam ſub pectore magno
Deprendit, ruit haud alio quàm celſa fragore
Turris vbi innumeros penitus quaſſata per ictus
Labitur, effractamq; aperit victoribus vrbem.
Cui ſuper adſiſtens, non inficiamur honorem
Mortis ait: refer huc oculos, ego vulneris author.
Lætus abi multumq; aliis iactantior vmbris.
Tunc enſem, galeamq; rapit, clypeúmque reuellit
Ipſius, exanimémque tenens ſuper Hippomedonta,
Accipe, ait, ſimul hoſtiles dux magne, tuaſq;
Exuuias, veniet cineri decus, & ſuus ordo
Manibus, interea iuſtos dum reddimus ignes
Hoc vltor Capaneus operit tua mẽbra ſepulchro.
Sic anceps dura belli vice mutua Graiis
Sidoniiſq; ſimul nectebat vulnera Mauors,
Hic ferus Hippomedon, illic non ſegnior Hypſeus

Fletur, & alterni præbent solatia luctus.
Tristibus interea somni turbata figuris*
Torua sagittiferi mater Tegeatis Ephebi.
Crine dato passim, plantiq; ex more solutis
Ante diem gelidas ibat Ladonis ad vndas,
Purgatura malum fluuio viuente soporem.
Námque per attonitas curarum pondere noctes,
Sæpe & delapsas adytis, quas ipsa dicarat
Exuuias, séque ignotis errare sepulchris
Extorrem nemoris, Dryadumq; à plebe fugatam,
Sæpe nouos nati bello rediisse triúmphos,
Armaq;, & alipedem notum, comitésque videbat,
Nusquã ipsum, nũc ex humeris fluxisse pharetras,
Effigiésque suas, simulachráque nota cremari.
Præcipuos sed enim illa metus portendere visa est
Nox misera, totóque erexit pectore matrem.
Nota per Arcadias fœlici robore syluas
Quercus erat, Triuia quam desacrauerat ipsa
Electam turba nemorum, numénque colendum
Fecerat, hic arcus, & fessa reponere tela
Armáque curua, suum & vacuorũ terga Leonũ
Figere, & ingentes æquantia cornua syluas
Vix ramis locus: agrestes adeò omnia cingunt
Exuuiæ, & viridem ferri nitor impedit vmbram.
Hanc vt fortè iugis longo defessa redibat
Venatu modò rapta ferox Erymanthidos vrsa
Ora ferens, multo proscissam vulnere cernit
Deposuisse comam, & rorantes sanguine ramos
Expirasse solo, quærenti Nympha cruentas

* vv somnum.

Mana

Manadas, atque hostem dixit sauisse Lyæum,
Dum gemit, & planctu circundat pectus inani,
Abrupere oculi noctem, mœstóque cubili
Exilit, & falsos quærit per lumina fletus.
Ergo vt inane nefas merso ter crine piauit,
Verbáque sollicitas matrum solantia curas
Addidit, armata ruit ad delubra Diana,
Rore sub Eoo, notásque ex ordine syluas
Et quercum gauisa videt, tunc limine diua
Astitit, & tali nequicquam voce precatur.
Virgo potens nemorum, cuius non mollia signa
Militiámque trucem, sexum indignata frequento
More nihil Graio, nec te gens aspera ritu
Colchis, Amasonieve magis coluere caterua.
Si mihi non vnquam Thyasi, ludúsue proterua
Noctis & inuiso quamuis temerata cubili
Non tamen aut teretes thyrsos, aut molliagessi
Pensa, sed in tetricis & post connubia lustris,
*Sic quoque venatrix, *animoq; inmupta remansi.* *vv. animumq;.
Nec mihi secretis culpam occultare sub antris
Cura sed ostendi natum, posuiq; trementem
Ante tuos Confessa pedes, nec degener ille
Sanguinis, inq; meos reptauit protinus arcus
Tela puer lachrymis & prima voce poposcit,
Hũc mihi (quid trepidæ noctes, somnúsq; minãtur)
Hũc precor audaci qui nunc ad prælia voto
Heu nimium tibi fisus abit, da visere belli
Victorem, vel si ampla peto, da visere tantum.
Hic sudet, tuàque arma ferat, preme diua malerũ

Signa, quid in noſtris nemoralis Delia ſyluis
Manades hoſtiles, Thebanáque numina regnant?
Hei mihi cur penitus (ſimá augur caſſa futuri)
Cur penitus, magnoá interpretor omine quercum
Quòd ſi vera ſopor miſeræ præſagia mittit,
Per te maternos mitis Dictynna labores,
*Fraternúmque decus, *iuſtis hunc fige ſagittis*
Infœlicem vterum, miſeræ ſine funera matris
Audiat ille precor, dixit, fletúque ſoluto,
Aſpicit & niueæ ſaxum maduiſſe Dianæ.
Illam diua ferox etiamnum in limine ſacro
Expoſitam, & gelidas verrentem crinibus aras
Linquit, & in mediis frondentem Manalon aſtris
Exuperat greſſu, ſaltúmque ad mœnia Cadmi
Deſtinat, interior cœli qua ſemita lucet
Diis tantũ, & cunctas iuxta videt ardua terras.
Iámque ferè medium Parnaſi frondea prater
Colla tenebat iter, cùm fratrem nube coruſca.
Aſpicit haud ſolitum viſu, remeabat ab armis
Mœſtus Echioniis, demerſi funera lugens
Auguris, irrubuit cœli plaga ſydere mixto,
Occurſúque ſacro pariter iubar arſit vtrinque,
Et coiere arcus, & reſpondere pharetræ.
Ille prior, Scio Labdacidas germana cohortes,
Et nimium fortes auſum petis Arcada pugnas.
Fida rogat genitrix, vtinam indulgere precanti
Fata darent! en ipſe mei (pudet) irritus arma
Cultoris, frondéſque ſacras, ad inania vidi
Tartara, & in menet verſos deſcendere vultus.

*l. cunctis.

Nec

Non tenui curries, terraq; abrupta toëgi.
Sæuus ego, immerituſq; coli, lugentia cernis
Antra ſoror? mutaſq; domos? hæc ſola rependo
Dona pio comiti, nec tu peritura mouere
Auxilia, & mœſtos in vanum perge labores. 660
Finis adeſt iuueni, non hoc mutabile fatum.
Nec te nunc dubijs fraterna oracula fallunt.
At decus extremum miſero confuſa viciſſim
Virgo refert, duraque licet ſolatia morti
Quærere, nec fugiet pœnas quicunque nefandam
Inſontis pueri ſcelerarit ſanguine dexram
Impius, & noſtris fas ſit ſæuire ſagittis.
Sic effata mouet greſſus, libandáque fratri
Parcius ora tulit, Thebáſque infeſta petiuit.
At pugna ereptis maior crudeſcit vtrinque 670
Regibus, alternóſq; ciet vindicta furores:
Hypſeos hinc turmæ, deſolatumq; magiſtro
Agmẽ, at hic grauius fremit Hippomedõtis adẽpti
Orba cohors, præbent obnixi pectora ferro.
Idem ardor rabidis externum haurire cruorem.
Ac fudiſſe ſuum, nec ſe veſtigia mutant.
Stat cuneo defixa acies, hoſtíque cruento
Dãt animas, & terga negãt, cùm lapſa per auras
Vertice Dircæi velox Latonia montis
*Aſtitit, agnoſcunt colles, *notamq; tremiſcit* 680
Sylua deam, ſæuis vbi quondam exerta ſagittis *l. pictã que.
Fœcundam laſſo Nioben conſumpſerat arcu,
Illum acies inter medias, iam cæde ſuperbum
Neſcius armorũ, & primas tunc paſſus habenas.

Ven-

Liber amat campos, & neſcit in antra reuerti.
Quos age Parrhaſio ſternis puer improbe cornu?
Prima Tanagraum turbauit arundo Choræbum
Extremo galeæ, primoq; in margine parmæ
Anguſta tranſmiſſa via, ſtat faucibus vnda
Sanguinis, & ſacri facies rubet igne veneni.
Sæuit in Eurithion, cui luminis orbe ſiniſtro
Aſpera ter geminis acies ſe condidit vncis.
Ille trahens oculo plenam labente ſagittam
Ibat in authorem. Sed diuum fortia quid non
Tela queant? alio geminatum lumine vulnus
Expleuit tenebras, ſequitur tamẽ improbus hoſtẽ,
Qua meminit, fuſum donec prolapſus in Idam
Decidit, hic ſæui miſer inter funera belli
Palpitat, & mortem, ſocioſq; hoſteſq; precatur.
Addit Abantiadas, inſignem crinibus Argum.
Et malè dilectum miſeræ Cydona ſorori.
Illi perfoſſum telo patefecerat inguen.
Huic geminum obliqua traiecit arundine tẽpus,
Extitit hac ferrum, velox hac penna remanſit:
Fluxit vtrinque cruor, nulli tela aſpera mortis
Dãt veniam, nõ forma Lanũ, non inſula Lygdũ,
Non pubeſcentes texerunt Æolon anni.
Figitur ora Lamus, flet ſaucius inguina Lygdus,
Perfoſſam telo niueam gemis Æole frontem.
Te præceps Eubœa tulit, te candida Thysbe
Miſerat, hunc virides non excipietis Amyclæ.
Nunquã caſſa manus, nullum ſine vulnere fugit
Miſſile, nec requies dextræ, ſonitumq; priori

Iungi

Iungit arũdo ſequens, vnũ quis crederet arcum?
Aut vnam ſæuire manum? modò dirigit ictus,
Nunc latere alterno dubius conamina mutat:
Nunc fugit inſtantes, & ſolo reſpicit arcu.
Et iam mirantes, indignanteſq; coibant
Labdacidæ, primuſq; Iouis de ſanguine claro
Amphion ignarus adhuc qua funera campis
Ille daret, Quonam vſque moram lucrabere fati
*O multum*meritos puer orbature parentes?*
Quin etiam menti tumor, atque audacia gliſcit,
Congreſſus dum nemo tuos, pugnamq; minorem
Dignatur bellis, iramque relinqueris infra.
I repete Arcadiam, mixtuſq; æqualibus illic,
Dum ferus hic vero deſæuit puluere Mauors,
Prælia lude domi: quòd ſi te mœſta ſepulchri
Fama mouet, dabimus' leto moriere virorum.
Iãdudum hunc cõtra ſtimulis grauioribus ardet
Trux Atlantiades, nec dum ille quieuerat, inſit
Sera etiam in Thebas, quarũ hic exercitus arma
Profero, quiſnam adeò puer, vt bellare recuſet
Talibus? Arcadiæ ſtirpem, & fera ſemina gentis,
Non Thebana vides, non me ſub nocte ſilenti
Thyas Echionio gentrix famulata Lyæo
Edidit haud vnquam deformes vertice mitras
Induimus, turpiq; manu iactauimus haſtam.
Protinus aſtrictos didici reptare per amnes,
Horrendáſq; domos magnarum intrare ferarum,
Et quid plura loquar? ferrũ mea ſemper, & arcus
Mater habet: veſtræ feriũt caua tympana matres

780 *b. miſc-ros.

790

800

Non

Mille modis leti, miseros, mors una fatigat,
Induit à tergo Mychalesia cuspis Agyrien,
Respexit, nusquã author erat, sed concita tractu
Gurgitis effugiens inuenerat hasta cruorem.
Figitur, & validos sonipes Ætolus in armos,
Exiluitq; altè vi mortis, & aera pendens
Verberat, Haud tamẽ est turbatus flumine ductor
Sed miratur equus, magnoq; è vulnere telum
Exuit ipse gemens, & sponte remisit habenas.
Inde pedes repetit pugnas, gressuq; manuq;
Certior, & segnem Nomina fortémque Mimãta,
1. Phœbeũque. **Thebanumq; Lycan, Antedoniumq; Lycetum*
Continuat ferro, geminisq; è fratribus vnum
Thespiaden, eadem poscenti fata Panemo
Viue superstes ait, diraq; ad mœnia Thebes
Solus abi, miseros non decepture parentes.
Dij bene quod pugnas rapidum deiecit in amnem
Sanguinea Bellona manu, trahit vnda timentes
Gurgite gentili, nuda nec flebilis vmbra
Stridebit vestros Tydeus inhumatus ad ignes.
Ibitis aquoreis crudelia pabula monstris
Illum terra vehit, suaq; in primordia soluit.
Sic premit aduersos, & arcebat vulnera dictis.
Et nunc ense furit, nunc tela natantia raptans
Ingerit inuptæ comitem Therona Diana
Ruricolamq; Hyan, cum fluctiuago Erigyno,
Intonsúmq; Hersen, contemptorémque profundi
Crethea, nimbosam qui sæpe Caphareos arcem
Euboicasq; hyemes, parua transfugerat alno.

Quid

Quid non fata queant? traiectus pectora ferro
Voluimur in fluctus, heu cuius naufragus vnda!
Te quoq; sublimi transnantem flumina curru
Dum socios Pharsale petis, resupinat ademptis
Dorica cuspis equis, illos violentia saui
Gurgitis, infœlixq; iugi concordia mergit. (dis
Nũc age quis tumidis magnũ* expugnauerit vn- 1. lineinauerit.
Hippomedonta labor, cur ipse excitus in arma
Ismenos, docta nosse indulgete sorores.
Vestrũ opus ire retro, & senium defendere fama.
Gaudebat Fauno, nymphaque Ismenide natus
Maternis bellare tener Crenaus in vndis:
Crenaus, cui prima dies ingurgite fido
Et natale vadum & virides cunabula ripæ.
Ergo ratus nihil Elysias ibi posse sorores,
Lætus adulantem, nunc hoc nunc margine ab illo
Transit auũ, leuat vnda gradus, seu destruus ille,
Siue obliquus erat, nec cum subit obuius vllas
Stagna dedere moras, pariterq; reuertitur amnis.
Non Anthedonij tegit hospitis inguina pontus
Blandior, æstiuo nec se magis æquore Triton
Exerit, aut caræ festinus, ad oscula matris
Cum remeat, tardumq; ferit delphina Palæmon
Arma decent humeros, clypeusq; insignis, & auro
Lucidus Aonia calatur origine gentis.
Sidonis hic blandi, per candida terga iuuenci
Iam secura maris, teneris iam cornua palmis
Non tenet, extremis alludunt æquora plantis
Ireputes clypeo, fluctusq; cæcare iuuencum

Ad

Adiuuat vnda fidem, pelago nec discolor amnis
Tunc audax pariter telis, & voce proterua
Hippomedonta petit, non hæc fœcunda veneno
Lerna, nec Herculeis hausta serpentibus vndis.
Sacrũ amnem, sacrũ & miser experiere, deũ qui
Altrices irrumpis aquas, nihil ille, sed ibat
Comminus, opposuit cumulo se dentior amnis
Tardauitq; manum, vulnus tamen illa retentum
Pertulit, atque animæ tota in penetralia sedit.
Horruit vnda nefas, sylvæ fleuistis vtraque.
Et grauiora cauæ sonuerunt murmura ripæ.
Vltimus ille sonus moribundo emersit ab ore
Mater, in hanc miseri cecidêrunt flumina vocem
At genitrix cœtu glaucarum cincta sororum
v. valle. *Protinus icta malo, vitrea de*rupe solutis*
Exiliit furibunda comis, ac verbere crebro
Oráque pectoráq;, & viridẽ scidit horrida vestẽ.
Vtque erupit aquis, iterumq; trementi
Ingeminat Crenee sono, nusquam ille, sed index
Desuper, ah miseræ nimium noscenda parenti,
Parua natat, iacet ille procul, qua mixta supremũ
Ismenon primi mutant confinia ponti.
Fluctiuagam sic sæpe domum, madidosq; penates
Halcyone deserta gemit, cum pignora sæuus
Auster, & algentes rapuit Thetis inuida nidos.
Mergitur orba iterũ, penitúsque occulta sub vndis
Limite non vno liquidum qua subter eunti
Lucet iter, miseri nequicquam funera nati
Vestigat, plangitq; tamen, sæpe horridus amnis

Obstat

Obstat, & obducto caligant sanguine visus.
Illa tamen præceps in tela offendit & enses,
Scrutatúrque manu galeas, & prona reclinat
Corpora, nec ponto summcta intrabat amaram.
Dorida, possessum donec iam fluctibus altis
Nereidum miserata cohors, ad pectora matris
Impulit, illa manu ceu viuum amplexa reportat.
Insternitq; toris riparum, atque humida siccat
Mollibus ora comis, atque hæc vlulantibus addit.
Hoc tibi semidei munus tribuere parentes?
Nec mortalis auus? sic nostro in gurgite regnas?
Mitior heu misero discors, alienáque tellus,
Mitior vnda maris, quæ iuxta flumina corpus
Rettulit, & miseram visa expectasse parentem.
Hine mei vultus? hæc torui lumina patris?
Hi crines vndantis aui? tu nobile quondam
Vndarum, nemorúmque decus, quo sospite maior
Diua, & nympharum longè regina ferebar.
Heus vbinã ille frequens modò circa limina ma- (tris
Ambitus? orantesq; tibi seruire Napææ?
Cur nunc tu meliùs sæuo mansura profundo
Amplexu misero tumulis Crenee reporto,
Non mihi? nec tantæ pudet (heu) miseretq; ruinæ
Dure parens? quæ te alta & ineluctabilis imo
Condidit amne palus? quò iam nec cruda nepotis
Funera, nec nostri valeant perrumpere planctus?
Ecce furit, iactátque tuo se in gurgite maior
Hippomedon, illum, ripæq;, vndæq; tremiscunt.
Illius impulsu nostrum bibit vnda cruorem.

Tu piger, & trucibus facilis ſeruile Pelaſgis.
*Ad cineres ſaltem, ſupremáque * buſta tuorum* *vv. iuſta.
Saue veni, non hic ſolum accenſure nepotem.
His miſcet planctus, multúmque indigna cruētat
Pectora, cærulea referunt lamenta ſorores.
Qualiter Iſthmiaco nondum Nereida portu
Leucothean planxiſſe ferunt, dum pectore anhelo
Frigidus in matrem ſeuum mare reſpuit infans.
At pater arcano reſidens Iſmenos in antro
Vnde aura, nubéſque bibūt, atque imbrifer Arcu:
Paſcitur, & Tyrios melior venit amnis in agros *l. naſcitur.
Vt lamenta procul (quamquam obſtrepit ipſe) nouóſque
Accepit natæ gemitus, leuat aſpera muſco
Colla, grauémque gelu crinem, cecidit q3 ſoluta
Pixus adulta manu, dimiſſáq3 voluitur vrna.
Illum per ripas annoſo ſcrupea limo
Ora exertantem ſylua, fluuiiq3 minores
Mirantur, tantus tumido de gurgite ſurgit.
Spumoſum attollens apicem, lapſúque ſonoro
Pectora cærulea riua manantia barba.
Obuia cognatos gemitus, caſúmque nepotis
Nympharū docet vna patrē, mōſtratq3 cruentum
Authorem, dextrámq3 premit, ſtetit arduus alto
Amne, manuq3 genas, & nexa virentibus vlmis
Cornua concutiens, ſic turbidus ore profundo
Incipit. Hunc ne mihi ſuperum regnator honorem
Quod toties hoſpéſq3 tuis & conſcius actis,
(Nec memorare timor) falſa nunc improba frōte

Cor

Cornua, nunc vetitam currus disiungere Phœbē.
Dotaléſque rogos, deceptaq; fulmina vidi
Præcipuóſque alui natorum? an vilis & illis
Gratia? ad hunc certè repſit Tyrinthius amnem.
Hac tibi flagrātem Bromium reſtinximus vnda
Aſpice quas fluuio cædes, quæ funera portem
Continuus, telis, altóque adopertus aceruo
Omne vadum belli ſeries tenet, omnis anhelat
Vnda nefas, ſubtérque animæ, ſupráque recentes
Errant, & geminas iungunt caligine ripas.
Ille ego clamatus ſacris vlulatibus amnis,
Qui molles thyrſos, Bacchæáque cornua puro
Fonte lauare feror, ſtipatus cædibus arctas
In freta quæro vias, non Strymonos impia tanto
Stagna cruore nauant, non ſpumifer altius Ebrus
Gradiuo bellante rubet, nec te admonet altrix
Vnda, tuaſq; manus iam pridem oblite parentum
Liber? an Eous meliùs pacatur Hydaſpes?
At tu qui tumidus ſpoliis, & ſanguine gaudes
Inſontis pueri, non hoc ex amne potentem
Inachon, aut ſæuas victor reuehere Mycenas,
Ni mortalis ego, & tibi ductus ab æthere ſanguis.
Sic ait infrendens, & ſponte furientibus vndis
Signa dedit, mittit gelidus montana Citharon
Auxilia, antiquaſq; niues, & pabula bruma
Ire iubet, frater tacitas Aſopos eunti
Conciliat vires, & hiulcis flumina venis.
Suggerit, ipſe caua ſcrutatur viſcera terra,
Stagnáque, torpentéſque lacus, pigráſque paludes

excitat. * *Excutit, atque auidos tollens ad ſydera vultus*
Humentes nebulas exhaurit, & aëra ſiccat.
Iámque ſuper ripas vtróque extantior ibat
Aggere, iam mediũ modo qui ſuperauerat amnẽ
Hippomedon intactus aquis, humeroſq; manúſq;
Miratur creuiſſe vadum, ſeſéque minorem.
Hinc atque hinc timidi fluctus, animoſáq; ſurgit
Tempeſtas inſtar pelagi, cùm Pleiadas haurit,
Aut nigrum trepidis impingit Oriona nautis.
Non ſecus aquoreo, iactat Theumeſius amnis
Hippomedonta ſalo, ſempérque vmbone ſiniſtro
Tollitur, & clypeum nigrante ſuperuenit æſtu
Spumeus aſſultans, fractáque refunditur vnda,
Et cumulo maiore redit, nec mole liquenti
Contentus, carpit putres ſeruantia ripas
Arbuſta, annoſáſque trabes, eiectáque fundo
Saxa rotat, ſtat pugna impar, amniſq;, viriq;
Indignante deo, nec enim dat terga, nec vllis
Frangitur ille minis, venientéſque obuius vndas
Intrat, & obiecta diſpellit flumina parma.
Stant terra fugiente gradus, & poplite tenſo
Lubrica ſaxa tenet, genibúſque obnixus, & harẽs
Subruta fallaci ſeruat veſtigia limo.
Sic etiam increpitans: Vnde hæc Iſmene repentè
Ira tibi? quóve has traxiſti gurgite vires
Imbelli famulate deo? ſolúmque cruorem
Fœmineis experte choris, cúm Bacchica mugit
Buxus, & inſanã maculant trieterida matres?
Dixerat, atque illi ſeſe deus obtulit vltro

Turbidus

Tubidus imbre genas, & male natantis arenæ. *l.nub
Nec sæuit dictis, trunca sed pectora quercu
Ter, quater, oppositi, quãtum ira deúsq; valebant,
Impulit assurgens, tandem vestigia flexit,
Excussámque manu tegmen, conuersáque lentè
Terga refert, instant vndæ, sequitúrque labãtem
Amnis ouans, nec non saxis, & grandine ferri
Desuper infestant Tyrij, geminóque repellunt
Aggere, quid faciat bellis obsessus, & vndis? 190
Nec fuga iam misero, nec magnæ copia mortis,
Stabat graminea productæ crepidine ripæ
Vndarum ac terræ dubio, sed amicior vndis
Fraxinus, ingentiq; vadum possederat vmbra.
Huius opem (nam quà terras inuaderat?) vnca
Arripuit dextra: nec pertulit illa trahentem.
Sed maiore supra, quàm stabat pondere victa
Soluitur, & quà stagna subit radice, quibúsque
Arentem mordebat humum, demissa supernè
Iniecit trepido sese, ripámque nec vltra 500
Passurum subitæ vallauit ponte ruinæ,
Huc vndæ coeunt, & ineluctabile cœnum
Vorticibúsque cauis sedit, crescitq; barathrum.
Iámque humeros, iam colla ducis sinuosa vorago
Circuit, hic demum victus suprema fateri (ges
Exclamat, Fluuióne (pudet!) Mars inclyte mer-
Hanc animam? segnésque lacus & stagna subibo
Ceu pecoris custos, subiti torrentis iniquis
Interceptus aquis? adeóne occumbere ferro
Non merui? tandem precibus commota Tonantem 510

Iuno subit: Quo nam miseros sator inclyte diuum
Inachidas? quonã vsque premes iã Pallas & odit
Tydea, iam rapto tacuerunt angure Delphi.
En meus Hippomedon, cui gentis origo Mycenæ
Argoliciq; lares, numénque ante omnia Iuno
(Sic ego fida meis?) pelagi erudelibus ibit
Præda feris? certè tumulos, supremáque victis
Busta dabas, vbi Cecropiæ post prælia flammæ?
Theseos ignis vbi est? non spernit coniugis æquas.
Ille preces, leuitérque oculos ad mœnia Cadmi
Rettulit, & ipso sederunt flumina nutu.
Illius exangues humeri, & perfossa patescunt
Pectora ceu ventis altè conflata resedit
Tempestas, surgunt scopuli, quæsitáque nautis
Terra, & ab infestis descendunt æquora saxis
Quid ripas tenuisse iuuat? premit vndiq; nimbo
Telorum Phœnissa cohors, nec tegmina membris
Vlla, omniq; patet letò, tunc vulnera manant,
Quiq; sub amne diu stupuit cruor, aëre nudo
Soluitur, & tenues venarum laxat hiatus,
Incertiq; labant vndarum frigore gressus.
Procumbit. Getico qualis procumbit in Æmo
Seu Boreæ furiis, putri seu robore quercus
Cœlo mixta comas, ingentémque aëra laxat
Illam nutantem nemus, & mos ipse tremiscit
Qua tellure cadat, quas obruat ordine syluas,
Non tamẽ aut ensem, galeámve audacia cuiquã
Tangere, vix credunt oculis, ingentiaq; horrent
Funera, & astrictis accedunt comminus armis.

Tan

Tandẽ adiit Hypſeus; capulumq; in morte tenẽti
Extrahit, & toruos laxauit caſſide vultus.
Itq; per Aonios altè mucrone coruſco
Suſpenſam oſtentans galeam, & clamore ſuperbit
Hic ferus Hippomedon, hic formidabilis vltor
Tydeus infandi, debellatórque cruenti
Gurgitis, agnouit longè, preſſitq; dolorem
Magnanimus Capaneus, telumq; immane lacerto
Hortatur librans. Ades ô mihi dextera tantum
Tu praſens bellis, & ineuitabile numen,
Te voco, te ſolam ſuperum contemptor adoro.
Sic ait, & voti ſeſe facit ipſe potentem.
It tremebunda abies, clypeumq; per ærea terga
Lorica, tandémque animam ſub pectore magno
Deprendit, ruit haud alio quàm celſa fragore
Turris vbi innumeros penitus quaſſata per ictus
Labitur, effractamq; aperit victoribus vrbem.
Cui ſuper adſiſtens, non inficiamur honorem
Mortis ait: refer huc oculos, ego vulneris author.
Letus abi multumq; aliis iactantior vmbris.
Tunc enſem, galeamq; rapit, clypeúmque reuellit
Ipſius, exanimémque tenens ſuper Hippomedonta,
Accipe, ait, ſimul hoſtiles dux magne, tuaſq;
Exuuias, veniet cineri decus, & ſuus ordo
Manibus, interea iuſtos dum reddimus ignes
Hoc vltor Capaneus operit tua mẽbra ſepulchro.
Sic anceps dura belli vice mutua Graiis
Sidoniiſq; ſimul nectebat vulnera Mauors,
Hic ferus Hippomedon, illic non ſegnior Hypſeus

Fletur, & alterni præbent solatia luctus.
Tristibus interea somni turbata figuris*
Torua sagittiferi mater Tegeatis Ephebi.
Crine dato passim, plantiq; ex more solutis
Ante diem gelidas ibat Ladonis ad vndas,
Purgatura malum fluuio viuente soporem.
Námque per attonitas curarum pondere noctes,
Sæpe & delapsas adytis, quas ipsa dicarat
Exuuias, séque ignotis errare sepulchris
Extorrem nemoris, Dryadumq; à plebe fugatam,
Sæpe nouos nati bello rediisse triúmphos,
Armaq;, & alipedem notum, comitésque videbat,
Nusquã ipsum, nũc ex humeris fluxisse pharetras,
Effigiésque suas, simulachráque nota cremari.
Præcipuos sed enim illa metus portendere visa est
Nox misera, totóque erexit pectore matrem.
Nota per Arcadias fœlici robore syluas
Quercus erat, Triuiæ quam desacrauerat ipsa
Electam turba nemorum, numénque colendum
Fecerat, hic arcus, & fessa reponere tela
Armáque curua, suum & vacuorũ terga Leonũ
Figere, & ingentes æquantia cornua syluas
Vix ramis locus: agrestes adeò omnia cingunt
Exuuiæ, & viridem ferri nitor impedit vmbram.
Hanc vt fortè ingis longo defessa redibat
Venatu modò rapta ferox Erymanthidos vrsa
Ora ferens, multo proscissam vulnere cernit
Deposuisse comam, & rorantes sanguine ramos
Expirasse solo, quærenti Nympha cruentas

Manæ

* vv somnum.

Manadas, atque hoſtem dixit ſauiſſe Lyæum,
Dum gemit, & planctu circundat pectus inani,
Abrupere oculi noctem, mœſtóque cubili
Exilit, & falſos quærit per lumina fletus.
Ergo vt inane nefas merſo ter crine piauit,
Verbáque ſollicitas matrum ſolantia curas
Addidit, armata ruit ad delubra Diana,
Rore ſub Eoo, notáſque ex ordine ſyluas
Et quercum gauiſa videt, tunc limine diuæ
Aſtitit, & tali nequicquam voce precatur.
Virgo potens nemorum, cuius non mollia ſigna
Militiámque trucem, ſexum indignata frequento
More nihil Graiò, nec̀ te gens aſpera ritu
Colchis, Amaſoniæve magis coluere caterua.
Si mihi non vnquam Thyaſi, ludúſue proterua
Noctis & inuiſo quamuis temerata cubili
Non tamen aut teretes thyrſos, aut molliagеſſi
Penſa, ſed in tetricis & poſt connubia luſtris,
*Sic quoque venatrix, *animoq; inmupta remanſi.* *vv. animumq;.
Nec mihi ſecretis culpam occultare ſub antris
Cura ſed oſtendi natum, poſuiq; trementem
Ante tuos Confeſſa pedes, nec degener ille
Sanguinis, inq; meos reptauit protinus arcus
Tela puer lachrymis & prima voce popoſcit,
Hũc mihi (quid trepidæ noctes, ſomnúſq; minãtur)
Hũc precor audaci qui nunc ad prælia voto
Heu nimium tibi ſiſus abit, da viſere belli
Victorem, vel ſi ampla peto, da viſere tantum.
Hic ſudet, tuàque arma ferat, premе diua malerũ

Signa, quid in noſtris nemoralis Delia ſyluis
Manades hoſtiles, Thebanáque numina regnant?
Hei mihi cur penitus (ſimú augur caſſa futuri)
Cur penitus, magnoú interpretor omine quercum
Quòd ſi vera ſopor miſeræ præſagia mittit,
Per te maternos mitis Dictynna labores,
*Fraternúmque decus, *iuſtis hunc fige ſagittis*
Infœlicem vterum, miſeræ ſine funera matris
Audiat ille precor, dixit, fletúque ſoluto,
Aſpicit & niueæ ſaxum maduiſſe Dianæ.
Illam diua ferox etiamnum in limine ſacro
Expoſitam, & gelidas verrentem crinibus aras
Linquit, & in mediis frondentem Manalon aſtris
Exuperat greſſu, ſaltúmque ad mœnia Cadmi
Deſtinat, interior cœli qua ſemita lucet
Diis tantũ, & cunctas iuxta videt ardua terras.
Iámque ferè medium Parnaſi frondea præter
Colla tenebat iter, cùm fratrem nube coruſca.
Aſpicit haud ſolitum viſu, remeabat ab armis
Mœſtus Echioniis, demerſi funera lugens
Auguris, irrubuit cœli plaga ſydere mixto,
Occurſúque ſacro pariter iubar arſit vtrinque,
Et coiere arcus, & reſpondere pharetræ.
Ille prior, Scio Labdacidas germana cohortes,
Et nimium fortes auſum petis Arcada pugnas.
Fida rogat genitrix, vtinam indulgere precanti
Fata darent! en ipſe mei (pudet) irritus arma
Cultoris, frondéſque ſacras, ad inania vidi
Tartara, & in menet verſos deſcendere vultus.

*l. cunctis.

Non tenui currus, terraq; abrupta toëgi.
Sæuus ego, immerituſq; coli, lugentia cernis
Antra ſoror? mutaſq; domos? hæc ſola rependo
Dona pio comiti, nec tu peritura mouere
Auxilia, & mœſtos in vanum perge labores.
Finis adeſt iuueni, non hoc mutabile fatum.
Nec te nunc dubijs fraterna oracula fallunt.
At decus extremum miſero confuſa viciſſim
Virgo refert, duraque licet ſolatia morti
Quærere, nec fugiet pœnas quicunque nefandam
Inſontis pueri ſcelerarit ſanguine dexram
Impius, & noſtris fas ſit ſæuire ſagittis.
Sic effata mouet greſſus, libandáque fratri
Parcius ora tulit, Thebáſque infeſta petiuit.
At pugna ereptis maior crudeſcit vtrinque
Regibus, alternóſq; ciet vindicta furores:
Hypſeos hinc turmæ, deſolatumq; magiſtro
Agmẽ, at hic grauius fremit Hippomedõtis adẽpti
Orba cohors, præbent obnixi pectora ferro.
Idem ardor rabidis externum haurire cruorem
Ac fudiſſe ſuum, nec ſe veſtigia mutant.
Stat cuneo defixa acies, hoſtíque cruento
Dãt animas, & terga negãt, cùm lapſa per auras
Vertice Dircæi velox Latonia montis
*Aſtitit, agnoſcunt colles, *notamq; tremiſcit*
Sylua deam, ſæuis vbi quondam exerta ſagittis
Fœcundam laſſo Nioben conſumpſerat arcu,
Illum acies inter medias, iam cæde ſuperbum
Neſcius armorũ, & primas tunc paſſus habenas.

* l. pictã que.

Ven-

Venator raptabat equus, quem discolor ambit;
Tigris, & auratis aduerberat vnguibus armos.
Colla sedent, nobis & castigata iubarum
Libertas, nemorisq; nota sub pectore primo:
Iactantur, niueo lunata monilia dente.
Ipse bis Oebalio saturatam murice pallam,
Lucentésque auro tunicas (hoc neuerat vnum
Mater opus) tenui collectus in ilia vinclo
Cornipedis leuo clypeum demiserat armo
Ense grauis tereti, nimio iuuat aurea morsu,*
Fibula, pendentes circum latera aspera cinctus,
Vaginaq; sonum, tremulaq; audire pharetra
Murmur, & à cono missas integra cathenas.
Interdum cristas hilaris iactare comantes.
Et pictam gemmis galeæ iubar, ast vbi pugna
Cassis anhela calet, resoluto vertice nodus
Exoritur tunc dulce comæ, radiisq; micantes
Dulce nitent visus, & quas dolet ipse morari
Nondum mutatæ roseæ lanugine malæ.
Nec formæ sibi laude placet, multumq; seueris
Asperat ora minis, sed frontis seruat honorem
Ira decens, dat sponte locum Thebana iuuentus
Natorum memores, intentaq; tela retorquent.
Sed premit, & sæuas miserãtibus ingerit hastas.
Hlum & Sidoniæ iugaper Theumesia nimphæ
Bellantem, atque ipso sudore & puluere gratum
Laudant, & tanto ducunt suspiria voto:
Talia cernenti mitis subit alta Dianæ
Corda dolor, fletuq; genas violata, Quod inquit

* vv. nimio tereti.

Num

Nunc tibi, quod leti quæram dea fida propinqui
Effugium? hæc ne vltro properasti ad prælia sæue,
Ac miserande puer? cruda heu festinaq; Virtus
Suasit & hortatrix animo si gloria leti.
Scilicet augustum iamdudum vrgentibus annis
Mœnalium tibi parue nemus, perq; antra ferarũ
Vix tutæ sine matre viæ, syluestria cuius
Nondum tela procax, arcumq; implere valebas:
Et nunc illa meas ingentem plangit ad aras
Inuidiam, surdasq; fores, & limina lassat.
Tu dulces lituos, vlulatuq; prælia gaudes
Fœlix, & miseræ tantum moriture parenti:
Ne tamen extremo frustrata morientis honori
Abfuerit, venit in medios caligine fuluæ
Septa globo, primúmq; leues furata sagittas
Audacis tergo pueri, cœlestibus implet
Coryton telis, quorum sine sanguine nullum
**Decidit, Ambrosio tunc spargit membra liquore*
Spargit equum, ne quo temeretur vulnere corpus
Ante necem, cantuq; sacros, & conscia miscet,
Murmura, secretis quæ Colchidas ipsa sub antris
Nocte docet, monstratq; feras quærentibus herbas
Tunc verò exerto circumuolat igneus arcu,
Nec se mente regit, patriæ, matrisq; suiq;
Immemor, & nimium cœlestibus vtitur armis.
Vt Leo, qui paruo mater Getula, cruentos
Suggerit ipsa cibos, cùm primùm crescere sensit
Colla iubis, toruusq; nouos respexit ad vngues.
Indignatur ali, tandemq; effusus apertos

*vv. effigi.

Liber amat campos, & neſcit in antra reuerti.
Quos age Parrhaſio ſternis puer improbe cornu?
Prima Tanagræum turbauit arundo Choræbum
Extremogaleæ, primoq; in margine parmæ
Anguſta tranſmiſſa via, ſtat faucibus vnda
Sanguinis, & ſacri facies rubet igne veneni.
Sæuit in Eurithion, cui luminis orbe ſiniſtro
Aſpera ter geminis acies ſe condidit vncis.
Ille trahens oculo plenam labente ſagittam
Ibat in authorem. Sed diuum fortia quid non
Tela queant? alio geminatum lumine vulnus
Expleuit tenebras, ſequitur tamẽ improbus hoſtẽ,
Quæ meminit, fuſum donec prolapſus in Idam
Decidit, hic ſæui miſer inter funera belli
Palpitat, & mortem, ſocioſq; hoſteſq; precatur.
Addit Abantiadas, inſignem crinibus Argum.
Et malè dilectum miſeræ Cydona ſorori.
Illi perfoſſum telo patefecerat inguen.
Huic geminum obliqua traiecit arundine tẽpus,
Extitit hac ferrum, velox hac penna remanſit:
Fluxit vtrinque cruor, nulli tela aſpera mortis
Dãt veniam, nõ forma Lanũ, non inſula Lygdũ,
Non pubeſcentes texerunt Æolon anni.
Figitur ora Lamus, flet ſaucius inguina Lygdus,
Perfoſſam telo niueam gemis Æole frontem.
Te præceps Euboea tulit, te candida Thysbe
Miſerat, hunc virides non excipietis Amyclæ.
Nunquã caſſa manus, nullum ſine vulnere fugit
Miſſile, nec requies dextræ, ſonitumq; priori

Iungi

Iungit arũdo ſequens, vnũ quis crederet arcum?
Aut vnam ſauire manum? modò dirigit ictus,
Nunc latere alterno dubius conamina mutat:
Nunc fugit inſtantes, & ſolo reſpicit arcu.
Et iam mirantes, indignanteſq; coibant
Labdacidæ, primuſq; Iouis de ſanguine claro
Amphion ignarus adhuc qua funera campis
Ille daret, Quonam vſque moram lucrabere fati
O multum meritos puer orbature parentes?*
Quin etiam menti tumor, atque audacia gliſcit,
Congreſſus dum nemo tuos, pugnamq; minorem
Dignatur bellis, iramque relinqueris infra.
I repete Arcadiam, mixtuſq; æqualibus illic,
Dum ferus hic vero deſæuit puluere Mauors,
Prælia lude domi: quòd ſi te mœſta ſepulchri
Fama mouet, dabimus' leto moriere virorum.
Iãdudum hunc cõtra ſtimulis grauioribus ardet
Trux Atlantiades, nec dum ille quieuerat, inſit
Sera etiam in Thebas, quarũ hic exercitus arma
Profero, quiſnam adeò puer, vt bellare recuſet
Talibus? Arcadiæ ſtirpem, & fera ſemina gentis,
Non Thebana vides, non me ſub nocte ſilenti
Thyas Echionio gentrix famulata Lyæo
Edidit haud vnquam deformes vertice mitras
Induimus, turpiq; manu iactauimus haſtam.
Protinus aſtrictos didici reptare per amnes,
Horrendáſq; domos magnarum intrare ferarum,
Et quid plura loquar? ferrũ mea ſemper, & arcus
Mater habet: veſtra feriũt caua tympana matres

*b. miſcros.

Non

Non tulit Amphion, vultumq́, & in ora loquẽtis
*l.iacit b.barat. Telum immane *rotat, sed ferri lumine diro
Turbatus sonipes, sese dominumq́, retorsit
In latus, atque auidam transmisit deuius hastã.
Acrior hoc iuuenem stricto mucrone petebat
Amphion, cùm se medio Latonia campo
Iniicit ante oculos, omni stetit obuia vultu.
Hærebat iuueni deuinctus amore pudico
Menalius Dorceus, cui bella, suumq́, timorem
Mater, & audaces pueri mandauerat annos,
Huius tum vultum dea dissimulata profatur.
Hactenus Ogygias satis infestasse cateruas,
Parthenopæ satis, miseræ iam parce parenti,
Parce dies quicumq́, fauent, nec territus ille
Hunc sine me (nec plura petam) fidissime Dorcen
Sternere humi, qui tela meis gerit æmula telis,
Et similes cultus, & frena sonantia iactat.
Frena regam, cultus triuiæ pendebitis alto
Limine, captiuis matrem donabo pharetris.
Audiit, & mixto risit Latonia fletu.
Viderat hanc cœli iamdudum in parte remota
Gradium cõplexa Venus, dumq́, anxia Thebas
Commemorat, Cadmumq́, viro, caraq́, nepotes
Harmoniæ, pressum tacito sub corde dolorem
Tempestiua monet: Nõne hãc Gradiue proteruam
Virginitate vides mediam se ferre virorum
Cœtibus? vtq́, acies audax, & Martia signa
Temperet? en etiam donat, præbetq́, necandos
Tot nostra de gente viros huic tradita Virtus.

Huic

Huic furor? agreſtes ſupereſt tibi figere damas.
Deſiluit iuſtis commotus in arma querelis
Bellipotens, cui ſola vagum per inane ruenti
Ira comes, reliqui ſudant ad bella furores.
Nec mora, cùm mœſtam monitu Latoida duro
Increpat aſſiſtens. Non hæc tibi prælia diuum
*Dat pater, * armigerũ ni protinus improba cãpũ*
Deſeris, huic æquam noſces nec Pallada dextræ,
Quid faciat contra? premit hinc Mauortia cuſpis,
Hinc plenæ tibi parue colus, Iouis inde ſeueri
*Vultus, Abijt ſolo poſt hæc * deuicta pudore.*
At pater Ogygias Mauors circumſpicit alas,
Horrẽdũq; Dryanta mouet, cui ſanguinis author
Turbidus Orion, comiteſq; odiſſe Dianæ.
Inde furit primùm, hic turbatos arripit enſe
Arcadas, exarmátq; ducem, cadit agmine longẽ
Cyllenes populus. Tegeéſque habitator opacæ
Aepitiique duces, fugiunt, Phenéique phalanges.
Ipſum autem, & laſſa fidit proſternere dextra,
Nec ſeruat vires, & enim huc iam feſſus, & illuc.
Mutabat turmas, vrgent præſagia mille
Funeris, & nigræ præcedunt nubila mortis.
Lámque miſer raros comites, verumq; videbat
Dorcea, iam vires paulatim abſcedere ſentit,
Sentit & exhauſtas humero leuiore pharetras:
Iã minus atque minus fert arma, puerq; videtur.
Et ſibi cùm torua clypei metuendus obarſit
Luce Dryas, tremor ora repens, ac viſcera torſit
Arcados, vtque feri vectorem fulminis albus

* vv. armiferũ.

* b. cuicto.

Cùm ſupra reſpexit Olor, cupit hiſcere ripam
Strymonos, & trepidas in pectora contrahit alas:
Sic iuuenem ſaui conſpecta mole Dryantis,
Iam non ira ſubit, ſed leti nuntius horror!
Arma tamen fruſtra ſuperos, Triuiámq; precatus
Molitur pallens, & ſurdos expedit arcus.
Iamq; inſtat telis, & vt iamq; obliquus in vlnã
Cornua contingit mucrone, & pectora neruo.
Cùm ducis Aonij magno cita turbine cuſpis
Fertur in aduerſum, neruiq; obliqua ſonori
Vincla ſecat, pereunt ictus, manibúſq; remiſſis
Vana ſupinato ceciderunt ſpicula cornu.
Tunc miſer & frænos turbatus, & arma remiſit
Vulneris impatiens, humeri quô tegmina dextri
Intrarat, facilémque cutem ſubit altera cuſpis,
Cornipediſq; fugam ſucciſo poplite ſiſtit
Tunc cadit ipſe Dryas (mirũ) nec vulneris vſquã
Conſcius, olim author teli, cauſaq; patebant.
At puer infuſus ſociis, in deuia campi
Tollitur (heu ſimplex ætas,) morienſq; iacentem
Flebat equum, cecidit laxata caſſide vultus,
Ægráque per trepidos expirat gratia viſus,
Et prenſis concuſſa comis, ter colla quatérque
Stare negant ipſiſq; nefas lachrymabile Thebis,
Ibat purpureus niueo de pectore ſanguis.
Tandem hæc ſingultu verba incidente profatur:
Labimur, I miſeram Dorceu ſolare parentem.
Illa quidem, ſi vera ferunt præſagia curæ,
Aut ſomno iam triſte nefas, aut omine vidit.

Tu

Tu tamen arte pia trepidam ſuſpende, diúque
Decipito, neu tu ſubitus, néve arma tenenti
Veneris, & tandem cùm iam cogêre fateri,
Dic merui genitrix pœnas, inuita capeſſens
Arma puer, rapui, nec te retinente quieui,
Nec tibi ſollicitæ ſaltem inter bella peperci.
Viue igitur, potiuſq; animis iraſcere noſtris.
Et iam pone metus, fruſtra de colle Lycæi
Anxia proſpectans, ſi quis per nubila longè
Aut ſonus, aut noſtro ſublatus ab agmine puluis.
Frigidus in nuda iaceo tellure, nec vſquam
Tu propè, que vultus, efflantiaq; ora teneres
Hunc tamen orba parens crinẽ (dextraq; ſecãdũ
Præbuit) hunc toto capies pro corpore crinem.
Comere quem fruſtra me dedignante ſolebas.
Huic dabit exequias atque inter iuſta memento
Ne quis inexpertis hebetet mea tela lacertis,
Dilectóſque canes vllis agat amplius antris.
Hæc autem primis arma infœlicia caſtris
Vre, vel ingrata munus ſuſpende Dianæ:

P. STATII PAPINII

THEBAID. LIBER X.

OBruit Heſperia Phabũ nox humida porta,
Imperiis properata Iouis, nec caſtra Pelaſ-
Aut Tyrias miſerat⁹ opes, ſed triſte tot extra (gẽ-
Agmina, & immeritas ferro decreſcere gentes,

Panditur immenſo deformis ſanguine campos.
Illic arma, & equos, ibant quibus ante ſuperbi,
Funeraq; orba rogis, neglectaq; mẽbra relinquũt.
Tunc inhonora cohors laceris inſignibus ægras
Secernunt acies, portáque ineuntibus arma
Anguſtæ populis, latè cepere reuerſos.
Par vtrinque dolor, ſed dant ſolatia Thebis
Quatuor errantes Danaum ſine præſide turmæ.
Ceu mare per tumidũ vidua moderantibus alni,
Quas Deus, & caſus tempeſtatéſque gubernant,
Inde animus Tyriis: non iam ſua caſtra, ſed vltrò
Hoſtilem ſeruare fugam, ne fortè Mycenas
Contenti rediiſſe petant, dat teſſara ſignum
Excubiis, poſitæq; vices, dux noctis apertæ
Sorte Meges, vltróque Lycus, iámque ordine iuſſo
Arma, dapes, ignémque ferũt, rex firmat euntes.
Victores, Danaum (nec enim lux craſtina longè.
Nec quæ pro timidis interceſſere tenebræ
Semper erunt) augete animos, & digna ſecundis
Pectora ferte deis, iacet omnis gloria Lernæ,
Precipuaq; manus, ſubiítque vltricia Tydeus
Tartara: mors ſubitã nigri ſtupet auguris vmbrã.
g. ſpolijs. *Iſmenos* raptis tumet Hippomedontis opimis.
Arcada belligeris pudet annumerare trophæis.
In manibus merces, nuſquam capita ardua belli
Monſtrataq; ducum ſeptena per agmina criſtæ.
Scilicet Adraſti ſenium, fratérque iuuenta
Peior, & inſanis Capaneus metuendus in armis.
* vv. ci. *Ite age, & obſeſſis vigiles circundate flammam?*

Nulli

Nulli ex hoſte metus, prædam adſeruatis, opéſque
Iam veſtras. Sic ille truces hortatibus implet
Labdacidas: iuuat exhauſtos iterare labores.
Sicut erat puluis, ſudorq́; cruórque per artus
Mixtus adhuc, vertère gradum, vix obuia paſſi
Colloquia, amplexus etiam, dextráſque ſuorum
Excuſſere humeris, tunc frontem, auerſaq́; terga
Partiti, laterumq́; ſinus, vallum vndiq́; cingunt
*Ignibus * infeſtis rabidi, ſic agmine mixto*
Sub noctem coire Lupi, quos omnibus agris
Nil non auſa fames longo tenuauit hiatu,
Iã ſtabula ipſa premũt, torquet ſpes irrita fauces,
Balatuſq́; tremens, pinguéſque ab ouilibus agna.
Quod ſupereſt duris adfringunt poſtibus vngues,
*Pectoráq́;, & ſiccos minuunt in*limine dentes.*
At procul Argolici ſupplex in limine templi
Cœtus, & ad patrias fuſæ Pœlopeides aras
Sceptriferæ Iunonis opem, reditumq́; ſuorum
Expoſcunt, pictaſq́; fores, & frigida vultu
Saxa terunt, paruoſq́; docent procumbere notos.
Condiderant iam vota diem, nox adita curas
Iungit, & aggeſtis vigilant altaria flammis:
Peplum etiam dono, cuius mirabile textum
Nulla manus ſterilis, nec diſſociata marito
Verſarat calathis, caſtæ velamina diuæ
Haud ſpernanda ferunt, variis vbi plurima floret
Purpura picta modis, mixtáque incenditur auro.
Ipſa illinc magni thalamo deſponſa Ionantis
Expers connubij, & timidè poſitura pudorem

*vv. infeſti.

*vv. margine.

Lumine demisso pueri Iouis oscula libat
Simplex, & nondum furtis offensa mariti
Hoc tunc Argolicæ sanctum velamine matres
Induerant ebur, & lachrymis questuq; rogabant.
Aspice sacrilegas Cadmeæ pellicis arces
Syderei regina poli, tumulumque rebellem
Disiice, & in Thebas aliud (potes) excute fulmen.
Quid faciat? scit fata suis contraria Graijs,
Auersumque Iouem, sed nec periisse precatus
Tantaq; dona vehit, tempus tamen obuia magni
Fors dedit auxilij, videt alto ex æthere clausa
Mœnia, & insomni vallum statione teneri.
Horruit irarum stimulis, motaque verendum
Turbauit diadema coma non sauius arsit
Herculeæ, cùm matris onus, geminosq; Tonantis
Concubitus vacuis indignaretur in astris.
Ergo intempesta somni dulcedine captos
Destinat Aonios leto præbere, suamque
Orbibus accingi solitis iubet Irin, & omne
Mandat opus, paret iussis dea clara, polumque
Linquit, & in terras longo suspenditur arcu.
Stat super occiduæ nebulosa cubilia noctis,
Æthiopasq; alios, nulli penetralibus astro
Lucus iners, subterq; cauis graue rupibus antrum
It vacuum in montem, quà desidis atria somni,
Securumque larem segnis Natura locauit.
Limen opaca Quies, & pigra Obliuia seruant.
Et nunquam vigili torpens Ignauia vultu.
Qua vestibulo, pressiq; silentia pennis

Musa

Muta ſedent, abiguntq; truces à culmine ventos.
Et ramos errare vetant, & murmura demunt
Alitibus, non hîc, licet omnia clamant* b. horrida.
Littorâ, non illic cœli fragor, ipſe profundis
Vallibus effulgiens ſpelunca proximus amnis
Saxa inter, ſcopuloſq; tacet nigrantia circum.
Armata, omne ſolo recubat pecus, & noua marcẽt
Gramina, terrarumq; inclinat ſpiritus herbas
Ipſe autem, vacuus curis, humentia ſubter
Antra ſoporifero ſtipatus flore, tapetis* v. tapetas.
Incubat, exhalant veſtes, & corpore pigro
Strata calent, ſupraq; torum niger afflata anhelo
Ore vapor, manus hæc fuſos à tempore leuo
Suſtentat crines, hæc cornu oblita remiſit
Sunt etiam innumero rerum vaga ſomnia vultu
Vera ſimul falſis, premixtáque triſtia blandis.
Noctis opaca cohors, trabibuſq; aut poſtibus hærẽt
Aut tellure iacent, tenuis qua circuit aulam
Inualiduſq; nitor, primoſq; hortantia ſomnos
Languida ſucciduis expirant lumina flammis,
Huc ſe cæruleo librauit æthere virgo
Diſcolor, effulgent ſylua, tenebroſáque Tempe
Adriſere deæ, & zonis licentibus icta
Euigilat domus, ipſe autem nec lampade clara
Nec ſonitu, nec voce deæ perculſus eodem
More iacet, donec radios Thaumantias omnes,
Impulit, inq; oculos penitus deſcendit inertes.
Tunc ſic orſa loqui. Nimborum fulua creatrix
Sidonios te Iuno duces, mitiſſimè diuûm

V. crucis. *Somme iubet, populumq; *trucem defigere Cadmi*
Qui nunc euentu belli tumefactus, Achiuum
Peruigil asseruat vallum, & tua iura recusat.
Da precibus tantis, rara est hoc posse facultas,
Placatúmque Iouem dextra Iunone mereri.
Dixit, & increpitans languentia pectora dextra.
Ne pereant voces, iterumq; iterumq; mouebat.
Ille dea iussis dubius, mixtusq; sopori
Annuit, excedit grauior nigrantibus atris
Iris. & obtusum multo iubar excitat imbri,
Ipse quoq;, & volucrẽ gressum, & ventosa citauit
Tempora, & obscuri sinuatam frigore cœli
Impleuit chlamyden, tacitoq; per æquora curru
Fertur, & Aonijs longè grauis imminet aruis.
Illius aura solo, volucres pecudesq; ferásque
Explicat, & penitus quãcunq; superuolat vrbem
Languida de scopulis sidunt freta, pigrius hærent
Nubila, demittunt extrema cacumina sylua.
Pluráque laxato ceciderunt sydera cœlo.
Primus adesse deum subito caligine sensit
Campus, & immunera voces, fremitusq; virorum
Summisere sonum, cum vero humentibus alis
Incubuit, piceáque haud vnquam densior vmbra
Casta subit, errare oculi, resolutaq; colla
Et medio affatu verba imperfecta relinqui.
Mox & fulgentes clypeos, & sæua remittunt
Pila manu, lassiq; cadunt in pectora vultus.
Et iam cuncta silent, ipsa iam stare recusant
Cornipedes, ipsos subitus cinis abstulit ignes.

At

At non, & trepidis eadem ſopor otia Graiis
Suadet, & à iunctis arcet ſua nubila caſtris
Noctiuagi vis blanda dei, ſtant vndiq; in armis
Fœdam indignantes noctem, vigiléſque ſuperbos.
Ecce recens ſuperis animum lymphantibus horror
Thyodamanta ſubit, formidandeq; tumultu
Pandere fata iubet, ſiue hanc Saturnia mentem,
Siue nouum comitem bonus inſtigabat Apollo.
Proſilit in medios viſu auditúque tremendus,
Impatienſq; dei, fragili quem mente receptum
Non capit, exundant ſtimuli, nuduſq; per ora
Stat furor, & trepidas incerto ſanguine tendit,
Exhauritq; genas, acies huc errant, & illuc,
Sertáque mixta comis ſparſa ceruice flagellat,
Sic phryga terrificis genitrix Idæa cruentum
Elicit ex adytis, conſumptáque brachia ferro
Scire vetat, quatit ille ſacras in pectora pinus,
Sanguineóſque rotat crines, ac vulnera curſu
Examinat, pauet omnis ager reſperſáque cultris
Arbor, & attoniti currum erexere leones.
Ventum ad concilij penetrale, domumq; verendã
Signorum, magnis vbi dudum cladibus ager
Rerũ extrema mouẽs, fruſtra cõſultat Adraſtus.
Stant circum ſubiti proceres, vt quiſque perempto
Proximus, & magni loca deſolata tuentur
Regibus, haud læti, ſéque huc creuiſſe dolentes,
Non ſecus amiſſo medium cum præſide puppis
Fregit iter, ſubit ad vidui moderamina claui,
Aut laterum cuſtos, aut quem penes obuia ponto

Prora fuit, ſtupet ipſa ratis, tardéque ſequuntur
Arma, neque accedit domino tutela minori.
Ergo alacer trepidos ſic egerit augur Achiuos
Magna deum mandata, duces monituſq; verẽdos
Aduehimus, non ha noſtro de pectore voces
Ille canit, cui me famulari, & ſumere vittas
Veſtra fides, ipſo non diſcordante ſubegit
Nox fœcunda operũ, pulchraq; accommoda fraudi
Panditur augurio diuum, vocat obuia virtus.
v. ſtupet. *Et poſcit fortuna manus, *iacet obruta ſomno*
Aonidum legio, tempus nunc funera regum
Vlciſci, miſerumq; diem, rapite arma, moraſq;
Frangite portarum, ſociis hoc ſubdere flammas,
Hoc tumulare ſuos, equidem hoc & Marte diurno
Dum res infracta, pulſiq; in terga redimus.
Per trepidas iuro, & rapti noua fata magiſtri)
Vidi, & me volucres circum plauſere ſecunda.
Sed nunc certa fides, modo me ſub nocte ſilenti
Ipſe, ipſe aſſurgens iterum tellure ſoluta,
Qualis erat (ſolos infecerat vmbra iugales)
Amphiaraus adit, non vana nec monſtra quietis:
Nec ſomno comperta loquor. Túne inquit inertes
Inachidas (redde hæc Parnaſia ſerta, meoſq;
Redde deos) tantam patiere amittere noctem
Degener? hæc egomet cœli ſecreta, vagoſq;
Edocui lapſus, ſuade eia. vlciſcere ferro.
Nos ſaltem dixit, méque hæc ad limina viſus
Cuſpide ſublata, totoq; impellere curru.
Quare agite vtendum ſuperis, non cõminus hoſtes

Sternen

Sternendi, bellum iacet, & ſæuire poteſtas.
En qui aderunt? quos ingenti ſe attollere fama
Non pigeat, dum fata ſinunt? iterum ecce benigna
Noctis aues, ſequor, & comitũ licet agmina ceſsẽt,
Solus eo: atq; adeo venit ille, & quaſſat habenas
Talia vociferans, noctem exturbabat, eunt q̃
Non ſecus accenſi proceres, quam ſi omnibus idem
Corde deus, flagrant comitari & iungere caſus.
Ter denos numero turmarum robora iuſſus
Ipſe legit, circa fremit indignata iuuentus
Cætera, cur maneant caſtris, ignauáque ſeruent
Otia, pars ſublime genus, pars facta ſuorum
Pars ſua, ſortẽ alij clamant, ſortẽ vndiq; poſcunt.
Gaudet in aduerſis, animoq; aſſurgit Adraſtus.
Vertice ſic Pholoes volucrum nutritor equorum,
Cui fœtura gregem pecoroſo vere nouauit,
Lætatur, cernens hos montis in ardua niti:
Hos innare vadis, certare parentibus illos.
Tunc vacuo ſub corde mouet, qui mole domandi
Ferre iugũ, qui terga boni, quis ad arma, tubaſq;
Natus, ad Eleas melior quis ſurgere palmas.
Talis erat turmæ ductor longæuus Achiuæ,
Nec deeſt cœptis. Vnde hæc tam ſera repentè
Numina qui fractos ſuperi rediiſtis ad Argos?
Eſtne hîc infœlix virtus, gentiq; ſuperſtes
Sanguis, & in miſeris animorum ſemina durant?
Laudo equidem egregij iuuenes, pulchraq; meorũ
Seditione furor, ſed fraudem, & operta paramus
Prælia, cælandi motus, nunquam apta latenti

Turba

Turba dolo, ſeruare animos, venit vltor in hoſtes
Ecce dies, tunc arma palam, tunc ibimus omnes,
His tandem Virtus iuuenum frænata quieuit.
Non aliter moto quam ſi pater Æolus antro
Portam iterum ſaxo premat imperioſus, & omne
Claudat iter, iam iam ſperantibus æquora ventis
Inſuper Herculeum ſibi iungit Agyllea vates,
Actoráque, hic aptus ſuadere, hic robora iactat,
Non ceſſiſſe patri, comites tribus ordine deni
Horrendum Aonijs, & contra ſtantibus agmen.
Ipſe noui gradiens furta ad Mauortia belli
Ponit adoratas Phœbeia, inſignia frondes.
Longæuiq; ducis gremio commendat honorem
Frontis: & oblatam Polynicis munere grato
Loricam, galeamq; ſubit ferus Actora magno
Enſe grauat Capaneꝰ ipſe, haud dignatus in hoſtẽ
Ire dolo, ſuperoſq; ſequi, permutat Agylleus
Arma trucis Nonij, quid enim fallentibus vmbris
Arcus, & Herculeæ iuuiſſent bellæ ſagittæ?
Inde per abruptas caſtrorum ex aggere pinnas,
Ne grauis exclamet portæ mugitus ahenæ
Præcipitant ſaltu, nec longum & protinus ingens
Præda ſolo, cæa exanimes, multóque peracti
Enſe iacent, Ite ô ſocij quacunque voluptas
Cædis inexhauſta, ſuperiſq; fauentibus oro
Sufficite, hortatur clara iam voce ſacerdos.
Cernitis expoſitas turpi marcore cohortes,
(Prò pudor) Argolicas hi ne auſi obſidere portas?
Hi ſeruare viros? ſic fatus & exuit enſem

Eul

Fulmineum, rapidaq; manu morientia transit
Agmina, quis numeret cædes? aut nomine turbã
Exanimen signare queat? subit ordine nullo
Tergáque pectoraq;, & galeis inclusa relinquit
Murmura, permiscétq; vagos in sanguine manes:
Hunc temerè explicitum stratis, hunc sero remissis
Gressibus illapsum clypeo, & malè tela tenentem:
Cœtibus hos medijs vina inter, & arma iacentes.
* *Adcliues clypeis alios, vt quemque ligatum* v. accliuos
Infœlix tellure sopor, supremáque nubes
Obruerat, nec numen abest, armatáque Iuno
Lunarum quatiens exerta lampada dextra
Pãdit iter, firmátque animos, & corpora mõstrat.
Sensit adesse deam tacitus, sed gaudia cælat
Thyodamas, iam iarda manus, iam debile ferrum
Et caligantes nimiis successibus iræ.
Caspia non aliter magnorum in strage iuuencum
Tigris, vbi immenso rabies placata cruore,
Lassauitq; genas, & crasso sordida tabo
Confudit maculas, spectat sua facta, dolétque
Defecisse famem, victus sic augur inerrat
Cædibus Aoniis, optet nunc brachia centum,
Centenasq; in bella manus, iam tædet inanes
Exhaurire minas, hostemq; assurgere malit.
Parte alia segnes magno fatus Hercule vastat
Sidonios, arctórque alia sua quemque cruento
Limite turba subit, stagnant nigrantia tabo
Gramina, sanguineis mutant tentoria riuis
Fumat humus, somniq;, & mortis anhelitus vnà

Volui

Voluitur, haud quiſquam vi ſus, aut ora iacentũ
Erexit, tali miſeris Deus aliger vmbra
Incubat, & tantum morientia lumina ſoluit,
Traxerat inſomnis cithara, ludóque ſuprema
Sydera, iam nullos viſurus Alimenus ortus.
Sidonium Paana canens vbi languida ceruix*
v.huic. *In leuum cogente deo, mediaq; iacebant*
v.relicta. *Colla* relapſa lyra, ferrum per pectus Agyleus*
Exigit, aptatúmque caua teſtudine dextram
Percutit, & digitos inter ſua fila trementes.
Proturbat menſas dirus liquor, vndiq; manant
Sanguine permixti latices, & Bacchus in altos
Crateras, pateraſq; redit, ferus occupat Actor
Implicitũ fratri Thamyrũ Tagᵒ haurit Hethecli
Terga coronati, Danaus caput amputat Ebri.
Neſcius heu rapitur fatis, hilariſq; ſub vmbras
Vitam fugit, mortiſq; fera lucrata dolores.
Stratus humo gelida ſubter iuga fida rotaſq;
Palpetus Aonios gramen gentile metentes
Proflatu terrebat equos, madida ora redundant,
Accenſuſq; mero ſopor æſtuat, ecce iacentis
Inachius vates iugulum fodit, expulit ingens
Vina cruor, fractumq; perit in ſanguine murmur
Fors illi præſaga quies, nigraſq; grauatus
Per ſomnum Thebas, & Thiodamanta videbat,
v.nocti. *Quarta ſoporiferæ ſuperabant tempora* noctis*
Cum vacuæ nubes, & honor non omnibus aſtris
Afflatuſq; fugit curru maiore Bootes.
Iamq; ipſum defecit opus, cùm prouidus actor

Thyoda

Thyodamãta vocat ſatis hæc inopina Pelagis
Gaudia, vix vllos tanto reor agmina ſæuam
Effugiſſe necem, niſi quos deformis in alto
Sanguine degeneres occultat vita, ſecundis
Pone modum, ſunt & diris ſua numina Thebis.
Forſitan & nobis modo quæ fauere, recedunt. l. recedẽt
Paruit, & madidas tollens ad ſydera palmas, 330
Phœbe tibi exuuias monſtratæ premia noctis
Nõdũ ablutus aquis, (tibi enim hæc ego ſacra li-
Trado ferus miles, tripodũ fiduſq; ſacerdos. (taui)
Si non dedecui tua iuſſa, tulíque prementem,
Sæpe veni, ſæpe hanc dignare irrumpere mentem.
Nũc tibi crudus honor, trũca arma, cruorq; virorũ
At patrias ſi quando domos, optataq; Paan,
Templa dabis, Lycia tot ditia dona ſacratis
Poſtibus, & totidem voti memor exigo tauros.
*Dixerat, & *latus ſocios *reuocabat ab armis.* v. lætis
Venerat hos inter fato Calydonius Hopleus l. reuocauit.
Mœnaliúſque Dymas, dilecti regibus ambo,
Regum ambo comites, quorum poſt funera mœſti
Vitã indignãtur, prior Arcada concitat Hopleus.
Nullánе poſt manes regis tibi cura perempti
Care Dyma? teneant quem iam fortaſſe volucres
Thebanique canes, patriæ quid deinde feretis
Arcades? en reduces contra venit aſpera mater. 350
Funus vbi? at noſtro ſemper ſub pectore Tydeus
Sæuit inops tumuli, quamuis patienter artus
Ille, nec abruptis adeo lachrymabilis annis
Ire tamen, ſæuumq; libet nullo ordine paſſim

Scru

Scrutari campum, mediáſne irrumpere Thebas
Excipit orſa Dymas, per ego hæc vaga ſydera iuro
Per ducis errantes inſtar mihi numinis vmbras,
Idem ardor miſero, comitem circumſpicit olim
Mens humilis luctu, ſed nunc prior ibo, vlámque
Inchoat, & mœſto conuerſus ad æthera vultu,
Sic ait, arcanis moderatrix Cynthia noctis,
Sic te tergeminis perhibent variare figuris
Numen, & in ſyluas alio deſcendere vultu,
Ille comes nuper, nemorumq́ insignis alumnus
Ile tuus Diana puer (nunc reſpice ſaltem,
Quæritur, incendit pronis dea curribus almum
Sydus, & admoto monſtrauit funera cornu.
Apparent campi, Thebæq́ altuſq́ Cytheron,
Sic vbi nocturnum tonitru malus æthera frangit
Iuppiter; aſſiliunt nubes, & fulgure claro
Aſtra patent, ſubituſq́ oculis oſtenditur orbis.
Accepit radios, & eadem percitus Hopleus
Tydea luce videt, longè dant ſigna per vmbras
Mutua lætantes, & amicum pondus vteráq́
Ceu reduces vitæ, ſauáque à morte remiſſos
Subiecta ceruice leuant, nec verba, nec auſi
Flere diu, prope ſæua dies, indexq́ minatur
Ortus, eunt taciti per mœſta ſilentia magnis
Paſſibus, exhauſtasq́ dolent pallere tenebras.
Inuida fata pijs, & fors ingentibus auſis
Rara comes, iã caſtra videt, animiſq́ propinquãt
Et decreſcit onus, ſubita cum pulueris vmbra
**Fit ſonus à tergo, monitu ducis acer agebat*

Am

Amphion equites, noctem, vigilatáque caſtra
Explorare datus, primúſque per auia campi
Vſque procul (nec dum totas lux ſoluerat vmbras
Neſcio quid viſu dubium, incertumq; moueri.
Corporáque ire videt, ſubitus mox fraude reperta
Exclamat, cohibete gradum quicunque, ſed hoſtes
Eſſe putet, miſeri pergunt ante ire, timéntque
Non ſibi, tũc mortẽ trepidis minitatur, & haſtam
Expulit, ac vanos altè leuat eminus ictus
Affectans errare manus, ſtetit illa Dymantis
Ante oculos, qui fortè prior, greſſúmq; repreſſit.
At non magnanimus curauit perdere iactus
Ephytus, & fixo tranſuerberat Hoplea tergo:
**Pendentéſque etiam perſtrinxit Tydeos armos.* *pendentiſq;.
Labitur egregij ſed non ducis immemor Hopleus
Expirátque tenens fœlix ſi corpus ademptum
Neſciat, ac ſauas talis deſcendat ad vmbras.
Viderat hoc retro conuerſus, & agmina ſentit
Iũcta Dymas, dubius precibúſne ſubiret, an armis
Inſtantes, arma ira dabat, fortuna precari
Non audere iubet, neutri fiducia cœpto.
Diſtulit ira preces, ponit miſerabile corpus
Ante pedes, tergóque graues quas fortè gerebat
Tigridis exuuias, in leuum torquet, & obſtat
Exertum obiectans mucronem, inq; omnia tela
Verſus, & ad eadem iuxta, mortémque paratus
Vt lea, quam ſauo fœtam preſſere cubili
Venantes Numidæ, natos erecta ſuperſtat
Mente ſub incerta, toruum ac miſerabile frendẽs.

Illa quidem turbare globos, & frangere morſu
Tela queat, ſed prolis amor crudelia vincit
Pectora, & in media catulos circunſpicit ira
Et iam leua viro, quamuis ſæuire vetaret
Amphion, erepta manus, pueriq; trahuntur
Ora ſupina comis, ſerus tunc deniq; ſupplex,
Demiſſo mucrone rogat. Moderatius oro
Ducite, fulminei per vos cunabula Bacchi,
Inoámque fugam, veſtriq; Palemonis annos.
Si cui forte domi natorum gaudia, ſi quis
Hic pater, anguſti puero date pulueris hauſtus.
Exiguámque facem, rogat, en rogat ipſe iacentis
Vultus, ego infandas potior ſatiare volucres.
Me prabete feris, ego bella audere coëgi.
Immo ait Amphion, regem, ſi tanta cupido
Condere, qua timidis belli mens ede Pelaſgis.
Quid fracti, exangueſq; parent, cuncta ocyus effer
Et vita, tumuloque ducis donatus, abito,
Horruit, & toto pracordia protinus Arcas
Impleuit capulo, ſummúmne hoc cladibus inquit
Deerat? vt afflictos turbarem ego proditur Argos
Mil eminus tanti, nec ſic velit ipſe cremari,
Sic ait, & magno proſciſſum vulnere pectus
Iniecit puero, ſupremáque murmura voluens,
Hoc tamen interea claro potiere ſepulchro,
Tales optatis regum in complexibus ambo
Par inſigne animis Ætolus, & inclytus Arcas,
Egregius efflant animas, letóque fruuntur.
Vos quoque ſacrati, quãuis mea carmina ſurgant

Inferior

Inferiore lyra, memores superabitis annos.
Forsitan & comites non aspernabitur umbras
Euryalus, Phrygiiq; admittet gloria Nisi.
At ferus Amphion, regi qui facta reportent,
Edoceántque dolum, captiuáque corpora reddant
Mittit uuans, clausis ipse insultare Pelasgis
Tendit, & abscissos sociorum ostendere uultus.
Interea reducem murorum è culmine Graij
Thydamanta uident, nec iam erumpentia celant
Gaudia, ut exertos enses: & cæde recenti
Arma rubere notãt, nouus assilit æthera magnum
Clamor, & è summo pẽdent cupida agmina uallo
Noscere quisque suos, uolucrum sic turba recentũ
Cùm reducem longo prospexit in æthere matrem,
Ire cupit contra, summáque è margine nidi
Extat hians iam iámque cadat, ni pectore toto
Obstet aperta parens, & amãtibus increpet alis.
Dúmque opus arcanũ, & taciti compẽdia Martis
Enumerant, latisq; suos complexibus implent,
Hopleaq; exquirunt, tardumq; Dimãta querũtur
Ecce & Dircæa iuxta dux concitus ala
Venerat Amphion, non longum cæde recenti
Lætatus, Videt innumeris feruere cateruis
Tellurem, atque una gentem expirare ruina.
Qui tremor illicita cœli de lampade tactos
Hic fixit iuuenem, paritérque horrore sub uno
Vox, acies, sanguisq; perit, geminúsque parentem:
Ipse ultro conuertit equus, fugit ala retorto
Puluere, nondum illi Thebarum claustra subibãt

Et iam Argiua cohors nocturno freta triumpho
Prosilit in campos, per & arma, & mẽbra iacẽtum
Tetráque congerie sola, semianimumq; cruorem
Corripedes, ipsiq; ruunt, grauis exterit artus
Vngula, sanguineus lauat imber, & impedit axes.
Dulce viris hac ire via, ceu tecta superbi
Sidonia, atque ipsas calcent in puluere Thebas.
Hortatur Capaneus. Satis occulta Pelasgi
Delituit virtus, nunc mihi vincere pulchrum
Teste die, mecum clamore, & puluere aperto
Ite palàm iuuenes, sunt & mihi prouida dextræ
Omina, & horrendi stricto mucrone furores.
Sic ait, ardentes alacer succendit Adrastus,
Argolicúsque gener, sequitur iam tristior augur.
Iãq; premũt muros, & adhuc noua funera narrat
Amphion, miseramq; intrabant protinus vrbem.
Ni Megareus specula citus exclamasset ab alta,
Claude vigil, subeũt hostes, claude vndiq; portas.
Est vbi dat vires nimius timor, ocyus omnis
Porta coit, solas dum tardius arctat Echion
Ogygias, audax animis Spartana iuuentus
Irrupit, casiq; ruunt in limine primo
Incola Taygeti Panopæus, rigidiq; natator
Oebalus Eurotæ, túque ô spectate palestris
Omnibus, & nuper Nemeæo in puluere fœlix
Alcidama, primis quem cœstibus ipse ligarat
Tandarides, nitidi moriens conuexa magistri
Respicis, auerso pariter deus occidit astro.
Te nemus Oebalium, te lubrica ripa Lacæna

Vix

Virginis, & falso gurges cantatus olore,
Fleuit, Amycleis triuia lugebere nymphis,
Et quæ te leges, præceptaq; fortia belli
Erudiit genitrix, nimium dedicisse queretur.
Talis Echionio Mauors in limine sauit.
Tandem humeris obnixus Acron, & pectore toto
Pronos Achemenides ferrata robora parta
Torserunt, quanta pariter ceruice gementes
**Prosindunt iurata diu Pangæa iuuenci.* *1. perfringunt
Par operis iactura lucro, quippe hoste retento,
Excluseré suos, cadit intra mœnia Graius.
Ormenus, & pronas tendentis Amynthoris vlnas
Fundentisq; preces, penitus ceruice recisa,
Verba solo, vultúsque cadunt, colloq; decorus
Torquis in hostiles cecidit per vultus arenas.
Soluitur interea vallum, primæq; recusant
Stare moræ, iam se peditum iunxere caterua
Manibus, at patulas saltu transmittere fossas
Horror equis, hærẽt trepidi, atque immane pauẽtes
Abruptum mirantur agi: nunc impetus iræ
Margine ab extremo, nunc spõte in frena recedunt
Hi præfixa solo vellunt muximina: at illi
Portarum obiectus minuunt, & ferrea sudant
Claustra remoliri, trabibúsque arctata sonoro
Pellunt saxa loco, pars ad fastigia missas
Exultant hæsisse faces, pars ima lacessunt,
Scrutanturq; cauas cæca testudine turres.
At Tyrij, quæ sola salus, caput omne coronant
Murorum, nigráque sudes, & lucida ferro

Spicula & arſuras cœli per inania glandes,
Saxáque in aduerſos ipſis auulſa rotabant
Mœnibus, exundant ſæuo faſtigia nimbo.
Armataq; vomunt ſtridentia tela feneſtræ.*
Qualiter aut Maleam, aut alta Ceraunia ſupra
Ceſſantes in nube ſedent, nigriſq; leguntur
Collibus, & ſubitæ ſaliunt in vela procellæ:
Talis Agenoreis, Argiuum exercitus armis
Obruitur, non ora virum, non pectora flectit
Imber atrox, rectóſque tenent in mœnia vultus
Immemores leti, & tantùm ſua tela videntes.
Anthea falcato luſtrantem mœnia curru
Deſuper Ogygiæ pepulit grauis impetus haſtæ.
Lora excuſſa manu, retróque in terga volutus*
Semianimes artus, ocreis retinentibus, hæret
Mirandum viſu belli ſcelus, arma trahuntur,
Fumantéſque rotæ tellurem, & tertius haſtæ
Sulcus arant, longo ſequitur vaga puluere ceruix
Et reſupinarum patet orbita longa comarum.*
At tuba luctificis pulſat clangoribus vrbem.
Obſeptáſque fores ſonitu perfringit amaro.*
Diuiſere aditus, omniq; in limine ſæuus
Signifer ante omnes ſua damna, & gaudia portat
Dira intus facies, vix Mauors ipſe videndo
Gaudeat, incertis lymphatam horroribus vrbem
Scindunt diſſenſu vario, luctúſque, furórque
Et pauor, & cæcis fuga circumfuſa tenebris.
Bellum intraſſe putes, feruent diſcurſibus arces,
Miſcentur clamore viæ, ferrum vndiq;, & ignes,

* vv. pharetræ.

* b. ſoluus

* vv. lata

* b. perſtringit.

Men

Mente vident: sæuas mente accepere cathenas.
Consumpsit ventura timor, iam tecta replerant,
Templáque, & ingrata vallantur planctibus ara.
Vnà omnes, eadémque subit formido per annos,
Poscunt fata senes, ardet, pallétque iuuentus.
Atria fœmineis trepidant vlulata querelis,
Flent pueri, & flendi nequeunt cognoscere causas
Attoniti, & tantùm matrum lamenta timentes.
Illas cogit amor, nec habent extrema pudorem.
Ipsæ tela viris, ipsæ iram, animósque ministrant,
Hortantúrque, vnáque ruunt, nec auita gemētes
Limina, nec paruos cessant ostendere natos.
Sic vbi pumiceo pastor rapturus ab antro
*Armatas*exegit apes, fremit aspera nubes:*
Inq; vicem sese stridore hortantur, & omnes
Hostis in ora volant, mox deficientibus alis
Amplexæ, flauamq; domum, captiuaq; plangunt
Mella, laboratáque premunt ad pectora ceras.
Nec non ancipitis pugnat sententia vulgi.
Discordésque serit motus: hi reddere fratrem
Nec mussant, sed voce palàm, claróque tumultu
Reddere regna iubent, periit reuerentia regis
Sollicitis, veniat, pactumq; hic computet annum.
Cadmeósque lares exul, patriáque salutet
Infœlix tenebras, cur aut ego sanguine fraudes
Et periura luam regalis crimina noxæ?
Inde alij, sera ista fides, iam vincere mauult.
Tiresian alij lachrymis & supplice cœtu
Orant, quódque vnum rebus solamen in arctis

* vv. ere-xit.

Nosse futura rogant, tenet ille inclusa, premit q3
Fata deũ, Quiáne ante duci benè credita nostra
Consilia, & monitus cùm perfida bella vetarem?
Te tamen infœlix, inquit, periuráque Thebe
Si taceam, nequeo miser exaudire cadentem,
Argolicumq3 oculis haurire vacantibus ignem.
Vincamur pietas pone eia altaria, virgo,
Quæramus superos, facit illa, aciéque sagaci
Sanguineos flammarũ apices, geminũq3 per aras
Ignem, & clara tamen mediæ fastigia lucis
Ortæ docet, tunc in speciem serpentis inanem
Ancipiti gyro volui, frangiq3 ruborem,
Demonstrat dubio, patriásque illuminat vmbras.
Ille coronatos iamdudum amplectitur ignes,
Fatidicum sorbens vultu flagrante vaporem.
Stant tristes horrore comæ, vittásque trementes
Cæsaries insana leuat: diducta putares
Lumina, consumptumq3 genis rediisse nitorem.
Tandem exundanti permisit verba furori.
Audite ô sontes, extrema litamina diuum
Labdacidæ, venit alma salus, sed limite duro.
Martius inferias, & saua efflagitat anguis
Sacra, cadat generis quicunque nouissimus extat
Viperei, datur hoc tantum victoria pacto.
Fœlix qui tanta lucem mercede relinquet.
Stabat fatidici propè saua altaria vatis
Mœstus adhuc, patriæ tantum communia lugens
Fata Creon, grandem subiti cùm fulminis ictum
Non secus ac torta traiectus cuspide pectus,

Acci

Accipit exanimis, sentitq́ Menœcea poſci.
Monſtrat enim, ſuadetq́ timor, ſtupet anxius alto
Corda metu glaciante pater. Trinacria qualis
Ora repercuſſum Libyco mare ſumit ab aſtu.
Mox plenum Phœbo vatem, & celare iubentem
Nunc humilis genua amplectẽs, nunc ora canẽtis 620
Nequicquam reticere rogat, iam fama ſacratam
Voce amplexa volat, clamantq́ oracula Thebæ.
Nunc age quis ſtimulos, & pulchræ gaudia mortis
Addiderit iuueni (neq́ n. hæc abſentibus vnquã
Mens homini tranſmiſſa deis) memor incipe Clio,
Sæcula te quoniam penes, & digeſta vetuſtas.
Diua Iouis ſolio iuxta comes, vnde per orbem
Rara dari, terriſq́ ſolet contingere virtus:
Seu pater omnipotens tribuit, ſiue ipſa capaces 630
Elegit penetrare viros, cœleſtibus vt tunc
Deſiluit gauiſa plagis, dant clara meanti
Aſtra locum, quóſque ipſa polis affixerat ignes,
Iamq́ premit terras: nec vultus ab æthere longè,
Sed placuit mutare genas, fit prouida Manto.
Reſponſis vt plena fides, & fraude priores
Exuitur vultus, abiit, horrórque, vigórque
Ex oculis, paulum decoris permanſit, honóſque
Mollior, & poſito vatum geſtamina ferro
Subdita, deſcendunt veſtes, toruíſque ligatur
Vitta comis (nam laurus erat) tamen aſpera pro- 640
Ora deam, nimiiq́ gradus, ſic Lydia coniux (dũt
Amphitryoniaden exutum horrentia terga
Perdere Sidonios humeris ridebat amictus,

Et turbare colus, & tympana rumpere dextra.
Sed neque te indecorem ſacris, dignúmque iuberi
Talia, Dircæa ſtantem pro turre Menœceu
Inuenit, immenſa reſerato limine porta
Sternebas Danaos, pariter Mauortius Aemon,
Sed conſanguinei quamuis, atque omnia fratres,
*Tu prior, exanimes circùm tumulantur * acerui.*
Omne ſedet telum, nulli ſine cædibus ictus.
Necdũ aderat virtus, nõ meus, nõ dextra quieſcit
Non auida arma vacant, ipſa inſanire videtur
Sphynx galeæ cuſtos, viſóque animata cruore
Emicat effigies, & ſparſa Oricalcha renident.
Cùm dea pugnãtis capulum, dextrámq; repreſſit.
Magnanime ô iuuenis, quo non agnouerit vllum
Certius armifero Cadmi de ſanguine Mauors,
Linque humiles pugnas, nõ hæc tibi debita virtus
Aſtra vocant, cœlóq; animã (plus concipe) mites.
Iamdudũ hoc hilares genitor bacchatur ad aras,
Hoc ignes, fibræq; volunt, hoc vrget Apollo
Terrigenam cuncto propria pro ſanguine poſcunt.
*Fama canit monitus, gaudet Cadmeia * pubes*
Certa tui, rape mente deos, rape nobile fatum.
I precor accelera, ne proximus occupet Aemon.
Sic ait, & magna cunctantis pectora dextra
Permulſit tacitè, ſeſéque in corde reliquit.
Fulminis haud citius radiis afflata cupreſſus,
Combibit infeſtas, & ſtirpe, & vertice flammas
Quàm iuuenis multo poſſeſſus numine pectus
Erexit ſenſus, letiq; inuaſit amorem.

* vv. cumulãtur.

* vv. plebes.

Vt

Vt vero auersa, gressumq́, habitumq́ notauit
Et subitam terris in nubila crescere Manto,
Obstupuit. sequimur, diuum quicunque vocasti,* *vv. quæcunque.
Nec tardè paremus ait, iamiámque recedens
Instantem vallo Pylium tamen Agrea fixit:
Armigeri fixum excipiunt, tum vulgus euntem
Authorem pacis, seruatorémque, deumq́
Cõclamat gaudẽs, atque ignibus implet honestis. 680
Iámque iter ad muros cursu festinus anhelo
Obtinet, & miseros gaudet, vitasse parentes.
Cùm genitor (steterũtq́ ãbo, & vox hæsit vtrinq́,
Deiectæq́ genæ) tandem pater antè profatur:
Quis nouus incœptis rapuit te casus ab armis?
Quæ bello grauiora paras, dic nate precanti
Cur tibi torua acies? cur hic truculentus in ore
Pallor? & ad patrios non stãt tua lumina vultus?
Audisti responsa palàm, per ego oro, tuosq́
Nate, meosq́ annos, miseræq́ per vbera matris, 690
Ne vati, ne crede puer, superi ne profanum
Dignantur stimulare senem? cui vultus inanis,
Extinctique orbes, & pœna simillima diro
Oedipodæ? quid si insidijs, & fraude dolosa
Rex agit? extrema est cui nostra in sorte timori
Nobilitas, tuáque ante duces notissima virtus.
Illius hæc forsan remur, quæ verba deorum
Ille mouet, nec frena animo permitte calenti.
Da spatium, tenuẽq́ morã, malè cũcta ministrat
Impetus, hoc oro munus concede parenti. 700
Sic tua maturis signantur tempora canis,

Et sis

Et ſis ipſe parens, & ad hunc animoſe timorem
Peruenias, ne perge meos orbare penates,
Externi te nempe patres, alienaq; tangunt
Pignora, ſi pudor eſt, primum miſerere tuorum,
Hæc pietas, hic verus honos, ibi gloria tantum.
*Ventoſumq; decus, titulique in morte*latentes* *l. iacẽtes.
Nec timidus te flecto parens, I, prælia miſce,
I, Danaas acies, mediosq; per obuius enſes.
Non teneo, liceat miſero tremebunda lauare
Vulnera, & vndãtem lachrymis ſiccare cruorem,
Téque iterum, ſæuis iterumq; remittere bellis.
Hec malunt Thebæ, ſic colla, manuſq; tenebat
mplicitus, ſed nec lachrymæ, nec verba mouebãt
Dis votum iuuenem, quin & monſtrantibus illis
Fraude patrem tacita ſubit, auertitq; timorem.
Falleris heu, veróſque metus pater optime neſcis.
Non mevlli monitus, nec vatum exorſa furentũ
Sollicitant, manéſque mouent, ſibi callidus iſta
Tyreſias, natæq; canat, non ſi ipſe recluſis
Comminus ex adytis in me inſaniret Apollo,
Sed grauis vnanimi caſus me fratris ad vrbem
Sponte refert, gemit Inachia mihi ſaucius Æmon
Cuſpide, vix illum medio de puluere belli
Inter vtraſque acies, iamiamq; tenẽtibus Argis.
Sed moror. I, refoue dubius, turbæq; ferenti
Dic parcant, leuiterq; vehant, ego vulnera doctũ
Iungere, ſupremique fugam reuocare cruoris
Æchionta petam, ſic imperfecta locutus
Effugit, illi atræ merſum caligine pectus

* Con

*Confundit ſenſus, pietas incerta vagatur, *vv. confudit.
Diſcordantq; metus, impellunt credere Parca,
Turbidus interea ruptis venientia portis
Agmina belligeri Capaneus agit æquore campi,
Cornua non equitum, cuneos nunc ille pedeſtres.
Et proculcantes moderantum funera currus,
Idem altas turres ſaxis, & turbine crebro
Laxat, agit turmas idem, atq; in ſanguine fumat.
Nũc ſpargit torquẽs volucri noua vulnera plũbo,
Nunc iaculum excuſſo rotat in ſublime lacerto,
Nullaque tectorum ſubit ad faſtigia, quæ non
*Deſerat haſta virum, perfuſaq; cæde recurrat. *vv. deſerat.
Nec iã aut Oeniden, aut Hippomedõta perẽptos,
Aut vatem Pelopea phalanx, aut Arcada credũt.
Quin ſocium coiiſſe animas, & corpore in vno
Stare omnes, ita cuncta replet, non vllius ætas,
Non cultus, non forma *mouet: pugnãtibus idem *l. monẽt.
Supplicibusq; furit, non quiſquam obſiſtere cõtra,
Non belli tentare vices, procul arma furentis,
Terribileſq; iubas, & frontem caſſidis horrent.
At pius electa murorum in parte Menœceus
Iam ſacer aſpectu ſolitoq; anguſtior ore,
Ceu ſubito in terras ſupero demiſſus ab axe
Conſtitit, exempta manifeſtus caſſide noſci,
Deſpexitq; acies hominum, & clamore profundo
Conuertit campum, iuſſitq; ſilentia bello.
Armorumſuperiq;, túque ô qui funere tanto
Indulges mihi Phœbe mori, date gaudia Thebis
Quæ pepigi, & toto qua ſanguine prodigus emi.

Ferte

Ferte retro bellum, captæq; impingite Lernæ
Reliquias turpes, confixaq; terga fouentes
Inachus indecores pater aduersatur alumnos:
At Tyrijs templa, arua, domos, connubia, natos
Reddite morte mea, si vos placida hostia iuui.
Si non attonitis vatis consulta recepi
Auribus, & Thebis nondum credentibus hausi.
Hæc Amphioniis per me persoluite terris,
Ac mihi deceptum, precor, exorate parentem.
Sic ait, insignemq; animam mucrone coruſco
Dedignantem artus pridem, mœstamq; teneri
Arripit, inq; vno quæsitam vulnere rumpit.
Sanguine tunc spargit turres, & mœnia lustrat.
Seq; super medias acies, nondum ense remisso
Iecit, & insæuos cadere est conatus Achiuos.
Ast illum amplexæ, Pietas, Virtusq; ferebant
Leuiter ad terras corpus: iam spiritus olim
Ante Iouẽ, & summis apicẽ sibi poscit in astris.
Iámque intra muros nullo sudore receptum
Gaudentes heroa ferunt, abscesserat vltro
Tantalidum venerata cohors, subit agmine lõgo
Colla inter iuuenum, lætisq; fauoribus omni
Cõcinitur vulgo, Cadmum, atq; Amphiona supra
Conditur, hi sertis, hi veris honore soluto
Accumulant artus, patriáque in sede reponunt
Corpus adorantum repetum mox bella peractis
Laudibus, hic victa genitor lachrymabilis ira
Congemit, & tandem matri data flere potestas.
Lustralémne feris ego te puer inclyte Thebis,

Dæmo

* l. pro.

Deuotumq; caput, vilis ceu mater alebam?
Quod molita nefas? cui tantum inuisa deorum?
Non ego monstrifero coitu reuoluta nouaui
Pignora, nec nato peperi funesta nepotes.
Quid refert? habet ecce suos Iocasta, ducésque,
Regnantésque videt, nos saua piacula bello
Demus, vt *alternis (placet hoc tibi fulminis au-
Oedipodionij mutent diademata fratres. (thor)
Quod superos, hominésve q̃ror? tu saue Menœceu
Tu miserã ãte omnes properasti extĩguere matrẽ
Vnde hic mortis amor? qua sacra insania menti,
Quóve ego cõceptus, aut qua mala pignora fudi
Tam diuersa mihi? nimirum Martius anguis,
Quaq; nouis proaum tellus efflоruit armis.
Hinc animi tristes, nimiusq; in pectore Mauors.
Et de matre nihil sponte en vtroq; peremptus
Irrumpis mœstas fatis nolentibus vmbras.
Ast egomet Danaos Capaneáque tela verebar
Hæc erat metuẽda manus, ferrũq; quod amens
Ipsa dedi, vidi, vt iugulo consumpserit ensem?
Altius haud quisquã Danaum mucrone subisset.
Diceret infœlix etiamnum, & cuncta repleret
Questibus, abducent comites, famulaq; perosam
Solantes thalamoq; tenent, sedet eruta multo
Vngue genas, non illa diem, non verba precantum
Respicit, aut visus flectit tellure relictos.
Iam vocis, iam mentis inops, sic aspera tygris
Fœtibus abreptis Scithico deserta sub antro
Accubat, & tepidi lambit vestigia saxi.

* vv. alterni.

Nuf

Nusquam ira sedit rabies, ferita sq3, fame sq3
Oris eunt prater secura armenta, gregésque
Aspicit illa iacẽs, vbi enim, quibus vbera pascat,
Aut quos ingenti premat expectata rapina?
Hactenus arma, tuba, ferrũq3 & vulnera, sed nũc
Comminus astrigeros Capaneus tollẽdus in axes,
Non mihi iam solito vatum de more canendum,
Maior ab Aonijs sumenda audacia locis.
Mecum omnes audete dea, siue ille profunda
Missus nocte furor, Capaneáque signa secuta,
Arma Iouem contra Stygia rapuere sorores,
Sed virtus egressa modum, seu gloria praceps,
Seu magna dat fama neci: seu lata malorum
Principia, & blanda superum mortalibus ira.
Iam sordent terrena viro, tædetq3 profunda
Cadis, & exhaustis olim, Graiumq3 suisq3
Missilibus, lassa respexit in æthera dextra,
Ardua mox toruo metitur culmina visu,
Innumerosq3 gradus, gemina latus arbore clusus
Aërium sibi portat iter, longeq3 timendus
Multifidam quercum flagranti lumine vibrat.
Arma rubent via, clypeóque incenditur ignis.
Hac ait in Thebas, hac me iubet ardua virtus
Ire. Manœceo quẽ lubrica sanguine turris.
Experiar quid sacra iuuent, ac fallus Apollo.
Dixit, & alterno captiua in mœnia gressu
Surgit ouans, quales mediis in nubibus æther
Vidit Aloidas, cùm cresceret impia tellus

*Vidit

*l. fata.

Deſpectura deos, nec adhuc immane veniret
Pelion, & trepidum iam tangeret Oſſa tonãtem.
Tum verò attoniti fatorum in cardine ſummo
Ceu ſuprema lues vrbem, facibuſq; cruentis
Æquatura ſolo turres Bellona ſubiret,
Omnibus è tectis certatim ingentia ſaxa,
Roboráque, & grauidas funda ballearis habenas,
(Nam iaculis, cœloq; vagis ſpes nulla ſagittis)
Verũ auidi & tormẽta rotant, & molibus vrgẽt.
Ille nec ingeſtis, nec terga ſequentibus vnquam
Detrahitur telis, vacuoq; ſub aëre pendens,
Plana velut terra certus veſtigia figat,
Tendit, & ingenti ſubit occurrente ruina.
Amnis vt incumbens, longæui robora pontis
Aſſiduis oppugnat aquis, iam ſaxa fatiſcunt,
Emotæq; trabes, tanto violentior ille
(Sæuit enim maiore ſalo) quaſſatq;, trahitq;
Molem ægram: nexus donec celer alueus omnes
Abſcidit, & curſu victor reſpirat aperto.
Vtq; petita diu celſus faſtigia ſupra
Eminuit, trepidámque aſſurgens deſuper vrbem
Vidit & ingenti Thebas exteruit vmbra,
Increpat attonitos. Humiléſne Amphionis arces
Pró pudor, hi faciles, carménque imbelle ſecuti,
Et mentita diu Thebárum fabula muri?
Et quidnam egregium proſternere mœnia, molli
Structa lyra? ſimul inſultans, greſſuq;, manúque
Mollibus obſtantes cuneos, tabulatáque ſæuus
Deſtruit, abſiliunt pontes, tectiq; trementis

Saxea frena labant, diſſiptóque aggere rurſus
Vtitur, & truncas rupes in templa, domoſq;
Precipitat, frangit q; ſuis iam mœnibus vrbem.
Iámque Iouem circa ſtudiis diuerſa frem̃ebant
Argolici, Tyrijq; dei, pater equus vtriſq;
Aſpicit ingentes ardentum comminus iras,
Séque obſtare videt, gemit infeſtante nouerca
Liber, & obliquo reſpectans lumine patrem.
Nũc vbi ſæua manus meaq; heu cunabula flãma
Fulmen, ió vbi fulmen? ait, gemit author Apollo,
Quas dedit ipſe domos. Lernam Thebaſq; repẽdit
Mæſtus, & intento dubitat Tirynthius arcu.
Maternos plangit volucer Daneius Argos,
Flet Venus Harmoniæ populos: metuẽſq; maritũ
Stat procul, & tacita Gradiuum reſpicit ira.
Increpat Aonios audax Tritonia diuos,
Iunonem tacitam furibunda ſilentia torquent.
Non tamen hæc turbant pacẽ Ionis, ecce quierãt*
Iurgia, cùm mediis Capaneus auditus in aſtris,
Nullánè protrepidis clamabat numina Thebis
Statis? vbi infandæ ſegnes telluris alumni
Bacchus, & Alcides? piget inſtigare minores
Tu potius venias, (quis enim concurrere nobis
Dignior?) en cineres Semeleáque buſta tenentur.
Nunc age, nunc totis in me connitere flammis
Iuppiter, an pauidas tonitru turbare puellas
Fortior? & ſoceri turres excindere Cadmi?
Ingemuit dictis ſuperum dolor ipſe furentem
Riſit, & incuſſa ſanctarum mole comarum,

* l. quiescunt.

Qua

Quanã ſpes hominũ tumidæ poſt prælia Phlegræ?
Túne etiã feriendus? ait, premit vndiq; lentum
Turba deum frendens, & tela vltricia poſcit.
Nec iam audet fatis turbata obſiſtere coniux,
Ipſa dato nondum cœleſtis regia ſigno
Sponte tonat, coeunt ipſæ ſine flamine nubes.
Accurruntq; imbres, Stygias rupiſſe cathenas
Iapeton? aut victam ſupera ad conuexa leuari
Innarimen, Ætnámue putes, pudet iſta timere
Cœlicolas, ſed cùm in media vertigine mundi
Stare virum, inſanoſq; vident depoſcere pugnas,
Mirantur taciti, & dubio pro fulmine pendent,
Cœperat Ogygiæ ſupra veſtigia turris,
Arcanum mugire polus, cœlumq; tenebris
Auferri: tenet ille tamen, quas non videt arces.
Fulguráque attritis quoties micuere procellis,
His ait in Thebas, his iam decet ignibus vti,
Hinc renouare facem, laſſamq; accẽdere quercũ,
Talia dicentem toto Ioue fulmen adactum
Corripuit, primæ fugere in nubila criſtæ,
Et clypei niger vmbo cadit, iamq; omnia lucent
Membra viri, cedunt acies, & terror vtrinque
Quò ruat, ardenti feriat quas corpore turmas.
Intra ſe ſtridere facem, galeámque, comaſq;
Sentit, & vrentem thoraca repellere dextra,
Conatus ferri cinerem ſub pectore tractat.
Stat tamen extremũq; in ſydera verſus anhelat,
Pectoráque inuiſis obicit fumantia muris
Ne caderet: ſed membra virũ terrena relinquunt

Exuiturq; animus, paulum si tardius artus
Cessissent, potuit fulmen meruisse secundum.

P. STATII PAPINII THEBAID. LIB. XI.

POstquã magnanimus furias virtutis iniquæ
Cõsumpsit & Capaneus, expirauitq; receptũ
Fulmen, & ad terras longè comitata cadentem
Signauit muros vltricis semita flammæ:
Componit dextra victor concussa plagarum
Iuppiter, & vultu cœlumq; diémque reducit,
Gratantur superi, Phlegræ ceu fessus anhelet
Prælia, & Encelado fumãtẽ impresserit Ætnam.
Ille iacet laceræ complexus fragmina turris,
Toruas adhuc visu, memorãdaq; facta relinquẽs
Gentibus, atque ipsi non illaudata Tonanti.
Quantus Apollineæ temerator matris Auerno
Tenditur, ipse horrent si quando pectore ab alto
Emergunt volucres, immensaq; membra iacentis
Spectant, dum miseræ crescunt in pabula fibræ.
Sic grauat iniectus terras, hostiálique vrit
Arua, & anhelantem cœlesti sulphure campum.
Respirant Thebæ, templisque iacentia surgunt
Agmina iam finis votis, finésque supremis
Planctibus, & notos ausa deponere matres.
At vaga palantes campo fuga voluit Achiuos.
Nec iam aut hostiles turmæ, ferrúmue timetur.
Omnibus ante oculos iræ Iouis, omnibus ardent

Arma

Arma metu, galeæq; tonant, viſuſq; parentes
Ipſe ſequi, & profugis opponere Iupiter ignes.
Inſtat Agenoreus miles, cœliq; tumultu
Vtitur indomitos vt cum Maſſylla per arua
Armenti reges magno Leo frangit hiatu,
Et contentus abit: rauci tunc comminus vrſi
Tunc auidi venere lupi, rabiéque remiſſa
Lambunt degeneres aliena vulnera præda, (mis
Hinc premit Eurymedõ, cui ruſticus horror in ar-
Ruſtica tela manu, patriumq; agitare tumultũ,
Pan illi genitor, tener hinc conatibus annos* a hic
Egreditur, iuuenémq; patrẽ puer æquat Alatreus
Fœlices ambo, ſed fortunatior ille,
Quem genuiſſe iuuat, nec iã dignoſcere prõptum
Qua magis arma ſonẽt, quo plus eat haſta lacerto.
Arctatur denſo fugientum ex agmine vallum.
Quas voluis Gradiue vices? modo mœnia Cadmi
Scandebant, ſua nunc defendunt tecta Pelaſgi.
Ceu redeunt nubes, ceu circunflantibus auſtris
Alternis procumbit ager, ceu gurgite cano
Nunc retegit bibulas, nunc obruit æſtus arenas.
**Procumbit latè pubes Tirynthia alumni* * l. expira
Exuuias imitata dei, trux mœret ab alto
Amphitryonades Nemeæ in ſanguine terga,
Et ſimiles ramos, ſimilé ſque videre pharetras.
Stabat in Argolica ferrato margine turris
Egregius lituo dextri Mauortis Enipeus
Hortator, ſed tunc miſeris dabat vtile ſignum,
Suadebat q; fugam, & tutos in caſtra receptus

Cùm ſubitum obliquo deſcendit ab aëre vulnus,
Vrgentiſq; ſonum leua manus aure retenta eſt
Sicut erat: fugit in vacuas iam ſpiritus auras,
Iam gelida ora tacent, carmen tuba ſola peregit.
Iamq; potens ſcelerum, geminaq; exercita gentis
Sanguine, Tiſiphone fraterna cludere quærit
Bella tuba, nec ſe tanta in certamina fidit
Sufficere, inferna comitem ni ſede Megæram,
Et conſanguineos in prælia ſuſcitat angues,
Ergo procul vacua conſedit valle, ſolúmque
Enſe fodit Stygio, terræq; immurmurat abſens.
Nomen, & Elyſiis ſignum indubitabile regnis.
Crinalem attollit longo ſtidore Ceraſten
Cæruleæ dux ille comæ, quo protinus omnis
Horruit audito tellus, pontúſque, poluſq;,
Et pater æneos iterum proſpexit ad ignes.
Accipit illa ſonum, ſtabat tunc forte parenti
Proxima, dum cœtu Capaneo Laudatur ab omni
Ditis, & inſignem Stygijs fouet amnibus vmbrã.
Protinus abrupta terrarum mole ſub aſtris
Conſtitit, exultant manes, quantumq; profundæ
Rareſcunt tenebræ, tantum de luce receſſit,
Excipit atra ſoror, dextráq; innixa profatur.
Hæc germana tenus Stygij metuenda parentis
Imperia, & iuſſos potui tolerare furores
Sola ſuper terras, hoſtiliq; obuia mundo,
Dum vos Elyſium & faciles compeſcitis vmbras
Nec prẽtium deforme moræ, caſſiq; labores.
Hoc quodcunq; madẽt cãpi, quod ſanguine fumãt

Stagna

Stagna quod in numero Lethea examine gaudet
Ripa mea vires, mea læta insignia, sed quid
*Hoc ego? Mars habeat, vulgataq; iactet Enyo.
Vidistis (Stigiis certè manifestus in vmbris)
Sanguine *fœdantem rictus, atroq; madentem v hæc.
Ora ducem tabo, miserum insatiabilis edit v. fœdatũ.
Me tradẽte caput, modo nempe horrẽdus ab astris
Descendit vos vsque fragor, mea sacra premebat
Tempestas, ego mixta viri furialibus armis
Bella deum, & magnas ridebam fulminis iras.
Sed iam (effabor enim) longo sudore fatiscunt
Corda soror, tardaq; manus, hebet infera cœlo
Taxus, & insuetos angues nimia astra soporant.
Tu cui totus adhuc furor, exultantq; recentes
Cocyti de fonte comæ, da iungere vires.
Non solitas acies, nec Martia bella paramus,
Sed fratrum (licet alma fides, pietásq; repugnent
Vincentur (fratrum stringendi comminus enses
Grande opus, ipse odiis, ipse discordibus armis
Aptemur, quid lenta venis? agedum elige cuius
Signa feras ambo faciles, nostriq; sed anceps
Vulgus, & affatus matris, blandámque precatu
Antigonen timeo, paulo ne nostra retardet
Consilia, ipse etiam, qui nos lassare precando
Suetus, & vltrices oculorum exposcere diras,
Iam pater est, cœtu fertur iam solus ab omni
Flere sibi, atque moror ipsa irrumpere Thebas,
Assuetúmque larem, tibi pareat impius exul,
Argolicumq; impelle nefas, neu mitis Adrastus

Praualeat, plebéſque cane Lernæa moretur,
Vade, & in alternas inimica reuertere pugnas.
Talia partita diuerſum abiere ſorores.
Vt notus, & Boreas, gemino de cardine mundi
Hic niue Riphæa, Lybicis hic paſtus arenis
Bella cient, clamant amnes, freta, nubila, ſylua,
Iamq; patẽt ſtrages, plangunt ſua damna coloni.
Et tamen oppreſſos miſerantur in æquore nautas.
Illas vt ſummo vidit pater altus Olympo
Inceſtare diem, trepidumq; Hyperionis orbem
Suffundi maculis, torno ſic incohat ore.
Vidimus armiferos, quo fas erat, vſque furores
Cœlicolæ, licitaſq; acies, & ſi impia bella
Vnus init, dignuſq; mea procumbere dextra.
Nunc par infandum, miſeriſq; incognita terris
Pugna ſubeſt, auferte oculos abſentibus auſint
Iſta dies, lateántque Iouem, ſat funera menſæ
Tantaleæ: & fontes vidiſſe Lycaonis aras,
Et feſtina polo ducentes aſtra Mycenas.
Nunc etiam turbanda dies, mala nubila tellus
Accipe, ſecedántque poli, ſtat parcere cœlo,
Cœlitibuſq; meis, ſaltem ne virginis almæ
Sydera, Ledæi videant neu talia fratres.
Sic pater omnipotens, viſuſq; nocentibus aruis
Abſtulit, & dulci terræ caruere ſereno.
Iamq; per Argolicas Erebo ſata virgo cohortes
Veſtigat Polynicis iter, portiſq; ſub ipſis
Inuenit, incertum leto tot iniqua fugáne
Exeat & dubios turbabant omnia ſenſus.

Vide

Viderat obſcura vallum dum nocte pererrat
Æger conſiliis, curiſq́ nouiſſima voluens* v. conſilij.
Coniugis Argia lacera cum lampade mœſtam
Effigiem, (ſunt monſtra deûm, ſic ire parabat
Has latura viro tædas erat) ergo roganti,
Quæ via, quiſue dolor, cur mœſta inſignia? tãtum
Fleuerat, atque manu timidos auerterat ignes.
Scit mentem vidiſſe nefas, & enim vnde Mycenis
Afforet & vallum coniux inopina ſubiret?
Sed fati monitus, vicináque funera ſentit,
Ac ſentire timet, cum vero Acherontis operti
Diua ter admoto tetigit thoraca flagello,
Ardet inops animi, nec tam conſidere regno, v. affatur.
Quã ſcelus, & cadẽ, & perfoſſi in ſanguine fratris
Expirare cupit, ſubituſq́ affatus Adraſtum.*
Sera quidem, extremus ſocium, gentiſq́ ſuperſtes
Argolica conſulta pater, iam rebus in arctis v. pro-
Aggredior: tũc tempus erat, cũ ſãguis Achiuũ priamq;.
*Integer, ire vltro, *primámq́ capeſſere pugnam,*
Non plebis Danaæ florem, regumq́ verendas
Obiectare animas, vt lamentabile tantis
Vrbibus induerem capiti decus, aſpera quando
Præcepit virtus, nunc ſaltem exoluere fas ſit
Quæ merui, ſcis nempe ſocer, licet alta recondas
Vulnera, & afflictum generi vereare pudorem.
Ille ego ſum, qui te pacem, & pia iura regentem.
Infœlix (vtinamq́ aliis datus vrbibus hoſpes)
Extorrem patria, regnóque ſed exige tandem
Supplicia, fratrẽ ſuprema in bella (quid horres?)

Decretum est, fixúmque voco, desiste morari
Nec poteris, non si atra parens, miseræq; sorores
In media arma cadant? non si ipse ad bella ruenti
Obstet, & extinctos galeæ pater ingerat orbes
Deficiam, an ne bibam supereſt quodcunq; cruoris
Inachij? & vestris etiamnum mortibus vtar?
Vidi ego me propter ruptos telluris hiatus,
Nec subij, vidi exanimum, feciq; nocentem
Tydea me Tegee regem indefessa reposcit,
Orbáque Parrhasij vlulat mihi mater in antris.
Ipse nec Ismeni ripas, dum stagna cruentat
Hippomedon, Tyrias potui nec scandere turres,
Dum tonat, & tecum Capaneus misere furores?
Quis tantus pro luce timor? sed digna rependam,
Conueniant vbicunque murus, matresq; Pelasgæ,
Longæuiq; patres: quorum tot gaudia carpsi,
Orbauiq; domos, fratri concurro, quid vltra est?
Spectent, & votis victorem Etheoclea poscant.
Iamq; vale coniux, dulcesq; valete Mycenæ.
At tu care socer (nec enim omnis culpa malorum
Me penes, & superi mecum, Parcæq; nocentes)
Sis lenis cineri, méque hæc pòst prælia raptum
*Alitibus, fratriq; neges vrnáque *reponas*
*reportes *Hoc tantum & natæ melius connubia iungas.*
Ibant in lachrymas veluti cum vere reuerso
Bistoniæ tepuere niues, summittitur ingens
Æmus, & angustos Rhodope descendit in amnes,
Cœperat & leni senior mulcere furentem
Alloquio, scidit orsa nouo terrore cruenta

Eume

Eumenis, alipedemq; citum fataliaq; arma
Protinus Inachij vultus, expressa Pericli
Obtulit, ac fidas excluſit caſſide voces.
Ac ſuper hæc. Abrumpe moras, celeremus, & illũ
Aduentare ferunt portis, ſic omnia vicit, v. vincit.
Correptúmq; iniecit equo, volat æquore aperto
Pallidus, inſtantémq; deæ circunſpicit vmbram,
Sacra Ioui merito Tyrius pro fulmine victor v. ductor.
Nequicquam Danaos ratus exarmaſſe ferebat
Nec pater ætherius diuumq; has vllus ad auras,
Sed mala Tiſiphone trepidis inſerta miniſtris
Aſtat, & inferno præuertit vota Tonanti.
Summe deum, tibi namque mea primordia Thebæ
(Liueat infandum licet Argos, & aſperæ Iuno)
Debent, Sidonios, ex quo per littora raptor
Turbaſti thyaſos, dignatur virgine noſtra
Terga premi, & placidas falsũ mugire per vndas.
Nec te vana fides, iterum Cadmeia adeptum
Connubia, & Tyrios nimium irruptſiſſe penates.
Tandem inquam ſoceros, dilectáq; mœnia gratus
Reſpicis, aſſertoq; tonas: ceu regia cœli
Attentata tui, ſic te pro turribus altis
Vidimus vrgentem nubes, letiq; benignum
Fulmen, & auditos proauis agnouimus ignes:
Accipe nunc pecudes, & magni thuris aceruos,
Votiuumq; marem, dignas ſed pendere grates
Haud mortale opus eſt, certẽt tibi reddere Bacch⁹
Noſter & Alcides, illis hæc mœnia ſerua.
Dixerat, at illi niger ignis in ora genáſque

Pro

Prosiluit raptumq3 comis diadema creauit.
Tunc ferus ante ictum spumis delubra cruentat
Taurus, & obstantum mediis è cœtibus exit
Turbidus, insano feriens altaria cornu.
Diffugiunt famuli, & regem solatur Haruspex.
Ipse instaurari sacrum male fortis, agiq3
Imperat, & magnos ficto premit ore timores.
Qualis vbi implicitum Tirynthius ossibus ignem
Sensit, & Oeteas membris accedere Vestes.
Vota incepta tamen, libataq3 thura ferebat
Durus adhuc, patiensq3 mali, mox grãde coactus
Ingemuit, victorq3 furit per viscera Nessus.
Nuncius exanimi suspensus pectora cursu
Æphitus ad regem porta statione relicta
Tendit, & hæc trepido vix intellectus anhelat.
Rumpe pios cultus, intempestiuaque Rector
Sacra deum. frater muris circum omnibus instat.
Portarúmque moras franis assultat, & hastis.
Nomine te crebro, te solum in prælia poscens.
Flent mœsti retro comites, & vtérque loquenti
Adgemit, & pulsis exercitus obstrepit armis
Ille vocat. Tunc tempus erat sator optime diuũ.*
Quid meruit Capaneus? turbatus inhorruit altis
b. Nunc. *Rex odiis, mediaq3 tamen gauisus in ira est.*
Sic vbi regnator post exulis otia tauri,
Mugitum hostilem summa tulit ore iuuencus,
Agnouitq3 minas, magna stat feruidus ira
b. stat. *Ante gregem, spumisq3 animos ardentibus* effert*
Nunc pede toruus humũ, nũc cornibus aera findẽs

Horri

Horret ager, trepidaq; expectant prælia vaccæ.
Non desunt regi comites. Siue mœnia pulset
Irritus. Ille autem fractis huc audeat vsque
Viribus? hic miseris furor est instare periclo
Nec librare metus, & tuta odisse, resiste 260
Hoc fretus solio, nos propulsabimus hostem.
Nos bellare iube, si proxima turba, sed ardens
Ecce aderat luctu, dicturúsque omnia belli
Libertate Creon, vrit fera corda Mœneceus:
Nulla patri requies, illum quarit q3, tenétq3,
Illum sanguineos proflantem pectore riuos
Aspicit, & sæua semper de turre cadentem.
Vt dubiũ, & pugnas cũctantem Etheoclea vidit:
Ibis ait, neque te vlterius, fratrumq3 ducumq3
Pessime funeribus patriæ, lachrymisque potitum, 270
Emmenidum belliq3 reum, patiemur inulti.
Stat tua non æquis luimus periuria diuis.
Vrbẽ armis, opibusq3 graue, & modo ciuib⁹ arctã,
Ceu cœlo demissa lues, inimicáue tellus
Hausisti vacuamq3 tamen sublimis obumbras,
Deest seruitio plebes, hos ignis egentes
Fert humus, hos pelago patrius iã detulit amnis.
Hi quarunt artus, illi ardua vulnera curant.
Redde agedum miseris fratres, natósq3, patresq3,
Redde aruis, domibusq3 viros vbi maximus Hip- 280
Finitimusq3 Dryas? vbi Phocidos arma sonoræ (se⁹
Euboiciq3 duces? illos tamen æqua duelli
Sors tulit ad Manes, at tu (pudet) hostia regni
Hostia nate iaces, seu mutus, & è grege sanguis.

Hei

Hei mihi primitiis armorum, & rite nefasto
Libatus iussúsque mori, & cunctabitur vltra
Iste? ac aduerso nunc saltem Marte vocatus
Stabit? an in pugnas alium iubet ire prophanus
Tiresias, iterúmque meos oracula nectit
Ingemitus? quid enim misero super vnicus Æmõ?
Illè iube subeat, túque hic spectator ab alta
Turre sede, quid saua fremis, famulamq; cohortẽ
Respectas? hi te ire volunt, hi penderc pœnas.
Ipsa etiam genitrix, ipsæq; odere sorores.
In te ardens frater, ferrum mortémque minatur,
Sæuáq; portarum conuellit claustra, nec audis?
Sic pater infrendens, miseráque exæstuat ira.
Ille sub hæc. Non fallis, ait, nec inclyta nati
Fata mouẽt, canere illa patrẽ, & iactare decebat?
Sed spes sub lachrymis, spes atq; occulta cupido
His latet, insano prætendis funera voto,
Méque premis frustra vacuæ ceu proximus aulæ.
Non ita Sidoniam fortuna reliquerit vrbem,
In te vt sceptra cadunt, tanto indignissime nato,
Nec mihi difficilis præsens vindicta, sed arma
Arma prius famuli, coeant in prælia fratres.
Vult gemitus lenire Creon, lucrare furorem.
Victori mihi cuncta lues. Sic iurgia paulum
Distulit, atq; ensem, quẽ ima dabit ira, repressit.
Ictus vt incerto pastoris vulnere serpens
Erigitur gyro, longúmque è corpore toto
Virtus in ora legit, paulum si deuius hostis
Torsit iter cecidere mina, tumefactaq; frustra

Colla

Colla ſedent, iráſque ſui bibit* ille veneni. v. ipſe prima.
At genitrix* primum funeſtæ ſortis, vt amens
Expauit famam; nec tardè credidit* ibat
Sciſſa comas, vultuq́, & pectore nuda cruento.
Non ſexus, decorisue memor. Pentheia qualis
Mater ad inſani ſcandebat culmina montis,
Promiſſum ſæuo caput allatura Lyeo.
Non comites, non ferre ipſe veſtigia natæ
Æquæ valent, tantũ miſeræ dolor vltimus addit
Robur, & exangues crudeſcunt luctibus anni.
Iámque decus galeæ, iam ſpicula ſæua ligabat
Ductor, & ad lituos hilarẽ, intrepidumq́, tubarũ
Proſpiciebat equum, ſubito cum apparuit ingens
Mater, & ipſe metu famulumq́, expalluit omnis
Cœtus, & oblatam retro dedit armiger haſtam.
Quis furor? vnde iterum regni integrata reſurgit
Eumenis? ipſi etiam poſt omnia comminus ipſi
Stabitis? vſque adeo geminas duxiſſe cohortes,
Et facinus mãdaſſe parum eſt? quo deinde redibit
Victor? in hos ne ſimus? ô diri coniugis olim
Fœlices tenebræ! datis improba lumina pœnas,
Hæc ſpectanda dies? quo ſæue minantia flectit
Ora? quid* alternos vultus, pallorq́, ruborq́, b. alternis.
Mutat? & obnixi frangũt mala murmura dẽtes?
Me miſerã? vinces, pri⁹ hæc tamẽ arma neceſſe eſt
Experiare domi, ſtabo ipſa in limine portæ
Auſpicium infœlix, ſcelerúmq́, immanis imago
Hæc tibi canicies, hæc ſunt calcanda nefande
Vbera, perque vterum ſonipes hic matris agẽdus.

Parce

Parce, quid oppositum capulo parmáque repellis?
Non ego te contra Stygiis feralia sanxi
Vota deis, caco nec Erinnyas ore rogaui.
Exaudi miseram genitrix te saeue precatur, (des,
Nõ pater adde moram sceleri, & metire quod au-
Sed pulsat muros germanus, & impia contra
Bella ciet? non mater enim, non obstat eunti
Vlla soror, te cuncta rogãt, hic plangimus omnes
Ast vbi vix vnus pugnas dissuadet Adrastus,
Aut fortasse iubet, tu limina auita, deósque
Linquis, & à nostris in fratrem amplexibus exis?
At parte ex alia tacitos obstante tumultu
Antigone furata gradus (nec casta retardat
Virginitas) volat Ogygij fastigia muri
Exuperare furens, senior comes haret eunti
Actor, & hic summas non duraturus ad arces.
Vtque procul visis paulum dubitauit in armis,
Agnouitque nefas, iaculis. & voce superba
Tecta incessentem, magno prius omnia planctu
Implet, & è muris, ceu descensura profatur,
Cõprime tela manu, paulumq; hanc aspice turrim
Frater, & horrentes refer in mea lumina crista,
Agnoscis ne hostes? sic annua pacta fidemq;
Poscimus? hi questus hac est bona causa modesti
Exulis? Argolicos per te germane penates
(Nam Tyrijs, iam nullus honos,) per si quid in illa
Dulce domo, sumite animos in vtraq; gentis
Turba rogant, ambaq; acies, rogat illa suorum
Antigone deuota malis, suspectaq; regi,

Et tantum tua dure ſoror, ſaltem ora, trucéſque
Soluo genas, liceat vultus fortaſſe ſupremum
Noſcere dilectos, & ad hæc lamenta videre
Anne fleas, illum gemitu iam ſupplice mater
Frangit, & exertum dimittere dicitur enſem
Tu mihi fortis adhuc? mihi, qua tua nocte, diéque
Exilia, errorréſque fleo: iamiámque tumentem
Placui tibi ſæue patrem, quid crimine ſoluis
Germanũ? nempe ille fidẽ & ſtata fœdera rupit,
Ille nocens, ſæuúſque ſuis, tamen ecce vocatus
Non venit, his paulum furor elangueſcere dictis
Cœperat, obſtreperet quãquã, atq; obſtaret Erin-
lã ſummiſſa manus, lẽtè iam flectit habenas, (nis
Iam tacet, errũpunt gemitus, lachrymáſq; fatetur
Caſſis, habent iræ, paritérque & abire nocentem
Et veniſſe pudet, ſubito cum matre repulſa
Eumenis eiecit fractis Etheoclea portis
Clamantem, Venio, ſolúmque quod ante vocaſti
Inuideo, ne inceſſe moras, grauis arma tenebat
Mater, & O patria, O regni incertiſſima tellus*
Nunc certè victoris eris, nec mitior ille,
Tãdem inquit ſcis ſæue fidẽ? & deſcendis in aquũ?
O mihi nunc primum longo poſt tempore frater,
Congredere, hæ leges, hæc fœdera ſola ſuperſunt.
Sic hoſtile tuens fratrem, námque vritur alto
Corde, quod innumeri comites, quod regia caſſis,
Inſtratúſque oſtro ſonipes, quod fulua metallo
Parma micet, quãquã haud armis inhonorus &
Nec palla vulgare nitens, opus ipſa nouarat (ipſe,

380 390 400

* vv. regã

Mœoniis Argia modis, & pollice docto
Stamina, purpureæ ſociauerat aurea telæ.
Iámque in puluereum furiis hortantibus æquor
Proſiliũt ſua quémque comes, ſtimulatq́, mouetq́
Frena tenẽt ipſæ, phaleráſque, & lucida comunt
Arma manu, mixtiſq́ iubas ſerpentibus augent.
Stat conſanguinem campo ſcelus, vnius ingens
Bellum vteri, coëuntq́ pares ſub caſſide vultus.
Signa tacent, ſiluere tubæ, ſtupefactáque Martis
Cornua, ter nigris auidus regnator ab oris
Intonuit, térque ima ſoli concuſſit, & ipſi
Armorum fugere dei, nuſquam inclyta Virtus,
**Reſtrinxit Bellona faces, longéque pauentes*
Mars, rapuit currus, & Gorgone cruda virago
Abſtitit, inq́ vicem Stygiæ rubuere ſorores.
Prominet excelſis vulgus miſerabile tectis.
Cũcta madẽt lachrymis, & ab omni plãgitur arce
Hinc, queſti vixiſſe ſenes, hinc pectore nudo
Stant matres, paruóſque vetant attendere natos.
Ipſe quoque Ogygios monſtra ad gentilia manes
Tartareus rector porta iubet ire recluſa.
Montibus inſidunt patriis, triſtiq́ corona
Infecere diem, & vinci ſua crimina gaudent.
Illos vt ſtimulis ire in diſcrimen apertis
Audiit, & ſceleri nullum iam obſtare pudorem,
Aduolat, & medias immittit Adraſtus habenas.
Ipſe quidem regnis multum, & venerabilis æuo,
*vv. nec *Sed quid apud tales? qui* non ſua pignora curæ*
Extet honos? tamen ille rogat. Spectabimus ergo

Inachi

Inachidæ, Tyriiq; nefas? vbi iura, deiq;? 430
Bella vbi? ne perstate animis te deprecor hostis,
Quãquã *hæc ira sinat, nec tu mihi sanguine lõgè *vv. haud
Te gener, & iubeo, sceptri si tanta cupido est,
Exuo regales habitus. I Lernan, & Argos
Solus habe, non verba magis suadentia frangunt
Accensos, sumptisq; semel conatibus obstant,
Quàm scita curuatis erectus fluctibus vnquã
Pontus, Cyaneos vetuit concurrere montes.
Vt periisse preces, geminósque ad prælia fusos
Puluere cornipedes, exploratiq; furentum 440
In digitis amenta videt, fugit omnia, linquens
Castra, viros, generum, Thebas, ac fata morãtem.
Conuersumq; iugo protellit Ariona, qualis
Demissus curru leuæ post præmia sortis
Vmbrarum custos, mundiq; nouissimus hæres
Paluit amisso veniens in tartara cœlo.
Non tamen indulsit pugnæ, cunctatáque primo
Substitit in scelere, & paulũ fortuna morata est.
Bis cassæ periere viæ, bis comminus actos
Auertit bonus error equós, puraq; nefandi 450
Sanguinis, obliquis ceciderunt ictibus hastæ.
Tendunt frena manu, & sæuis calcaribus vrgent
Immeritos, mouet & geminas miserabile diuum
Prodigium turmas, alternáque murmura volunt
Mussantes, iterare aciem, procurrere sæpe
Impetus, & totum miseris opponere bellum.
Iamdudum terras, cœtúque offensa deorum
Aduersa cœli Pietas in parte sedebat.

Non habitu quo nota prius, non ore sereno,
Sed vittis exuta comam, fraternáque bella
Ceu soror infœlix pugnantum, aut anxia mater
Deflebat: sæuúmque Iouem, Parcasq; nocentes
Vociferans, seséque polis, & luce relicta
Descensuram Erebo, & stygios iam malle penates
Quid me, ait, vt sæuis animantum, vt sæpe deorũ
Obstaturam animis, princeps natura creabas?
Nil iam ego per populos, nusquã reuerẽtia nostri,
O furor, ô homines, diriq; Promotheos artes,
Quam bene post Pyrrhã tellus, pontusq; vacarem!
En mortale genus dixit, speculatáque tempus,
Auxilium tentemus ait, licet irrita coner.
Desiluitq; polo, niueus sub nubibus altis
Quanquam mœsta dea sequitur vestigia limes.
Vix steterat campo, subita mansuescere pace
Agmina sentiriq; nefas, tunc ora madescunt,
Pectoráque, & tacitus subrepsit fratribus horror.
Arma etiam simulata gerens, cultúsque viriles
Nunc his, nunc illis, Agite, ite, obsistite, clamat.
Quis nati fratréque domi, quis pignora tanta.
His quoq; nónne palã est vltro miserescere diuos?
Tela cadunt, cunctantur equi fors ipsa repugnat.
Non nihil impulerat dubios, ni torua notasset
Tisiphone fraudes cœlestiq; ocyor igne
Afforet increpitans. Quid belli obuerteris ausis
Numen iners, paciq; datum? cede improba noster
Hic campus, nostérque dies, nunc sera nocentes
Defendis Thebas vbi tunc cum bella cieret

Bac

Bacchus? & armatas furiarent orgia matres?
Aut vbi segnis eras, dum Martius impia serpens
Stagna bibit, dum Cadmus arat, dum victa cadit
Sphynx
Dum rogat Oedipoden genitor? dũ lampade nostra
In thalamos Iocasta venit? sic vrget, & vltro
Vitantem aspectus, etiam pudibundáque longè
Ora reducentem, premit astridentibus Hydris,
Intentátque faces, deiectam in lumina pallam
Diua trahit, magnóque fugit questura Tonanti:
Tunc vero accensa stimulis maioribus ira.
Arma placent, versáq; volunt spectare cohortes.
Instaurant crudele nefas, rex impius aptat
Tela, & funesta casum prior occupat hasta.
Illa viam medium clypei conata per orbem
Non pertert ictus, atque alto vincitur auro.
Tunc exul subit, & clarè funesta precatur.
Di quos effosso non irritus ore rogauit
Oedipodes, firmate nefas, non improba posco
Vota? piabo manus, & eodem pectora ferro
Rescindam, dum me moriens hic sceptra tenẽtem
Linquat, & hũc secum potet minor vmbra dolorẽ
Hastã subit velox equitis femur inter, equiq;
Ilia, letum vtriq; volens: sed plaga sedentis
Laxato vitata genu, tamen irrita voti
Cuspis, in obliquis inuenit vulnera costis,
It praceps sonipes stricta contemptor habena.
Ariáque sanguineo scribit rutilantia gyro.
*Exultat, fratris credens hunc*esse cruorem,*

* vv. ille

Credit, & ipſa metu, totis iámque exul habenis
Indulget, cœcúſque auidos illidit in agrum
Corripedem curſus, miſcentur frena, manúſque,
Telá que, & ad terram turbatis greſſibus ambo
Præcipitant, vt nocte rates, quas nubilus auſter
Implicuit, frangunt tonſas, mutántque rudentes,
Luctatáq; diu tenebris, hyemiq;, ſibiq;,
Sicut erant, imo pariter ſedere profundo.
Hæc pugnæ facies, coëunt ſine more, ſine arte,
Tantum animis, iráq;, atque igneſcentia cernũt.
Per galeas odia, & vultus rimantur acerbo
Lumine, nil adeo mediæ telluris, & enſes.
Impliciti, nexæq; manus, alternáque ſæui
Murmura, ceu lituos rapiunt, aut ſigna tubarum.
Fulmineos veluti præceps cum comminus egit
Ira ſues, ſtrictiſq; erexit pectora ſetis:
Igne tremunt oculi, lunatáque dentibus vncis
Ora ſonant, ſpectat pugnas de rupe propinqua
Venator pallens, canibúſque ſilentia ſuadet.
Sic auidi incurrunt, nec dum letalia miſcent
Vulnera, ſed cœptus ſanguis, facinúſque peractũ,
Nec iam opus eſt furiis, tantũ mirãtur, & adſtãt
Laudantes, hominúmque dolent plus poſſe furores
Fratris vtérque furens cupit affectatq; cruorem
Et neſcit manare ſuum. Tandem irruit exul,
Hortatúſque manum, cui fortior ira, nefáſque
Iuſtius, altè enſem germani in corpore preſſit,
Quà malè iã plumis imus tegit inguina thorax.
Ille dolens nondum, ſed ferri frigore primo

Terri

Territus, in clypeum turbatus colligit artus,
Mox intellecto magis ac magis ager anhelat
Vulnere, nec parcit cedenti, atque increpat hostẽ.
Quo retrahis germane gradus? O lãguida somno
Et regnis effœta quies! longáque sub vmbra
Imperia! exilio, rebúsque exercita egenis
Membra vides, disce arma pati, nec sydere latis.
Sic pugnant miseri, restabat lassa nefando
Vita duci, summúsque cruor, poterántque parũper
Stare gradus: sed sponte ruit, fraudémq; suprema
In media iam morte parat, clamore Citharen
Erigitur, fratérque ratus vicisse, leuauit
Ad cœlum palmas. Bene habet, non irrita voui,
Cerno graues oculos, atque ora natantia leto.
Huc aliquis properè sceptrũ, atq; insigne comarũ
Dum videt, hæc dicens gressus admouit, & arma
Ceu templis decus, & patriæ laturus ouanti,
Arma etiam spoliare cupit, nondum ille peractis
*Manibus, *vltricemq; animam seruabat in iras* vltrices.
Vtq; superstantem, pronumq; in pectore sensit,
Erigit occultè ferrum, vittæq; labantis
Reliquias tenues odio suppleuit, & ensem
Iam lætus frater fratris sub corde reliquit.
Ille autem. Viuisne? & adhuc manet ira superstes
Perfide, nec sedes vnquam morituræ quietas:
I mecum ad manes: illic quoque pacta reposcam
Si modo Agenorei stat Gnosia iudicis vrna.
Qua reges punire datur, nec plura locutus,
Concidit, & totis fratrem grauis obruit armis.

Ite truces animæ, funeſtáque tartara leto
Polluite, & cunctas erebi conſumite pœnas.
Vóſque malis hominum Stygiæ iam parcite diuæ.
Omnibus in terris ſcelus hoc, omniq; ſub æuo
Viderit vna dies, monſtrúmque infame futuris
Excidat, & ſoli memorent hæc prælia reges;
At genitor ſceleris comperto fine, profundis
Erepſit tenebris, ſæuóque è limine profert
Mortem imperfectam, veteri ſtat ſordida tabo
Vtráque canicies, & durus ſanguine crinis.
Obnubit furiale caput, procul ora, genæq;
Intus, & effoſæ ſqualent veſtigia lucis.
Virgo autem impoſitæ ſuſtentat pondera leuæ,
Dextra ſedet baculo, qualis ſi puppe relicta
Exoſus manes, nigri ſulcator auerni
Exeat ad ſuperos, ſolémque, & pallida turbet
Aſtra, nec ipſe diu fortis, patiénſque ſuperni
Aëris interea longum ceſſante magiſtro
Creſcat opus, totiſq; expectent ſæcula ripis.
Talis init cãpum, comitiq; extrema gementi
Duc ait ad natos, patrémque recentibus ore
Inuice funeribus, cunctatur neſcia virgo
Quid paret, impediunt iter, implicitoſq; morãtur
Arma, viri, currus, altáque in ſtrage ſeniles
Deficiunt greſſus, & dux miſeranda laborat.
Vt quæſita diu monſtrauit corpora clamor
Virginis, inſternit totos frigentibus artus.
Nec vox vlla ſeni, iacet, immugitq; cruentis
Vulneribus, nec verba diu tentata ſequuntur.

Dum

Dum tractat galeas, atque ora latentia quærit,
Tandem muta furens genitor ſuſpiria ſoluit,
Tarda meam pietas longo poſt tempore mortem
Percutis? eſt ne ſub hoc hominis clementia corde?
Vincis me miſerum, vincis natura parentem.
En habeo gemitus, lachrymæq; per arida ſerpunt
*Vulnera, * iã molles ſequitur manus impia plan-* l. & in
Accipite infandæ iuſta exequialia mortis (ctus.
Crudeles, nimiúmque mei, nec noſcere natos,
Alloquiúmque aptare licet, dic virgo precanti
Quem teneo? quo nunc veſtras ego ſæuus honore
Proſequar inferias? ô ſi fodiendæ redirent
Lumina, & in vultus ſæuire ex more poteſtas.
Heu dolor, heu iuſto magnis exaudita parentis
Vota, malæq; preces, quiſnam fuit ille deorum
Qui ſtetit orantem iuxta, præceptáque verba
Dictauit fatis? furor illa, & mouit Erinnys,
Et pater, & genitrix & regna, oculiq; cadentes.
Nil ego, per Ditem iuro dulcéſque tenebras,
Immeritámque ducem, ſubeam ſic tartara digna
Morte, nec irata fugiat me Laius vmbra.
Hei mihi quos nexus fratrũ, quæ vulnera tracto?
Soluite quæſo manus, infeſtáque vincula tandem
Diuidite, & mediũ nunc ſaltem admittite patrẽ.
Talia dequeſtus, paulatim ſumpſerat iras
Mortis, & occultè telum, ni nata vetaret,
Quærebat, ſed caſta manu ſubtraxerat enſes
Antigone, furit inde ſenex. Vbi noxia tela?
Heu furiæ, num totum abiit in corpora ferrum?

Dicentem comes ægra leuat, mutúmque dolorem
Ipſa premit, ſæuum gaudens planxiſſe parentem,
Olim autem incœptæ clamore exterrita pugnæ
Regina extulerat notum penetralibus enſem,
Enſem ſceptriferi ſpolium lachrymabile Laij.
Multáque cum ſuperis, & diro quæſta cubili,
Et nati furiis & primi coniugis vmbris,
Luctata eſt dextra, & prono vox pectore ferrum
Intrauit tandem, & venas prorupit aniles
Vulnus, & infœlix luſtratur ſanguine lectus,
Illius exili ſtridentem in pectore plagam
Iſmene collapſa ſuper, lachrymiſq; comiſq;
Siccabat plangens, qualis Marathonide ſylua
Flebilis Erigone, cæſi prope funera patris
Quæſtibus aſſumptis triſtem iam ſoluere nodum
Cœperat, & fortes ramos moritura iegebant,
At iam lata ducum ſpes eluſiſſe duorum
Res Amphionias alto, ſceptrúmque maligna
Tranſtulerat Fortuna manu, Cadmiq; tenebat
Iura Creon, miſer heu bellorum terminus, illi
Pugnarant fratres, hunc & Mauortia clamant
Semina, & impenſus patriæ paulo anto Menœceus
Conciliat populis, ſcandit fatale tyrannus
Flebilis Aoniæ ſolium, prò blanda poteſtas,
Et ſceptri malè ſuadus amor! nunquámne priorũ
Harebunt documenta nouis? iuuat ecce nefaſto
Stare loco, regiménque manu tractare cruentum.
Quid melior Fortuna poteſt? iam flectere patrem
Incipit, atque datis abolere Menœcea regnis.

Pri

Primùm adeò ſæuis imbutus amoribus aulæ,
Indicium, ſpeciémque ſui, iubet igne ſupremo
Arteri Danaos, nudóque ſub axe relinquī
Infœlix bellum, & triſtes ſine ſe libus umbras.
Mox reducem Ogygiæ congreſſus limine portæ
Oedipoden timuit paulum, ſeſéque minorem
Confeſſus tacitè, promptam cōercuit iram.
Mox redit in regem, cœcúmque audētius hoſtem
Increpitans, procul inquit abi victoribus omen
Inuiſum, & furias auerte, ac mœnia luſtra 670
Diſceſſu Thebana tuo, ſpes longa peracta eſt.
Vàde, iacent nati, quæ tam tibi vota ſuperſunt?
Horruit inſtinctu rabido, ſteterantq; trementes,
Ceu viſu præſente, genæ, ſeniumq; receſſit.
Tunc natam, baculumq; manu demiſit, & iræ
Innixus, tumido vocem de pectore rupit.
Iámne vocat ſæuire Creon? modo perfida regna
Fortunæq; locum noſtræ miſerande ſubiſti,
Et tibi iam fas eſt regum calcare ruinas?
Iam tumulis victos, ſocios iam mœnibus arces? 680
Macte, potes dignè Thebarum ſceptra tueri.
Hæc tua prima dies, ſed cur noua contrahis amēs
Iura-quid anguſtè tantos metiris honores?
Exilium intendis, timida inclementia regum
Iſta, feros auidus quin protinus imbuis enſes?
Crede, licet veniat cupidus parere ſatelles,
Intrepidusq; ſecet non euitantia colla.
Incipe, an expectas, vt pronus ſupplici dextra
Sternar? & immitis domini veſtigia queram?

Finge

Flectitur affatu, sed non tamen omnia rector
Supplicis indulget lachrymis, partemq; recidit
Muneris. Haud inquit patriis prohibebere longè
Finibus, occursu dum non pia templa, domisq;
Commacules, habeant te lustra, tuusq; Cithæron:
Atque hæc ecce tuis tellus habitabilis umbris
Qua bellum, geminaq; iacent in sanguine gentes.
Sic ait, & ficto comitum, vulgiq; gementis
Assensu, limen tumidus regale petebat.
Interea pulsi vallum exitiale Pelasgi
Destituunt furto, nulli sua signa, suusq;
Ductor, eunt taciti passim, & pro funere pulchro
Dedecorem amplexi vitam redituq; pudendos.
Nox fauet, & grata profugos amplectitur umbra.

P. STATII PAPINII THEBAID. LIB. XII.

NOndũ cuncta polo vigil inclinauerat astra
Ortus, & instantẽ cornu tenuiore videbat
Luna diem, trepidas vbi iam Tithonia nubes
Discutit, ac reduci magnũ parat æthera Phœbo.
Agmina iam raris Dircea penatibus errant
Noctis questa moras, quamuis tunc otia tandem,
Et primus post bella sopor: tamen ægra quietem
Pax fugat, & sæui meminit victoria belli.
Vix primo proferre gradum, & munimina valli
Soluere, vix totas reserare audacia portas,

Stant

Stant veteres ante ora metus, campique vacãtis
Horror: vt assiduo iactatis æquore tellus
Prima labat, sic attonitus nil comminus ire
Mirantur, fusasq; putans assurgere turmas:
Sic vbi prospicuæ scandentem limina turris
Idaliæ volucres fuluum aspexere draconem,
Intus agunt natos, & fœta cubilia vallant
Vnguibus, imbellesq; citant ad prælia pennas:
Mox ruerit licet ille retro, tamen aëra nudum
Candida turma timet, tandéq; ingressa volatus
Horret, & à mediis etiamnum respicit astrũ.
Itur in exanguem populum, bellique iacentis
Relliquias, quà quemque dolor, luctusq; cruenti
Exegere duces, hi tela, hi corpora, at illi
Cæsorum tantùm ora vident, alienáque iuxta
Pectora, pars currus deflent, viduisque loquuntur
*Hoc solum *quod restat, equis: pars oscula figunt*
Vulneribus magnis, & de virtute queruntur.
Frigida digeritur strages, patuere recisæ
Cùm scapulis, hastisq; manus, mediusque sagittæ
Luminibus stantes, multis vestigia cædis
Nulla ruunt planctu pendente, & vbique parato.
At circum informes truncos miserabile surgit
Certamen, qui iusta ferant qui funera ducant.
Sæpe etiam hostiles (lusit Fortuna parumper)
Decepti fleuere viros, nec certa facultas
Noscere quem mi'eri vitent, calcéntue cruorem.
At quibus est illæsa domus, vacuiq; dolores,
Aut deserta vagi Danaum tentoria lustrant:

Immit

*vv. quia.

Flectitur affatu, sed non tamen omnia rector
Supplicis indulget lachrymis, partemq; recidit
Muneris. Haud inquit patriis prohibebere longè
Finibus, occursu dum non pia templa, domisq;
Commacules, habeant te lustra, tuusq; Cithæron.
Atque hæc ecce tuis tellus habitabilis umbris
Qua bellum, geminaq; iacent in sanguine gentes.
Sic ait, & ficto comitum, vulgiq; gementis
Assensu, limen tumidus regale petebat.
Interea pulsi vallum exitiale Pelasgi
Destituunt furto, nulli sua signa, suusq;
Ductor, eunt taciti passim, & pro funere pulchro
Dedecorem amplexi vitam reditusq; pudendos.
Nox fauet, & grata profugos amplectitur umbra.

P. STATII PAPINII THEBAID. LIB. XII.

NOndũ cuncta polo vigil inclinauerat astra
Ortus, & instantẽ cornu tenuiore videbat
Luna diem, trepidas vbi iam Tithonia nubes
Discutit, ac reduci magnũ parat athera Phœbo.
Agmina iam raris Dircea penatibus errant
Noctis questa moras, quamuis tunc otia tandem,
Et primus post bella sopor: tamen ægra quietem
Pax fugat, & sæui meminit victoria belli.
Vix primo proferre gradum, & munimina valli
Soluere, vix totas reserare audacia portas,

Stant

Stant veteres ante ora metus, campíque vacãtis
Horror: vt assiduo iactatis æquore tellus
Prima labat, sic attonitus nil comminus ire
Mirantur, fusasq́ putans assurgere turmas:
Sic vbi prospicuæ scandentem limina turris
Idaliæ volucres fuluum aspexere draconem,
Intus agunt natos, & fœta cubilia vallant
Vnguibus, imbellesq́ citant ad prælia pennas:
Mox ruerit licet ille retrò, tamen aëra nudum
Candida turma timet, tandẽq́ ingressa volatus
Horret, & à mediis etiamnum respicit astrũ.
Itur in exanguem populum, bellique iacentis
Relliquias, quà quemque dolor, luctusq́ cruenti
Exegere duces, hi tela, hi corpora, at illi
Cæsorum tantùm ora vident, alienáque iuxta
Pectora, pars currus desient, viduisque loquuntur
Hoc solum quod restat, equis: pars oscula figunt* *vv. quia.
Vulneribus magnis, & de virtute queruntur.
Frigida digeritur strages, patuere recisa
Cùm scapulis, hastisq́ manus, mediisque sagittæ
Luminibus stantes, multis vestigia cædis
Nulla ruunt planctu pendente, & vbique parato.
At circum informes truncos miserabile surgit
Certamen, qui iusta ferant qui funera ducant.
Sæpe etiam hostiles (lusit Fortuna parumper)
Decepti fleuere viros, nec certa facultas
Noscere quem mi'eri vitent, calcéntue cruorem.
At quibus est illæsa domus, vacuiq́ dolores,
Aut deserta vagi Danaum tentoria lustrant:

Immit

Immittunt q3 faces, aut (quæ post bella voluptas)
Quærunt dispersi, iaceat quo puluere Tydeus,* *l. diuersi.
An rapti pateat specus auguris, aut vbi diuum
Hostis, an æthereæ viuant per membra fauillæ,
Iam lachrymis exempta dies, nec serus abegit
Vesper. amant miseri lamenta, malisq3 fruuntur,
Nec subiere domos, sed circum funera pernox
Turba sedet, vicibúsque datis alterna gementes
Igne feras, planctúque fugant, nec dulcibus astris
Victa, ne assiduo coierunt lumina fletu.
Tertius auroram pulsabat Lucifer, & iam
Montibus orbatis lucorum gloria, magnæ
Theumesiæ venere trabes, & amica Citharon
Sylua rogis ardent excisa viscera gentis
Molibus extructis, supremo munere gaudent
Ogygij manes, quæritur miserabile Graium
Nuda cohors, vetitũq3 gemens circũuolat ignem.
Accipit & sæui manes Etheoclis iniquos
Haud quaquam regalis honos, Argiuus haberi
Frater iussus adhuc, atque exule pellitur vmbra.
At non plebeio fumare Menœcea busto
Rex genitor, Thebæq3 sinunt: nec robora vilem
Struxerunt de more rogum: sed bellicus agger
Curribus, & clypeis, Graiorumq3 omnibus armis
Sternitur, hostiles super ipse vt victor aceruos.
Pacifera l uuro crinem, vittisq3 decorus
Accubat, haud aliter quàm cùm poscẽtib⁹ astris
Latus in accensa iacuit Tirynthius Oeta.
Spirantes super inferias captiua Pelasgum

Corpo

Corpora frenatósque pater solatia fortis
Bellorum mactabat equos, his arduus ignis
Palpitat, & gemitus tandem erupere paterni.
O nisi magnanimus tantæ te laudis inisset
Ardor, Echionios mecum venerande penates,
Atque vltra recture puer: venientia qui nunc
Gaudia & ingratum regni mihi munus acerbas.
Tu superum conuexa licet, cœtusq; perenni
(Credo equidē) Virtute colas: mihi flebile semper
Numen eris, ponant aras, excelsáque Thebæ
Templa dicent, vnifas sit lugere parenti,
Et nunc heu quæ digna tibi solemnia, quáue
Largiar exequias: *non si fatale potestas
Argos, & impulsas cineri miscere Mycenas
Méque super, cui vita nefas, & sanguine nati
Partus honos, eadémne dies, eadem impia bella
Te puer, & diros misere in tartata fratres?
Et nunc Oedipodæ par est Fortuna doloris,
Ac mihi, quē similes geminus bona Iuppiter vm-
Accipe nate tui noua libamēta triumphi, (bras.
Accipe, & hoc regimen dextræ, frontique superbæ
Vincula, quæ patri nimium gestanda dedisti.
Regem te, Regem tristes Etheoclios vmbræ
Aspiciant simul hæc dicens, crinémque, manumq;
Destruit, accensáque iterat violentius ira.
Sauū agedū, immittēq; vocēt, nunc funera Lernæ
Tecum ardere veto, longos vtinam addere sensus
Corporibus, cœlóque animas, Erebóque nocentes
Pellere fas, ipsúmque feras, ipsum vnca volucrū

*l. nec.

Ora sequi, atque artus regum monstrare nefãdos.
Hei mihi quod positos hum⁹ alma, dies q3 resoluit.
Quare iterum repetens, iterum q3 edico suprema
Ne quis ope, aut flammis ausit iuuisse Pelasgos.
Aut nece fata lucet, numero q3 explebit adempta
Corpora, per superos, magnum q3 Menœcea iuro.
Dixit, & abreptum comites in tecta ferebant.
Flebilis interea vacuis comitatus ab Argis
(Fama trahit miseras) orba, vidua q3 ruebant
Inachides, ceu capta manus, sua vulnera cui q3
Par habitus cunctis, deiecti in pectora crines
Accinctique sinus, manant lacera ora cruentis,
Vnguibus, & molles planctu creuere lacerti.
Prima per attonitas nigra regina caterua
Tristibus illabens famulis, iterum q3 resurgens
Quærit inops Argiu vias, non regia cordi,
Non pater: vna fides, vnum Polynicis amati
Nomen in ore sedet, Dircen, infaustáque Cadmi
Mœnia, post habitis velit incoluisse Mycenis.
Proxima Lernæo Calydonidas agmine mixtas
Tydeos exequijs trahit haud cessura sorori
Deiphile, scelus illa quidem, morsus q3 profanes
Audierat miseranda viri, sed cuncta iacenti
Infœlix ignoscit amor, post aspera visu,
Ac deflenda tamen, digno plangore Nealce
Hippomedonta ciens, vatis mox impia coniux
Hec vacuos positura rogos. Postrema gementum
Agmina Manalia ducit comes orba Dianæ.
**It grauis Euadne, dolet hæc, quariturq3 labores*

Auda

Audacis pueri, magni memor illa mariti
It toruum lachrymans, summisq; irascitur astris
Illas è lucis Hecate speculata Lycæis
Prosequitur gemitu, duplex q; ad littus euntes
Planxit ab Isthmiaco genitrix Thebana sepulchro
Noctiuagumq; gregem, quãuis sibi lucet Eleusis
Fleuit, & arcanos errantibus extulit ignes.
Ipsa per aduersos ducit Saturnia colles,
**Occultasq; vias, ne plebs congressa suorum*
Ire vetet, pereátque ingentis gloria cœpti,
Nec non functa ducem refouendi corpora curam
Iris habet, putresq; arcanis roribus artus
Ambrosiaq; rigat succis, vt longius obstent
Expectentq; rogos flammas néue ante fatiscant.
Squallidus ecce genas, & hianti vulnere pallens
Ornitus (hic socio desertus ab agmine, tardat
Plaga recens) timidus sacrata per auia furto
Debile carpit iter, fractaq; innititur hastæ.
Isq; ibi mota nouo stupuit loca sola tumultu,
Fœmineumq; gregẽ, quæ iã super agmina Lernæ.
Sola videt (non ille viam, causásque requirit,
Quippe patent) mœsto, sed sic prior occupat ore.
Quo miseræ, quo fertis iter? funusne peremptis
Speratis cineremq; viris stat peruigil illic
Vmbrarum custos, inhumatáque corpora regi
Adnumerat, nusquam lachrymæ, procul vsq; fu-
Accessus hominum, solis auibusq;, ferisque (gat
Ire licet, vestris ne Creon dabit æquus honorem
Luctibus? immites citius Busyridos aras,

*occultatque.

*vv. quẽ

Odryſiique famem ſtabuli, Siculoſq; licebit
Exorare deos. rapiet fortaſſe precantes,
(Si mens nota mihi) nec coniugalia ſupra
Funera, ſed caris longè mactabit ab vmbris:
Quin fugitis, dum tuta via eſt, Lernamq; reuerſæ
Nomina, quod ſupereſt, vacuis datis orba ſepul-
Abſĕteſq; animas ad inania buſta vocatis (chris?
Aut vos Cecropiã (propè nãq; & Theſea fama eſt
Thermodontiaco lætum remeare triumpho)
Imploratis opem? bello cogendus & armis
In mores hominemq; Creon, ſic fatus, at illis
Horruerant lachrymæ, ſtupuitq; immanis eundi
Impetus, atque vno vultus pallore notati.
Non ſecus afflauit molles ſi quando iuuencas
Tigrydis Hircanæ ieiunum murmur, & ipſe
Auditu turbatur ager, timor omnis in vus ingens,
Quę placeat, quos illa fames deſcendat in armos.
Continuo diſcors vario ſententia motu
Scinditur: his Thebas: tumidũq; ambire Creõta,
His placet Actææ ſi quid clementia gentis
Annuat extremum curarum, ac turpe reuerti.
*Hic non fœmineæ ſubitum virtutis *honorem
Colligit Argia, ſexúque immane relicto
Tractat opus, placet egregij ſpes dira pericli
Comminus infandi leges accedere regni.
Quo Rhodopes non vlla murus, nec alũna niuoſi
Phaſidis, innuptis vallata cohortibus iret.
Tunc mouet arte dolũ, quo ſemet ab agmine fido
Segreget, immitéſque deos, regémque cruentum

*vv. Ar.
*vv. amorem.

Con

Contemptrix animæ, & magno temeraria luctu
Prouocet: hortantur pietas, igneſq́ pudici.
Ipſe etiam ante oculos omni manifeſtus in actu
Nunc hoſpes miſeræ, primas nunc ſponſus ad aras,
Nunc mitis coniux, nunc iam ſub caſſide torua
Mœſtus in amplexu, multúmq́ à limine ſummo 190
Reſpiciens, ſed nulla animo verſatur imago
Crebriorq, Aonij quàm quæ de ſanguine campi
Nuda venit, poſcitq́ rogos, his anxia mentem
*Ægreſcit*curis, & qui caſtiſſimus ardor,* al. furiis.
Funus amat, tunc ad comites conuerſa Pelaſgas.
Vos ait Actæas acies. Marathoniaq́ arma
Elicite, aſpirétque pio fortuna labori.
Me ſinite Ogygias tantæ quæ ſola ruinæ
Cauſa ſui, penetrare domos, & fulmina regni
Prima pati, nec ſurda feræ pulſabimus urbis 200
Limina, ſunt illic ſoceri mihi, ſúntque ſorores
Coniugis, & Thebas haud ignoranda ſubibo,
Ne tantum reuocate gradus, illo impetus ingens,
Auguriumq́ animi nec plura: vnumq́ Menœtem
(Olim hic virginei cuſtos, monitorq́ pudoris)
Eligit, & quanquam rudis, atque ignara locorum
Præcipites greſſus, quà venerat Ornitus aſſert.
Atque vbi viſa procul ſocios liquiſſe malorum
Anne ait hoſtiles ego te labente per agros
Heu dolor, expectum quænam ſententia leti 210
Theſos? an bello proceres, an dexter haruſpex
Annuat? interea funus decreſcit: & vncis
Alitibus non hos potiùs ſupponimus artus?

Et me nunc duram, si quis tibi sensus, ad umbras
Me tardam quereris stygijs fidissime diuis.
Heu si nudus adhuc, heu si iam fortè sepultus,
Nostrum utrúmque nefas, adeò vis nulla dolenti
Mors nusquam sauusq; Creon, hortaris euntem
Ornite, sic dicens magno Megareia præceps
Arua rapit passu, demonstrat proxima quisquis
Obuius, horrescitq; habitus, miserámque veretur
*Vadit atrox visu, *nec corde, nec aure paueſcens.* *al. nij.
Et nimis confisa malis, propiorq; timeri.
Nocte velut Phrygia cùm lamentata resultant
Dindyma pinigeri rapitur Simoentis ad amnem
Dux vesana chori, cuius dea sanguine lecto
Ipsa dedit ferrum, & vittata fronte notauit
Iam pater Hesperio flagrantem gurgite currum
Abdiderat Titan, aliis rediturus ab undis,
Cùm tamen illa grauem luctu fallente laborem
Nescit abisse, diem, nec caligantibus aruis
Terretur, nec frangit iter, per & inuia saxa,
Lapsuráque trabes, nemorumq; arcana sereno
Nigra die, cæciq; incisa noualia fossis
Per fluuios secura ruit, somnosq; ferarum,
Præterit horrendis infesta cubilia monstris.
Tantum animi, luctusq; valēt, pudet ire Mœnetē
Tardius, inualidaq; gradum miratur alumna.
Quas nō illa domos, pecorūq; hominumq; modesto
Pulsauit gemitu? quoties amissus eunti
Limes, & errantem comite solatia flamma.
Destituunt? gelidaq; facem vicere tenebræ

Iám

Iámque ſupinantur feſſis, latéque fatiſcunt
Penthei deuexa iugi, cum pectore anhelo
Iam prope deficiens, ſic inchoat orſa Menœtos,
Haud procul exacti ſi ſpes non blanda laboris,
Ogygias Argia domos, & egena ſepulchri
Buſta iacere reor, graue comminus æſtuat aër
Sordidus, & magnæ redeunt per inane volucres.
Hæc illa eſt crudelis humus: nec mœnia longè
Cernis, vt ingentes murorum porrigat vmbras
Campus, & è ſpeculis moriens intermicet ignis:
Mœnia ſunt iuxta, modo nox magis ipſa tacebat
Solaq; nigrantes laxabant aſtra tenebras,
Horruit Argia, dextramq; ad mœnia tendens,
Vrbs optata prius, nunc tecta hoſtilia Thebæ,
Et tamen illæſas ſi reddis coniugis vmbras
Sic quoque dulce ſolum: cernis quo prædita cultu,
Quâ ſtipata manu, iuxta tua mœnia primum
Oedipodis magni venio nurus? improba non ſunt
Vota, rogos, hoſpes planctumq;, & funera, poſco.
Illum oro exterrem regni, bellóque fugatum,
Illum, quem ſolio non es dignata paterno
Reddè mihi, téque oro veni, ſi manibus vlla
Effigies, errantq; animæ poſt membra ſolutæ.
Tu mihi pande vias, tuáque ipſe ad funera deduc
Si merui, dixit; tectúmq; aggreſſa propinquæ
Paſtorale caſæ, reficit ſpiramina feſſi
Ignis, & horrendos irrumpit turbida campos.
Qualis ab Ætnèis accenſa lampade ſaxis
Orba Ceres magnæ variabat imagine flammæ,

Ausonium Siculumq; latus vestiga nigri
Raptoris, vastosq; legens in puluere sulcos.
Illius insanis vlulatibus ipse remugit
Enceladus, ruptóque vias illuminat igni.
Persephonen amnes, sylua, freta, nubila, clamat,
Persephonen tantum Stygij tacet aula mariti.
Admouet attonitam fidus meminisse Creontis
Altor, & occulto summittere lampada furto.
Regina ærgolicas modo formidata per vrbes
Votum immane procis, speq; augustissima gentis,
Nocte sub infesta, nullo duce, & hoste propinquo,
Sola peroffensus armorum, & lubrica tabo
Gramina, non tenebras, non circunfusa tremiscēs
Cōcilia vmbrarū, atq; animas sua mēbra gemē-
Sæpe gradu caco ferrum calcatáque tela (tes,
Dissimulat, solusq; labor vitare iacentes,
Dum funus putat omne suum, visuq; sagaci
Rimatur positos, & corpora prona supinat
Incumbens, quaeriturq; parum lucentibus astris
Forte soporiferas cœli secreta per vmbras
Iuno sinu magni semet furata mariti,
Theseos ad muros, vt Pallada flecteret, ibat
Supplicibusq; piis faciles aperiret Athenas:
Atque vbi per campos errore fatiscere vano
Immeritam Argian supero respexit ab axe,
Indoluit visus & lunaribus obuia bigis
Aduertit currum, placidáque ita voce locuta est
Da mihi poscenti munus breue Cynthia si quis
Est Iunonis honos certè Iouis improba iussa

Por

Per noctẽ Herculeam, veteres ſed mitto querelas
En locus officio, cultrix placidiſſima noſtri
Inachis Argia cernis qua nocte vagetur?
Nec reperire virum denſis queat agra tenebris?
Et tibi nimboſum languet iubar, exere quaſo
Cornua, & aſſueto propior premat orbita teras.
Hũc quoq; qui curru madidas tibi pronus habenas
Ducit in Aonios vigiles dimitte ſoporem.
Vix ea cùm ſciſſis magnum dea nubibus orbem
Protulit, expauere vmbræ fulgorq; reciſus 310
Syderibus, vix ipſa tulit Saturnia flammas.
Primum per campos infuſo lumine pallam
Coniugis ipſa ſuos noſcit miſeranda labores,
Quanquã texta latẽt, ſuffuſáque sãguine mœret
Purpura, dumque deos vocat, & de funere caro
Hoc ſupereſſe putat, videt ipſum in puluere penè
Calcatum, fugere animus, viſusq;, ſonuſq;,
Incluſit q; dolor lachrymas, tunc corpore toto
Sternitur vultus, animamq; per oſcula quærit
Abſentem, preſſúmque comis, ac veſte cruorem 320
Seruatura legit, mox tandem voce reuerſa,
Hunc te coniux ad debita regna profectum
Ductorem belli, generumq; potentis Adraſti
Aſpicio? taliſq; tuis occurro triumphis?
Huc attolle genas, defectáque lumina venit
Ad Thebas Argia tuas, age mœnibus induc.
Et patrios oſtende lares, & mutua redde
Hoſpitia, heu quid ago? proiectus ceſpite nudo
Hoc patria telluris habes, qua iurgia? certè

Imperium non frater habet, nullásne tuorum
Mouisti lachrymas? vbi mater? vbi inclyta fama
Antigone? mihi nempe iaces mihi victus es vni.
Dicebam quo tendis iter? quid sceptra negata
Poscis? habes Argos, soceri regnabis in aula.
Hic tibi longus honos, hic indiuisa potestas.
Quid queror? ipsa dedi bellum, mœstumq; rogaui
Ipsa patrem, vt talem nunc te complexa tenerem
Sed bene habet superi, gratũ est. Fortuna, peracta
Spes longinqua via, totos inuenimus artus. (est
Hei mihi, sed quanto descendit vulnus hiatu!
Hoc frater? qua parte precor iacet ille nefandus
Praedator? venizm volucres, sed adire potestas,
Excludámque feras, an habet funestus & ignes
Sed nec te flammis inopem tua terra videbit,
Ardębis, lachrymasq; feres, quas ferre negatum
Regibus, eternumq; tuo famulata sepulchro
Durabit deserta fides, testisq; dolorum
Natus erit, paruóque torum Polynice fouebo.
Esce alios gemitus, aliámque ab busta ferebat
Antigone miseranda facem, vix nacta petitos
Mœnibus egressus, illam nam tempore in omni
Attendunt vigiles, & rex iubet ipse timeri
Contractaq; vices, & crebrior excubat ignis.
Ergo Deis, fratriq; moras excusat & amens
Vt paulum immisso cessit statio horrida somno,
Erumpit muris fremitu, quo territat agros
Virginis ira lea rabies, cui libera tandem
Et primus sine matre furor: nec longa morata est.

Quippe

Quippe trucẽ cãſũ, & poſitus quo puluere frater
Nouerat, atque illam contra videt ire Menœtes:
Cui vacat, & care gemitus compeſcit alumnæ.
Cum tamen erecta extremus virginis aures
Acceſſit ſonus: vtque atra ſub veſte, comiſq;
Squallentem, & craſſo fœdatam ſanguine vultus
Aſtrorum radiis, & vtráque à lampade vidit:
Cuius ait manes, aut quem temeraria quæris
Nocte mea? nihil illa diu, ſed in ora mariti
Deïcit, inque ſuos pariter velamina vultus,
Capta metu ſubito, paulúmque oblita doloris.
Hoc magis increpitans ſuſpecta ſilentia, perſtat
Antigone, comitemq; premẽs ipſámque, ſed ambo
Deficiunt, fixiq; ſilent, tandem ora retexit
Argia, corpuſq; tamen complexa, profatur:
Si qui in hoc veteri bellorum ſanguine mecum
Quæſitura venis, ſi tu quoq; dura Creontis
Iuſſa times, poſſum, tibi me confiſa, fateri.
Si miſera es (certè lacrhymas, lamentaq; cerno)
Iunge age, iunge fidem, proles ego regis Adraſti
Hei mihi num quis adeſt cari Polynicis ad ignes?
Et ſi regna vetant, ſtupuit Cadmeia virgo,
Intremuitq; ſimul, dicentémque occupat vltro:
Méne igitur ſociam, prò ſors ignara malorum!
Méne times? mea membra tenes, mea funera plã-
Cedo ten' pudet! heu pietas ignaua ſororis! (gis
Hæc prior, hic pariter lapſæ, iunctóque per ipſum
Amplexu miſcent auidæ, lachrymaſq; comaſq;,
Partitæq; artus redeunt alterna gementes

Ad

Ad vultum, & cara vicibus ceruice fruuntur.
Dúmq; modo hæc fratrem memorat, nũc illa ma-
Mutuaq; exorsa Thebas, Argosq; renarrãt (ritũ,
Longius Argæa miseros reminiscitur actus.
Per tibi furtiui sacrum commune doloris,
Per socios Manes, & conscia sydera iuro:
Non hic amissos, quanquam vagus exul honores,
Non gentile solum, cara non pectora matris,
Te cupiens vnam, noctésque diésque locutus
Antigonem: ego cura minor, facilisq; reliqui
Tu tamen excelsa sublimis forsitan arce,
Ante nefas Graijs dantem vexilla maniplis
Vidisti, téque ille acie respexit ab ipsa
Ense salutatam, & nutantis vertice coni
Nos procul extremas, sed quis Deus egit in iras,
Nil vestræ voluere preces? tibine negauit
Oranti? causas ac tristia reddere facta
Cœperat antigone, fidus comes admouet ambas
Eia agite inceptum potius, iam sidera pallent
Vicino turbata die, perferte laborem,
Tempus erit lachrymis, accenso flebitis igne.
Haud procul Ismeni mõstrabant murmura ripas
v. qua. *Qui turbatus adhuc, & sanguine decolor ibat*
Huc laceros artus socio conamine portant
Inualidæ, iungitq; comes non fortior vlnas
Sic Hyperionium tepido Phaetonta sorores
Fumantem lauere Pado, vix dum ille sepulchro
Conditus, & flentes stabant ad flumina sylua.
Vt sanies purgata vado, membrisq; reuersus

Mur

Mortis honos, ignem miſera poſt vltima quærunt
Oſcula, ſed gelida circum exanimeſq́ fauilla
*Putribus in foueis, *atq́ omnia buſta quieſcunt*
Stabat adhuc ſeu fortè rogus, ſeu numine diuum.
Cui torrere datum ſauos Etheocleos artus:
Siue locum monſtris iterum fortuna parabat,
Seu diſſenſuros ſeruauerat Eumenus ignes:
Hic tenuem nigris etiamnum viuere lacem
Roboribus pariter cupida videre, ſimulq́
Flebile gauiſa, nec adhuc qua buſta repertum
Sit placidus quicúmque rogant, mitiſq́ ſupremi
Admittat cineris conſortem, & miſceat vmbras.
Ecce iterum fratris primos vt contigit artus.
Ignis edax, tremuere rogi, & nouus aduena buſtis
Pellitur, exundant diuiſo vertice flamma,
Alternóſque apices abrupta luce coruſcant.
Pallidus Eumenidum veluti commiſerit ignes
Orcus, vtérque minax globus, & conatur vterq́
Longius, ipſa etiam commoto pondere paulum
Seceſſere trabes, conclamat territa virgo.
Occidimus, fructúſque manu ſtimulauimus iras.
Frater erat, quis enim acceſſus fer' hoſpitus vm-
Pelleret? en clypei fragmen, ſemiuſtáq́ noſco (bras
Cingula, frater erat, cerníſne vt flamma recedat
Concurrat q́ tamen? viuunt odia improba, viuũt.
Nil actum bello miſeri, ſic dum arma mouetis,
Vicit nempe Creon, nuſquã iam regna, quis ardor
Cui furitis? ſedate minas, túque exul vbiq́
Semper inops æqui, iam cæde, hoc nupta precatur,

h. ambuſtaque mẽbra.

Hoc

Hoc ſoror, aut ſæuos mediæ veniemus in ignes.
Vix ea, cum ſubitus campos tremor, altáque tecta
Impulit, adiuuitq; rogi, diſcordis hiatus,
Et vigilum turbata quies, quibus ipſe malorum
Fingebat ſimulacra ſopor, ruit i licet, omnem
Proſpectum luſtrans armata indagine miles.
Illos inſtantes ſenior timet vnus, at ipſe
Ante rogum, ſæuiq; palàm ſtreuiſſe Creontis
Imperia, & furtum claro plangore fatentur
Securæ, quippe omne vident fluxiſſe Cadauer.
Ambigitur ſæua de morte, animoſáque leti
Spes furit, hæc fratris rapuiſſe, hæc coniugis artus
Contẽdunt, vicibuſq; probãt, ego corpus, ego ignes,
Me pietas, me duxit amor, depoſcere ſæua
Supplicia, & dextras iuuat incertare cathenis.
Nuſquam illa alternis modo quæ reuerẽtia verbis
Iram, odiumq; putes, tantus diſcordat vtrinq;
Clamor & ad Regem qui deprehendêre trahebãt
At procul Actæis dextra iam Pallade muris
Iuno Phoroneas inducit prævia matres
Attonitas, non ipſa minus, cœtumq; gementem
Conciliat populis, & flentibus addit honorem.
Ipſa manu, ramoſq; Oleæ, vittaſq; precantes
Tradit, & obtenta ſummittere lumina palla,
Et præferre doce vacuas ſine manibus vrnas.
Omnis & Actæis, effuſa penatibus ætas
Tecta, viaſq; replent, vnde hoc examen? & vna
Tot miſeræ? nec dum cauſas nouere malorum,
Iamq; gemunt dea conſilijs ſe miſcet vtriſq;

Cum

Cuncta docens, qua gẽte sata, qua funera plangãt
Quidue petant, variis nec non affatibus ipsa
Ogygias leges, immansuetúmque Crecnta
Multum & vbiq; fremunt. Getica nõ plura que-
Hospitibus tectis trunco sermone volucres, (rũtur
Cùm duplices thalamos, & iniquũ Terea clamãt
Vrbe fuit media nulli concessa potentum
Ara deum, mitis posuit Clementia sedem,
Et miseri fecere sacram, sine supplice nunquam.
Illa nouo, nulla damnauit vota repulsa.
Auditi quicunque rogant, noctéque, diéque
Ire datum, & solis numen placare querelis.
Parca superstitio, non thurea flamma, nec altus
Accipitur sanguis, lachrymis altaria sudant.
Mœstarúmque super libamina serta comarum
Pendent, & vestes mutata sorte relicta.
Mite nemus circa, cultuq; insigne verendo
Vittata laurus, & supplicis arbor oliua.
Nulla autem effigies, nulli commissa metallo.
Forma dea, mentes habitare, & pectora gaudet,
Semper habet trepidos, semper locus horret egenis
Cœtibus ignota tantum fœlicibus sacra
Fama est defessos acie post busta paterni
Numinis, Herculeos sedem fundasse nepotes.
Fama minor factis, ipsos nam credere dignum
Cœlicolas, tellus quibus hospite semper Athena
Ceu leges, hominemq; nouum, ritúsque sacrorum.
Seminaque in vacuas hinc descendentia terras
Sic sacrasse loco commune animantibus agris

Confu

Confugium vnde procul ſtarent, iraque minaq́
Regnáque, & à iuſtis fortuna recederet aris.
Iam tunc innumera norant altaria gentes,
Huc victi bellis, patriáque ſede fugati
Regnorumq́ inopes, ſcelerúmque errore nocentes
Conueniunt, pacémque rogant, mox hoſpita ſedes
Vicit, & Oedipoda furias, & funus Olynthi
Texit, & à miſero matrem ſummouit Oreſte.
Hunc vulgo monſtrãte locũ, manus anxia Lerna
Deueniunt, cedit miſerorum turba priorum.
Vix ibi ſe latis requierunt pectora curis
Ceu patrio ſuper alta grues Aquilone fugata
Cum videre Pharon, tunc æthera latius implent
Tunc hilari clangore ſonant iuuat orbe ſereno
Contempſiſſe niues, & frigora ſoluere Nilo:
Iamq́ domos patrias, Scythica poſt aſpera gentis
Præ/ia laurigero ſubeuntem Theſea curru
Latifici plauſus, miſſuſq́ ad ſidera vulgi
Clamor, & è meritis hilaris tuba nuntiat armis:
Ante ducem ſpolia, & duri Mauortis imago
Virginei currus, cumulatáque fercula criſtis,
Et triſtes ducuntur equi, truncaq́ bipennes,
Quis nemora, & ſolidam Mæotida cædere ſuetæ,
Coritiq́ leues portantur, & ignea gemmis
Cingula, & informes dominarum ſanguine peltæ.
Ipſe autem nondum trepidæ, ſexumq́ fatentur,
Nec vulgare gemunt, aſpernantúrque precari,
Et tantum inepta quærunt delubra Minerua.
Primus amor niueis victorem cernere vectum

Qua

Quadriiugis, nec non populos in semet agebat
Hippolyte, iam blanda genas, patiénsque mariti
Fœderis, hanc patriæ ritus fregisse seueros.
Atthides obliquæ secum mirantur, operto
Murmure, quòd nitidi crines, pectora palla
Tota latent, magnis quòd barbara semet Athenis
Misceat, atque hosti veniat paritura marito.
Paulum & ab*obsessis mœstæ Pelopeides aris
Promouere gradum, seriémque & dona triumphi
Mirantur, victiq; animo rediere mariti.
Atque vbi tardauit currus, & ab axe superbo
Explorat causas victor, poscitq; benigna
Aure preces, ausa ante alias Capaneia coniux.
Belliger Aegide, subitæ cui maxima laudis
Semina de nostris aperit Fortuna ruinis.
Non extrema genus, diræ nec conscia noxæ,
Turba sumus, domus Argos erat, regésque mariti
Non vtinam*fortes, quid enim septena mouere
Castra, & Agenoreos opus emendare penates?
Nec querimur casos, hæc bellica iura, vicésque
Armorum, sed non Siculis exorta sub antris
Monstra, nec Ossæi bello cecidere bimembres. (seu
Mitto genus, claroq; patres, hominũ inclyte The-
Sanguis erant, omnes eadémque * sydera, eosdem
Sortitus animarum, alimentáque vestra creati.
Quos vetat igne Creon, stygiæq; à limine portæ,
Ceu sator Eumenidum, aut Lethæi portitor amnis
Summouet, ac dubio cœliq;, Erebiq; sub axe (ille
Detinet, heu princeps natura, vbi numina? vbi

* vv. incessis.

* vv. & sortes.

* vv. insydera.

Fulminis iniusti iaculator? vbi estis Athenæ?
Septima iam surgens trepidis aurora iacentes
Aduersatur equis, radios declinat, & horret
Stelligeri iubar omne poli, iam comminus ipsæ
Pabula dira feræ, campúmque odere volucres
Spirantem tabo, & cœlum, ventósque grauantem
Quantũ etenim superesse rear? nuda ossa, putrẽq;
Vrere permittat saniem, properate verendi
Cecropidæ, vos ista decet vindicta, priusquam
Emathij, Thracésque dolent, quæq; extat vbique
Gens arsura rogis, manésque habitura supremos.
Nam quis erit sauire modus? bellauimus, esto,
Sed cecidere odia, & tristes mors obruit iras.
Tu quoque, vt egregios fama cognouimus actus
Non trucibus monstris Sirin, infandúmq; dedisti
Cercyona, & sæuum velles Scyrona crematum.
Credo & Amasoniis Tanai fumasse sepulchris,
Vnde hæc arma refers, sed & hũc dignare triũphũ,
Da terris vnum cœlóque Erebóque laborem,
Si patrium Marathona metu, si tecta lenasti
Cressia, nec fudit vanos anus hospita fletus.
Sic tibi non vllæ socia sine Pallade pugnæ,
Nec sacer inuideat paribus Tyrinthius actis
Semper & in curru, semper te mater ouantem
Cernat' & inuictæ nil tale precentur Athenæ.
Dixerat, excipiunt cunctæ, tendúntque precantes
Cum clamore manus, rubuit Neptunius heros
Permotus lachrymis, iusta mox concitus ira
Exclamat, quænam ista nouos induxit Erinnys

Regni

Regnorum mores? non hæc ego pectora liqui
Graiorum abscedens, Scythiam, Pontúmq; niualẽ
Cùm peterẽ, nouus unde furor? victúmne putasti
Thesea dire Creon? adsum, nec sanguine fessum
Crede, sitit meritos etiamnum hæc hasta cruores.
Nulla mora est, verte adeo huc fidissime Phegeu
Cornipedem, & Tyrias inuectus protinus arces
Aut Danais edice rogos, aut prælia Thebis.
Sic ait oblitus belliq;, viæq; laborum,
Hortatúrque suos, virésque instaurat anhelas. 610
Vt modò connubiis taurus, saltúque recepto
Cùm posuit pugnas, alio si fortè remugit
Bellatore nemus, quamquam ora, & colla cruentò
Imbre madẽt, nouus arma parat, cãp; ũq; lacessẽt
Dissimulat gemitus, & uulnera puluere celat.
Ipsa metus Libycos, seruatricémque Medusam
Pectoris incussa nouit Tritonia parma,
Protinus erecti toto simul agmine Thebas
Respexere angues, necdum Atticus ire parabat
Miles, & infœlix expauit classica Dirce. 620
Cõtinuo in pugnas, haud solum accensa iuuẽtus,
Qui modò Caucasei comites rediere triumphi,
Omnis ad arma rudes ager extimulauit alũnos;
Conueniunt, ultróque ducis uexilla sequuntur,
Qui gelidum Braurona uiri, qui iura lacessunt
Munichia, & trepidis stabilem Pyræa nautis.
Et nondum Eoo clarum Marathona triumpho,
Mittit in arma manus genialibus hospita diuis
Icarij, Cœliq; domus, uiridésque Melana.

Diues & Egaleos nemorum, Parnéſque benignus
Vitibus, & pingui melior Lycabetos oliua,
Venit atrox Ileus, & olentis arator Hymetti,
Quaq; rudes thyrſos ederis veſtiſtis Acharna.
Linquitur Eois longè ſpeculabile proris
Sunion, vnde vagi caſurum in nomina ponti
Creſia decepit falſo ratis Aegea velo.
Hos Salamis populos, illos cerealis Eleuſis
Horrida ſuſpenſis ad prælia miſit aratris.
Et quos Calliroe nouies errantibus vndis
Implicat, & rapta qui conſcius Orythia
Calauit Geticos ripis Iliſſos amores.
Ipſe quoq; in pugnas vacuatur collis, vbi ingens
Lis ſuperum, dubiis donec noua ſurgeret arbor
Rupibus, & longa refugũ mare frangeret vmbra.
Iſſet & Arctoas Cadmeia ad mœnia ducens
Hippolyte turmas, retinet iam certa tumentis
Spes vteri, coniúxque rogat dimittere curas
Martis, & emeritas thalamo ſacrare pharetras.
Hos vbi velle acies, & dulci gliſcere ferro
Dux videt, vtq; piis raptim dent oſcula natis
Amplexúſque breues, curru ſic fatur ab alto.
Terrarum leges & mundi fœdera mecum
Defenſura manus, dignas inſumite mentes
Cœptis hac omnem diuumq;, hominumq; fauorẽ
Naturámque ducem cœtúſque ſilentis auerni
Stare palàm eſt, illic pœnarum exercita Thebis
Agmina, & anguicoma ducent vexilla ſorores.
Ite alacres, tantaq; precor confidite cauſa.

Dixit

Dixit, & emissa praeceps iter inchoat hasta.
Qualis hyperboreos vbi nubilus institit axes
Iuppiter, & prima tremefecit sydera bruma:
Rumpitur Æolia, & longam indignata quietem
Tollit hyems animos, ventosáque sibilat Arctos.
Tunc montes vndaq; fremunt, tunc praelia casis
Nubibus, & tonitrua, insanáque fulmina gaudēt
Icta gemit tellus, virides grauis vngula campos
Atterit innumeris, peditumq;, equitumq; catervis
Expirat protritus ager, nec puluere crasso
Armorum lux victa perit, sed in æthera longum
Frangitur, & mediis ardent in nubibus hasta.
Noctem adeo, placidáque operi iunxere tenebras.
Certaménque immane viris, quo concita tēdant
Agmina, quis visas proclamet ab aggere Thebas.
Cuius in Ogygio stet princeps lancea muro,
At procul ingenti Neptunius agmina Theseus
Angustat clypeo, propriaq; exordia laudis,
Centum vrbes vmbone gerit, centenáque Creta
Mœnia, seq; ipsum monstrosi ambagibus antri
Hispida torquentem luctantis colla iuuenci:
Alternáque manus circum, & nodosa ligantem
Brachia, & abducto vitantem cornua vultu.
Terror habet populos; cum septus imagine torua
Ingreditur pugnas, bis Thesea, bisq; cruentas
Cade videre manus, veteres reminiscitur actus
Ipse tuens, sociumq; gregem, metuendaq; quòdam
Limina, & absumpto pallentem Gnosida filo.
Sauus at interea ferro post terga reuinctas

Antigonen, viduámque Creon Adraſtida leto
Admouet, amba hilares, & mortis amore ſuperba
Enſibus inuentant ingulos, regémque cruentum
Deſpiciunt, cùm dicta ferens Theſeia Phlegeus
Aſtitit ille quidem ramis inſontis oliuæ
Pacificus, ſed bella ciet, bellúmque minatur
Grãde fremẽs, nimiũq; memor mãdãtis: & ipſum
Iam prope, iam medios operire cohortibus agros
Ingeminans, ſtetit ambiguo Thebanus in æſtu
Curarum, nutántque minæ, & prior ira tepeſcit.
Tunc firmat ſeſe, fictúmque, ac triſte renidens
Paruáne proſtratis, inquit, documenta Mycenis
Sanximus? en iterum, qui mœnia noſtra laceſſant
Accipimus, veniant, ſed ne poſt bella querantur,
Lex eadem victis, Dixit, ſed puluere craſſo
Caligare diem, & Tyrios iuga perdere montes
Aſpicit, armari populos tamen, armáque ferri
Ipſe iubet pallens, mediaq; in ſedibus aula
Eumenidas ſubitas, flentémque Menœcea cernit
Turbidus, impoſitóſque rogis gaudere Pelaſgos.
Quis fuit ille dies? tanto cum ſanguine Thebis
Pax inuenta perit? Patriis modò fixa reuellunt
Arma deis, clypeiſq; obducunt pectora fractis
Et galeas humiles, & adhuc ſordentia tabo
Spicula: non pharetris quiſquam non enſe decorus
Non ſpectandus equos ceſſit fiducia valli.
Murorum patet omne latus, munimina portæ
Expoſcunt, prior hoſtis habet, faſtigia deſunt.
Deiecit Capaneus, exangnis, & ægra iuuentus

Iam

Iam nec coniugibus, ſuprema nec oſcula natis
Iungit, & attoniti nil optauere parentes.
Atticus at contra, iubar, vt clareſcere ruptis
Nubibus, & ſolem primis aſpexit in armis, 720
Deſilit in campum, qui ſubter mœnia nudos
Adſeruat manes: diriſq; vaporibus ægrum
Aëra puluerea penitus ſub caſſide ducens
Ingemit, & iuſtas belli flammatur in iras,
Hunc ſaltem miſeris ductor Thebanus honorem
Largitur Danais, quod non ſuper ipſa iacentum
Corpora belligeras acies, Martémque ſecundum
Miſcuit, aut lacera nequid de ſtrage nefandus
Perderet, eligitur ſæuos potura cruores
Terra rudi, iámque alternas in prælia gentes, 730
Diſſimilis Bellona ciet, non clamor vtrinque,
Non vtrinque turbæ, ſtat debilis altera pubes
Summiſſos enſes nequicquam, amentáque dextris
Laxa tenens, cedunt tellure, armiſq; reductis
Obſtentant veteres etiamnũ in ſanguine plagas,
Iam nec Cecropiis idem ductoribus ardor,
Langueſcúntque minæ, & virtus ſecura reſeäit
Ventorum velut ira minor, niſi ſylua furentes
Impedit, inſaniq; tacent ſine littore fluctus.
Vt verò æquoreus quercũ Marathonida Theſeus 740
Extulit, erectæ cuius crudelis in hoſtes
Vmbra cadit, cãpumq; trucẽ lux cuſpidis implet.
Ceu pater Aedonios Aemi de vertice Mauors
Impulerit currus, rapido mortémque, fugámque
Axe vehens, ſic exanimis in terga reducit

Pallor Agenoridas, tædet fugientibus vti
Theſea, nec facilem dignatur dextra cruorem.
Cætera plebeio deſauit ſanguine virtus,
Sic iuuat exanimis, proiectáque præda, canéſque
Degeneréſque lupos, magnos alit ira leones.
Attamen Oleniũ, Thamirumq; hunc tela phare-
Promentem, hunc ſæui tollentem pondera ſaxi (tra
Deiicit, & triplici confiſos robore gentis
Alceidas fratres, totidem quos eminus haſtis
Continuat: ferrum cõſumpſit pectore Phileus,
Ore momordit Helops, humero tranſmiſit Iapix.
Iamq; & quadriiugo celſum petit Aemona curru
Horrendúmque manu telum rotat, ille pauentes
Obliquauit equos, longo perlata tenore
Tranſiit haſta duos, faciebat vulnera nec non
Tertia, ſed media cuſpis temone retenta eſt.
Sed ſolum votis, ſolum clamore fremendo
Omnibus in turmis, optátque vocátque Creonta.
Atque hunc diuerſa bellorum in fronte maniplos
Hortantem dictis, fruſtráque extrema minantem
Conſpicit, abſcedunt comites, & Theſea iuſſi
Linquebant, fretiq; deis, atque ipſius armis.
Ille timet, reuocátque ſuos, vtq; agra notauit
Hinc atque hinc odia, extrema ſe colligit ira.
Iam letale furens atque audax morte futura,
Non cum peltiferis ait hæc tibi pugna puellis,
Virgineas nec crede manus, hic cruda virorum
Prælia, nos magnum qui Tydea, quiq; furentem
Hippomedonta neci, Capaneaq; miſimus vmbris

Pecto

Pectora, quæ bellum præceps amentia suasit
Improbe? nónne vides quos vlciscare iacentes?
Sic ait & frustra perituru missile summo
Affixit clypeo, risit, vocésque, manumq;
Horridus Aegides, ferratáque arbore magnos
Molitur iactus, nec non priùs ore superbo
Intonat. Argolici quibus hac datur hostia manes
Pandite tartareum chaos, vltricésque parate
Eumenidas, venit ecce Creon, sic fatus, & auras
Dissipat hasta tremẽs, tunc qua subtegmine duro
Multiplicem tenues iterant thoraca cathenæ
Incidit, emicuit per mille foramina sanguis
Impius, ille oculos extremo errore solutis
Labitur, assistit Theseus grauis, armáque tollens
Iámne dare extinctis iustos, ait, hostibus ignes:
Iam victos operire placet? vade atra dature
Supplicia, extremiq; tamen secure sepulchri.
Accedunt vtrinque pio vexilla tumultu,
Permiscéntque manus, medio iam fœdera bello,
Iámque hospes Theseus, orant succedere muris.
Dignariq; domos, nec tecta hostilia victor
Aspernatus init, gaudent matrésque nurúsque
Ogygiæ, qualis thyrso bellante subactus
Mollia laudabat iam marcidus Orgia Ganges.
Ecce per aduersas Dircæi verticis vmbras
Fœmineus quatit astra fragor, matrésq; Pelasgæ
Decurrunt, quales Bacchea ad bella vocata
Thyades amentes, magnum quas poscere credas,
Aut fecisse nefas, gaudent lamenta, nouæq;

Exultant lachrymæ, rapit huc, rapit impetus illuc
Theſea magnanimũ, quærant prius anne Creõta,
Anne ſuos, vidui ducunt ad corpora luctus.
Non ego centena ſi quis mea pectora laxet
Voce deus, tot buſta ſimul, vulgiq́, ducúmque
Tot pariter gemitus, dignis conatibus æquem.
Turbine quo ſeſe caris inſtrauerit audax
Ignibus Euadne, fulménque in pectore magno
Quæſierit, quo more iacens ſuper oſcula ſæui
Corporis, infœlix excuſet Tydea coniux.
Vt ſæuos narret vigiles Argia ſorori,
Arcada quo planctu genitrix Erymãthia clamet
Arcada conſumpto ſeruantem ſanguine vultu,
Arcada, quem geminæ pariter fleuere cohortes.
Vix nouus iſta furor, venénſq́, impleſſet Apollo.
Et mea iam longo meruit ratis æquore portum.
Durabiſne procul, dominóque legere ſuperſtes,
O mihi biſſenos multùm vigilata per annos
Thebai? iam certè præſens tibi fama benignum
Strauit iter, cœpitq́, nouam monſtrare futuris.
Iam te magnanimus dignatur noſcere Cæſar.
Itala iam ſtudio diſcit, memorátque iuuentus.
Viue precor, nec tu diuinam Aeneida tenta,
Sed longè ſequere, & veſtigia ſemper adora.
Mox tibi ſi quis adhuc prætendit nubila liuor,
Occidet, & meriti poſt me referentur honores.

THEBAIDOS FINIS.

P. STA

P. STATII PAPINII ACHILLEIDOS.

LIB. I.

MAgnanimum Æaciden formidatámque Tonanti
Progeniem, & patrio vetitam succedere cœlo
Diua refer. Quamquam acta viri, multum inclyta cantu
Mœonio, sed plura vacant, nos ire per omnem
(Sic amor est) Heroa velis, Scyróque latentem
Dulichia proferre tuba, nec in Hectore tracto
Sistere, sed tota iuuenem deducere Troia.
Tu modò, si veteres digno defleuimus haustu,
Da fontes mihi Phœbe nouos, ac fronde secunda
Necte comas, neq; enim Aoniũ nem⁹ aduena pulso,
Nec mea nunc vittis albescunt tempora primis.
Scit Dircæus ager, méque inter prisca parentum
Nomina, cumq; suo memorant Amphione Theca.
At tu quem longè primum stupet Itala virtus,
Graiaq; cui gemina florent vatumq;, decumq;
Certatim laurus (olim dolet altera vinci)
Da veniã, ac trepidũ patere hoc sudare parum-
Puluere, te longo, necdum fidente paratu (per
Molimur, magnúsque tibi præludat Achilles.

Solue

Soluerat Oebalio classem de littore pastor
Dardanus, incautas blandè populatus Amyclas.
Plenáque materni referens præsagia somni
Culpatum relegebat iter, quà condita ponto
Fluctibus inuisis iam Nereis imperat Helle.
Cùm Thetis, Idæos (heu nunquam vana parẽtum
Auguria) expauit vitreo sub gurgite remos.
*vv. & Nec mora, *ab vndosis turba comitante sororem
Prosiluit thalamis, seruent coeuntia Phrixi
Littora, & angustũ dominas non explicat æquor.
Illa vbi discusso primùm subit æëra ponto,
Me petit, hæc mihi classis (ait) funesta* paratur.
*vv. minatur. Agnosco monitus, & Protea vera locutum.
Ecce nouam Priamo facibus de puppe leuatis,
Fert Bellona murum, video iam mille carinis
Ionium, Ægeumq; premi, nec sufficit, omnis
Quod plaga Graiugenũ tumidis coniurat Atridis
Iam pelago, terrisq; meus quaeretur Achilles,
Et vŏlet ipse sequi, quid enim cunabula paruo
Pelion, & torui commisimus atra magistri?
Illi (ni fallor) Lapitharum prælia ludit
Improbus, & patria iam se metitur in hasta.
O dolor, ô seri materno in corde timores.
*vv. Non Nũ potui infœlix cùm primùm in gurgite nostro
Rhœtæa cecidere trabes, attollere magnum
Æquor? & incasti prædonis vela, profunda
Tempestate sequi? cunctásque inferre sorores?
Nunc quoque sed tardiũ est, iã plena iniuria rapta
Ibi tamen, pelagique deos, dextramq; secundi

Quod

Quod supereſt, complexa Iouis, per Thetyos amnes
Grãdæuúmque patrem, ſupplex miſerãda rogabo
Vnam hyemẽ. Dixit, magnumq; in tẽpore regem
Aſpicit, Oceano veniebat ab hoſpite, menſis
Latus, & æquoreo diffuſus nectare vultum,
Vnde hyemes, ventiq; ſilent, cantuq; quieto
Armigeri Tritones eunt, ſcopuloſáque Cete,
Tyrrhenique greges, circumq;, infráque rotantur
Rege ſalutato. Placidis ipſe arduus vndis
Eminet, & triplici telo iubet ire iugales,
Illi ſpumiferos glomerant à pectore fluctus.
Pone natant, delentq; pedum veſtigia cauda.
Cui Thetis: O magni Rector Genitorq; profundi.
Aſpicis in quales miſerum patefeceris vſus
Æquor? eunt tutis terrarum crimina velis.
Ex quo iura freti, maieſtatémque repoſtam
Rupit Iaſona puppis Pegaſæa rapina.
En aliud furto ſcelus, & ſpolia hoſpita portans
Nauigat iniuſtæ temerarius arbiter Idæ.
Heheu quot gemitus terris Pelagóque daturus?
Quos mihi! ſic Phrygiæ penſamus præmia palmæ.
Hi Veneris mores, hoc gratæ munus alumnæ?
Has ſaltem (non Semideos, noſtrumq; reportant
Theſea) ſi quis adhuc vndis honor, obrue puppes,
Aut permitte fretum, nulla inclementia. fas ſit
Pro nato timuiſſe mihi. Da tollere fluctus,
Nec tibi de tantis placeat me fluctibus vnum
Littus, & Iliaci ſcopulos habitare ſepulchri.
Orabat laniata comas, & pectore nudo

Cæruleis

Cæruleis obstabat equis. Tunc Rector aquarum
Inuitat curru, dictisq; ita mulcet amicis.
Ne pete Dardaniã frustra Theti mergere classem
Fata vetant, ratus orãdo*deum, miscere cruẽtas
Europæq; Asiæq; manus, consultáque bella
Iuppiter, & tristes edixit cædibus annos.
Quem tu illic natum Sigeo in puluere? quanta
Aspicies victrix Phrygiarum funera matrum?
Cùm tuus Æacides tepido modo sãguine Teucros
Vndabit campos, modò crassa exire vetabit
Flumina, & Hectoreo tardabit funere currus:
Impelletq; manu nostros, opera irrita, muros:
Pelea iam desiste queri, thalamosq; minores,
Credideris peperisse Ioui, nec inulta dolebis,
Cognatis vtere fretis, dabo tollere fluctus
Cùm reduces Danai, nocturnaq; signa Caphare⁹,
Exeret, & dirum pariter quæremus Vlyssem.
Dixerat illa graui vultum demissa repulsa,
Qua iam exire fretũ, & ratibus bellare parabat
Iliacis, alios iterum commenta paratus,
Tristis ad Aemonias detorquet brachia terras.
Ter conata manu, liquidum ter gressibus æquor
Reppulit, & niueas feriũt vada Thessala plãtas.
Latantur montes & connubilia pandunt
Antra sinus, latéque dea Sperchios abundat
Obuius, & dulci vestigia circuit vnda,
Illa nil gauisa locis, sed cæpta fatigat
Pectore consilia, & solers pietate magistra,
Longæuum Chirona petit, Domus ardua montem

Perforat,

Perforat, & longo ſuſpendit Pelion arcu.
Pars exhauſta manu, partem ſua ruperat ætas,
Signa tamẽ, diuũq; tori, & quem quiſq; ſacrarat
*Accubitu, genioq;, * locus monſtratur, at intra*
Centauri ſtabula alta patent; non æqua nefãdis
Fratribus: Hic hominum nullos experta cruores
Spicula, nec trunca bellis genialibus Orni,
Aut conſanguineos fracti cratêres in hoſtes,
Sed pharetræ inſontes, & inania terga ferarum
Hæc quoq; dũ viridis, nã tũc labor vnus inermi
Noſſe ſalutiferas dubiis animantibus herbas.
Aut monſtrare lyra veteres Heroas alumno.
Quem tunc venatu rediturum in limine primo
Opperiens, properátque apes, largóque ſerenat
Igne domum. Tum viſa procul de littore mater
Nereis, erumpit ſyluis, dant gaudia vires.
** Notáque deſueto crepit ſenis vngula campo.*
Tũc blãdus dextra, atq; imos sũmiſſus in armos
Pauperibus tectis inducit, & admouet antris.
Iamdudum tacito luſtrat Thetis omnia viſu,
Nec perpeſſa moras, vbi nam mea pignora Chirõ?
Dic ait, aut cur vlla puer iam tempora ducit
Te ſine? nũ merito trepidus ſopor? atráque matri
Signa deum? magnos vtinam mentita timores.
Namq; mihi infeſtos vtero modò contuor enſes,
Nunc planctu liuere manus, modò in vbera ſæuas
Ire feras, ſæpe ipſa (neſas!) ſub inania natum
Tartara, & ad Stygios iterũ fero mergere fontes
Hos abolere metus magici iubet ordine ſacri

110 *vv. locũ.

120

*vv. Motáque.

130

Car

Carpathius vates, puerumq; ſub axe probato
Secretis luſtrare fretis vbi littora ſumma
Oceani, & genitor tepet illabentibus aſtris
Pontus, vbi ignotis horrenda piacula diuis,
Donaq;, ſed longum cuncta enumerare, vetórque.
Trade magis, ſic fata parẽs, neq; enim ille dediſſet
Si molles habitus, & tegmina fœda fateri
Auſa foret, tunc ille refert. Duc optima quaſo
Due genitrix, humilique deos infringe precatu.
Non ſuperant tua vota modum, placãdaq; multũ
Inuidia eſt, non addo metum, ſed vera fatebor,
Neſcio quid magnũ (nec me patria omina fallũt)
Vis feſtina parat, teneroſq; ſuperuenit annos.
Olim ferre minas, & obire audita ſolebat
Imperia, & noſtris procul haud diſcedere ab an-
Nunc illũ non Oſſa capit, non Pelion ingens, (tris
Theſſalicaúe niues, ipſi mihi ſæpe queruntur
Centauri, raptasq; domos, abſtractáque coram
Armenta, & campis ſemet fluuiiſque fugari.
Inſidias, & bella parant, tumidíque minantur.
Olim equidem Argos Pinus cum Theſſala reges
Huc veheret, iuuenem Alciden, & Theſea vidi.
Sed taceo, figit gelidus Nereida pallor,
Ille aderat multo ſudore, & puluere maior.
Attamen arma inter, feſtinatóſque labores.
Dulcis adhuc viſu, niueo *natat ignis in ore
Purpureus, fuluóque nitet coma gratior auro.
Nec dum prima noua lanugine vertitur ætas,
Tranquillaq; faces oculis, & plurima vultu,

vv. vat.

Mater

Mater ineſt, qualis Lycia venator Apollo
Cum redit, & ſauis permutat plectra pharetris.
Forte & latus (ô quantum gaudia forma
Adiiciunt!) fœtam Pholoes ſub rupe leænam
Perculerat ferro, vacuiſque reliquerat antris
Ipſam, ſed catulos aſportat, & incitat vngues.
*Quos tamen, vt fido genitrix in limine viſa eſt,
*Abiicit, exceptamq; auidis circunligat vlnis
*Iam grauis amplexu, iamq; æquus vertice matri.
*Inſequitur magno iam tunc connexus amore
*Patroclus, tantíſque extenditur æmulus actis.
*Par ſtudiis, auiq; modis, ſed robore diſpar,
*Et tamen æquali viſurus Pergama fato.
*Protinus ille ſubit rapido quæ proxima ſaltu
*Flumina, fumantéſquo genas, crinemq; nouauit
*Fontibus Eurotæ, qualis vada Caſtor anhelo
*Intrat equo, feſſumq; ſui iubar excitat aſtri.
*Miratur, comitq; ſenex, nunc pectora mulcens,
*Nunc fortes humeros, angunt ſua gaudia matrẽ.
**Nunc libare dapes, bacchæaq; munera Chiron*
*Orat, & attonitam vario oblectamine mulcens
*Elicit extremo Chelyn, & ſolantia curas
*Fila mouet, leuiterq; expertas pollice chordas
*Dat puero: canit ille libens immania laudum
*Semina, qui tumidæ ſuperarit iuſſa nouercæ
*Amphitryoniades, crudò quo Bebryca cæſtu
*Obruerit Pollux, quanto circundata nexu
*Ruperit Ægides Minoi brachia tauri,
*Maternos in fine toros, ſuperiſq; grauatum

170 *vv. ad portat.
180
190

Pelion, hic ficto risit Thetis anxia vultu.
Nox trahit in somnos, saxo collabitur ingens
Cētaurus, blandisq; humeris se innectit Achilles
Quāquā ibi fida parēs, assuetaq; pectora mauult
At Thetis vndisonis per noctem in rupibus astans
Quæ nato secreta velit, quibus abdere terris
Destinat, huc, illuc, diuersa mente volutat.
Proxima sed studijs multum Mauortia Thrace:
Nec Macetum gens dura placet, laudūq; daturi
Cecropidæ stimulos nimium opportuna carinis
Sestos, Abydenóque sinus, placet ire per altas
Cycladas, hinc spretæ Myconos, humilisq; Seriphos
Et Lemnos non æqua viris, atque hospita Delos
Gentibus, imbelli nuper Lycomedis in aula
Virgineos cœtus, & littora persona ludo
Audierat, duros laxantem Aegæona nexus
Iussa sequi, centúmque dei numerare cathenas.
Hæc placet, hæc timidæ tellus tutissima matri.
Qualis vicino volucris iam sedula partu
Iámque timens qua fronde domū suspēdat inanē,
Prouidet hinc ventos, hinc anxia cogitat angues
Hinc homines, tandē dubiæ placet umbra, nouisq;
Vix stetit in ramis, & protinus arbor amatur.
Altera consilio superest, tristémque fatigat
Cura deam, natum ipsa sinu complexa, per vndas
An magno Tritone ferat, ventósque volucres
Aduocet, an pelago solitam Thaumantiada pasci
Elicit inde fretis, & murice frenat acuto
Delphinas biiuges, quos illi maxima Thetys

Gurgi

Gurgite Atlanteo pelagi ſub valle ſonora
Nutrierat, nullis vada per Neptunia glauca
Tantus honor formæ, nandique potentia: nec plus
Pectoris humani iubet hos ſubſiſtere pleno
Littore, ne nudæ noceant contagia terræ.
Ipſa dehinc toto reſolutum pectore Achillem
*(Quis pueris ſapor) Aemonij de rupibus antri *vv. Qui
Ad placidas deportat aquas, & iuſſa tacere
Littora, monſtrat iter, totóque effulſerat orbe
Cynthia, proſequitur diuam, celeréſque recurſus
Securus pelagi Chiron rogat, vdáque calat
Lumina & abreptos *oculis, iam iámque latẽtes *al. ſubito.
Erecto proſpectat equo, quà cana parumper
Spumãt ſigna fugæ, & liquido perit orbita ponto.
Illum non aliâs rediturum ad Theſſala Tempe
Iam triſtis Pholoe, iam nubilus ingemit Othrys.
Et tenuis Sperchios aquis, ſpeluncáque docti
Muta ſenis, quærunt puerilia carmina Fauni,
Et ſperata diu plorant connubia nymphæ.
Iam premit aſtra dies, humiliſque ex æquore Titã
Rorantes euoluit equos. & ab æthere magno
Sub latum curru pelagus cadit, at vada mater
Scyris iamdudum fluctus emenſa tenebat.
Exierántque iugo feſſi Delphines herili.
Cùm pueri tremefacta quies, oculique iacentis
Infuſum ſenſere diem, ſtupet aëre primo.
Quæ loca? qui fluctus? vbi Pelion? omnia verſat,
Atque ignota videt, dubitátque agnoſcere matrẽ
Occupat illa manu, blandéque affata pauentem.

Si mihi care puer thalamos sors æqua dedisset,
Quos dabat, æthereis ego te complexa tenerem
Sydus grande plagis, magniq; puerpera cœli,
Nil humiles Parcas, terrenáque fata vererer.
Nunc impar tibi nate genus, præcluſáque leti
Tãtum matre via eſt. Quin nũc metuẽda propin-
Tẽpora, & extremis admota pericula metis (quãt
Cedamus, paulumq; animos ſummitte viriles,
Atque habitus indignare meos, ſi Lydia dura
Penſa manu, molléſque tulit Tyrinthius haſtas:
Si decet aurata Bacchum veſtigia palla
Verrere, virgineos ſi Iuppiter induit artus,
Nec magnum ambigui fregerunt Canea ſexus.
Has ſine quæſo minas numénque exire malignũ.
Mox iterum campos, iterum Centaurica reddam
Luſtra tibi, per ego hoc decus, & ventura iuuenta
Gaudia, ſi terras, humilémque experta maritum
Te propter, ſi progenitum Stygis amne ſeuero
Armaui (totúmque vtinam) cape tuta parũper
Tegmina, nil nocitura animo, cur ora reducis?
Quidue parant oculi? pudet hoc miteſcere cultu?
Per te care puer, cognata per æquora iuro
Neſciet hos Chiron, ſic horrida pectora tractat
Nequicquam mulcens, obſtat genitorq; roganti,
Nutritórque ingens, & cruda exordia magnæ
Indolis, effrena tumidum velut igne iuuenta.
Si quis equũ primis ſummittere *tentet habenis
Ille diu campis, fluuiiſque & honore ſuperbo
Gauiſus, non colla iugo, non aſpera præbet

*vv. es.
*cẽptat.

Ora

Ora lupis, dominiq; negat captiuus inire
Imperia, atque alios miratur discere cursus.
Quis deus attonitæ fraudes, astúmque parenti
Contulit? indocilẽ quæ mẽs*detraxit Achillem? *attraxit.
Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorum
Forte diem, placidóque fatæ Lycomede sorores
Duce sacra patriis (quæ rara licentia) muris
Exierant, dare veris opes, diuæq; seueras
Fronde ligare comas, & spargere floribus hastam.
Omnibus eximium forma decus, omnibus idem
Cultas, & expleto teneri iam fine pudoris
Virginitas matura toris, animiq; tumentes.
Sed quãtũ virides pelagi Venus addita Nymphas
Obruit, aut humeris quantum Diana relinquit
Naides, effulget tantum regina decori
Deidamia chori: pulchrisq; sororibus obstat.
Illius è roseo flammatur purpura vultu,
Et gemmis lux maior inest, & blandius aurum,
Atque ipsi par forma deæ, si pectoris angues
Ponat, & exempta placetur casside vultus.
Hunc vbi ducentem longè socia agmina vidit
Trux puer, & nullo temeratus pectora motu,
Diriguit, totisq; nouum bibit ossibus ignem.
Nec latet haustus amor, sed fax vibrata medullis
In vultus, atque ora redit, lucemq; genarum
Tingit, & *impulsam tenui sudore pererrat. *impulsum.
Lactea Massagetæ veluti cum pocula fuscant
Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur Ostro:
Sic varijs manifesta notis, polletq;, rubetq;.

Flãma recens eat, atque vltro ferus hoſpita ſacra
Diſcutiat turba ſecurus, & immemor aui,
Ni pudor, & iuncta teneat reuerentia matris.
Vt pater armenti quondam, rectorq; futurus,
Cui nondum toto peraguntur cornua gyro,
Cum ſociam paſtus niueo candore iuuencam
Aſpicit, ardeſcunt animi, primuſq; per ora
Spumat amor, ſpectant hilares optantq; magiſtri.
Occupat arrepto iam tempore conſcia mater.
Hos ne inter ſimulare choros, & brachia ludo
Nectere, Nate graue eſt? gelida quid tale ſub Oſſa
Peliaciſq; iugis? O ſi mihi iungere curas
Atque alium portare ſinu contingat Achillem
Mulcetur, latuſq; rubet, viſúſq; ſuperbo
Obliquat, veſtéſque manu leuiore repellit.
Aſpicit ambiguum genitrix, cogitq; valentem,
Innectitq; ſinus, tunc colla regentia mollit,
Submittitq; graues humeros, & fortia laxat
Brachia, & impexos certo domat ordine crines
Ac ſua dilecta ceruice monilia transfert,
Et picturato cohibet veſtigia limbo
Inceſſum, motumq; docet, fundiq; pudorem
Qualiter artificis victuro pollice cera
Accipiunt formas, ignemq; manumq; ſequuntur,
Talis erat diua natum mutantis imago.
Nec luctata diu, ſupereſt nam plurimus illi
Inuicta virtute decor, fallitq; tuentes
Ambiguis, tenuiq; latens diſcrimine fixus.
Procedunt, iterumq; mouet, rurſumq; fatigat

Blanda Thetys, sic ergo gradus, sic ora manusq3,
Nate feres, comitesq3 modis imitabere fictis
Ne te suspectum molli non misceat aula
Rector, & incepti percant mendacia furti.
Dixit, & admoto non cessat comere tactu.
Sic vbi virginea Hecate lassata pharetris,
Ad patrem fratremq3 redit, comes haret eunti
Mater, & ipsa humeros exertaq3 brachia velat,
Ipsa arcum pharetramq3 locat, vestesq3 latentes
Diducit, sparsosq3 studet componere crines.
Protinus aggreditur regem, atq3 ibi testibus aris
Hanc tibi ait nostri germanam rector Achillis
(Nonne vides vt torua genas, æquandaq3 fratri?)
Tradimꝰ, arma humeris; arcũq3 animosa petebat
Ferre, & Amazonio connubia pellere ritu.
Sed mihi curarum satis est pro stirpe virili.
Hæc calathos, & sacra ferat. Tu frange regendo
Indocilem, saxumq3 tene, dum nubilis ætas
Soluendusq3 pudor, néue exercere proteruas
Gymnadas, at lustris nemorum concede vagari.
Intus ale, & similes inter seclude puellas.
Littore præcipuè, portuq3 arcere memento,
Vidisti modo vela Phrygum, iam mutua iura
Fallere, transmissa pelago didicere carinæ.
Accedit dictis pater, ingenioq3 parentis
Occultum Æaciden (quis diuũ fraudibus obstet)
Accipit vltro etiam veneratur supplice dextra
Et grates electus agit, nec turba piarum
Scyriadum cessat nimio defigere visu

Virginis ora noua, quantum ceruice, comisq;
Emineat, quãtumq; humeros, ac pectora fundat.
Dehinc sociare choros, castisq; accedere sacris
Hortantur, cedunt q; locũ, *& contingere gaudẽt.*
Qualiter Idalia volucres, vbi mollia frangunt
Nubila, iam longum cælóque domóq;, gregata.
Si iunxit pœnas, diuersóq; hospita tractu
Venit auis, cuncta primum mirantur, & horrent,
Mox propriusq; volant, sociam iámq; aëre in ipso
Paulatim fecere suam, plausúq; secundo
Circumeunt hilares, & ad alta cubilia ducunt.
Digreditur multum cunctata in limine mater,
Dum repetit monitus, arcanáq; murmura figit
Auribus, & tacito dat verba nouissima Voto.
Tunc excepta freto, longè ceruice reflexa
Abnatat, & blandis affatur littora verbis.
Cara mihi tellus, magna cui pignora cura,
Depositumq; ingens, timido commisimus æstu.
Sis fœlix, taceasq; precor, quo more tacebat
Creta Rhea: te longus honos, æternaq; cingent
Templa, nec instabili fama superabere Delo.
At ventis, & sacra fretis, intérque vadosas
Cycladas, Ægea frangunt vbi saxa procellæ,
Nereidum tranquilla domus, iurandáque nautis
Insula, ne solum Danaas admitte carinas.
Te precor hic thiasos tantum, nihil vtile bellis,
Hic famam narrare doce, dumq; arma parantur
Dorica, & alternum Mauors interfurit orbem:
(Cedo equidem) si virgo pij Lycomedis Achilles.

v. loco.. vdiuersáq; parte.

In

Interea meritos vltrix Europa dolores
Dulcibus armorum furiis, & supplice regum
Conqueſtu flammea mouet, quippe ambit Atrides
Ille magis, cui nupta domi, facinúſq; relatu
Aſperat Iliacum: captam ſine Marte, ſine armis
Progeniem cœli, Spartæq; potentis alumnam.
Iura, fidem, ſuperos, vna calcata rapina.
Hoc fœdus Phrygium, hæc gemina cõmercia terræ
Quid maneat populos, vbi tanta iniuria primos
Degraſſata duces? coeunt genus omnis & ætas.
Nec tantum excititi bimari quos Iſthmia vallo
Clauſtra, nec vndiſonæ quos circuit vmbo Maleæ,
Sed procul ammoti Phrixi, quà ſemita iungi
Europámq; Aſiámq; vetat, quaſque ordine gentes
Littore Abydeno maris alligat vnda ſuperni.
Feruet amor belli, concuſſaſq; erigit vrbes.
Aera domant Temeſæ, quatitur nauali bus ora
Eubois, enumerat reſonant incude Mycenæ.
Piſa nouat currus. Nemeæ dat terga ferarum.
*Cirrha ſagitiferas certat *ſtipare pharetras.*
Lerna graues clypeos caſis veſtire iuuencis.
Dat bello pedites Etolus, & aſper Arcanan.
Argos agit turmas, vacuantur paſcua ditis
Arcadiæ, fremat celeres Epiros alumnos.
Phocis, & Aoniæ iaculis rareſcitis vmbræ.
Murorum tormenta Pylos, Meſſanáque tradunt.
Nulla immunis humus, velluntur poſtibus altis
Arma olim dimiſſa patrum, flammiſq; liqueſcũt
Dona deum, raptum ſuperis Mars efferat aurum.

v. ſpirare

Nuſquam vmbræ, veteres: minor Othrys, & ardua
Taygeta, exuti viderunt aëra montes, (*ſidunt*
Iam natat omne nemus, cæduntur robora claſſi.
Sylua minor remis, ferrum laxatur ad vſus
Innumeros, quod roſtra liget, quod muniat arma.
Belligeros quod frenet equos, quod mille cathenis
Squallentes nectat tunicas, quod ſanguine fumet,
Vulneráque alta bibat, quod conſpirante veneno
Impellat mortes, tenuantq; humentia ſaxa
Attritu, & nigris addunt mucronibus iras.
Nec modus, aut arcus lentare, aut fundere glãdes
Aut terrore ſudes, galeaſque attollere conis.
Hos inter motus pigram gemit ora quietem
Theſſalis, & gemitus incuſat fata querelis.
Quod ſenior Peleus, nec adhuc maturus Achilles
Iam Pelopis terras. Graiumq; exhauſerat orbem
Præcipitans in tranſtra viros inſanus, equoſq;
Bellipotens, feruent portus, & operta carinis
Stagna, ſuaſq; hyemes claſſis promota, ſuóſque
Attollit fluctus, ipſum iam puppibus æquor
Deficit, & totos conſumunt carbaſa ventos.
Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis
Rupibus expoſitis, longiq; crepidine dorſi
Eboicum ſcandens Aulis mare, littora multum
Montiuagæ dilecta deæ, iuxtáque Caphareus
Lucratum pelago tollens caput ille Pelaſgas
Vt vidit tranſnare rates, ter montes, ter vndis.
Intonuit, ſeuaq; dedit præſagia noctis.
Cœtus ibi armorum, Troiæ fatalis, ibi ingens

Iura

Iuratur bellum donec Sol annuus omnes
Conficeret metas, tum primum Gracia vires
Contemplata suas, tunc sparsa, ac dissona moles
In corpus vultúmque coit, & regit sub vno
Dispósita est. Sic torua feras indago latentes
Claudit, & admotis paulatim cassibus arctat,
Ille ignem, sonitumq; pauent, diffusáque linquunt
Auia, mirantúrque suum descrescere montem,
Inque vicem studere greges, socioq; timore
Mansuescũt simul hirtus aper, simul vrsa lupusq;
Cogitur, & captos contemnit cerua leones.
Sed quanquã gemino pariter sua bella capessant
Atridæ, famámque auidi virtute paternam
Tydides, Stheneluſq; premant, nec cogitet annos
Antilochus, septémque Aiax vmbone coruscet
Armentis greges, atque æquum montibus orbem,
Consiliis, armisq; vigil contendat Vlysses:
Omnis in absentem belli manus ardet Achillem.
Nomẽ Achillis amãt, & in Hectora solus Achilles
Poscitur illum vnum Teucris, Priamoq; loquũtur
Fatalem, quis enim Æmoniis sub vallibus alter
Creuerit, effossa raptans niue cuius? ab ortu
Cruda rudimenta, & teneros formauerit annos
Centaurus? patrij propior cui linea cœli?
Quẽue aliũ ad Stygios tulerit secreta per amnes
Nereiis? & pulcro ferro perstrinxerit artus
Hæc Graiæ castris iterum traduntq; cohortes:
Cedit turba ducum, vinciq; aut mœsta fatetur.
Sic cum palantes Phlegæa in castra coirent

Cœ

Cœlicolæ, iamq; Odryſiam Gradiuus in haſtam
Surgeret, & Libycos Tritonia tolleret angues,
Ingentémque manu curuaret Delius arcum,
Stabat anhela metu ſolum Natura Tonantem
Reſpiciens quando ille hyemes, tonitruſq; vocaret
Nubibus, igniferam, quæ fulmina poſceret Ætnã.
Atque ibi dum mixta vallati plebe ſuorum
Et maris & belli conſultant tempora regès,
Increpitans magno vatem Calcantha tumultu,
Proteſilaus ait? namque huic bellare cupido
Præcipua, & prima iam tunc data copia mortis.)
O nimium Phœbi tripodúmque oblite tuorum
Threſtoride, quando ora deo poſſeſſa mouebis
Iuſtius? aut quando Parcarum occulta recludes?
Cernis vt ignotum cuncti, ſtupeantq; petántque
Æaciden? ſordet vulgo Calydonius Heros
Et magno gemitus Telamone, Aiaxq; ſecundus,
Nos quoq; ſed Mauors arreptaq; Troia probabũt.
Illum neglecti, (pudet heu) ductoribus, omnes,
Belligerum ceu numen amant, dic ocyus (aut cur
Serta comis, & mutus honos) quibus abditus oris
Quáue iubes regione peti, nam fama nec antris
Chironis, patria nec degere Peleos aula.
Eia irrumpe moras, & fata latentia laxa,
Laurigeroſq; ignes, ſi quando auidiſſimus auri:
Arma horrenda tibi, ſanoſq; remiſimus enſes.
Nunquam has imbelles galea violabere vittas,
Sis fœlix, numeroq; ducum præſtantior omni,
Si magnum Danais per te portendis Achillem.

Iam

Iamdudum trepido circunfert lumina motu,
Intrantemq; deum primo pallore fatetur
Teſtorides, mox igne genas, & ſanguine torquens
Nec ſocios, nec caſtra videt, ſed cœcus & amans
Nunc ſuperum magnos deprendit in æthere cœtus
Nunc ſagax affatur aues, nunc dira ſororum
Licia, thuriferas modo conſulit anxius aras.
Flammarumq; apices rapit, & caligine ſacra
Paſcitur, exiliunt crines, rigidiſq; laborat
Vitta comis, nec colla loco, nec in ordine greſſus,
Tandem feſſa tremens longius mugitibus ora
Soluit, & oppoſitum vox eluctata furorem eſt.
Quo rapis ingentem magni Chironis alumnum
Fœmineis Nerei dolis? huc mitte, quid aufers?
Non patiar, meus iſte meus, tu diua profundi:
Et me Phœbus agit, latebris quibus abdere tãtas
Euerſorem Aſiæ, video per Cycladas altas
Attonitam, & turpi quærentem littora furto,
Occidimus, placuit Lycomedis conſcia tellus.
O ſcelus, en fluxæ veniunt in pectora veſtes.
Scinde puer, ſcinde & timidæ ne crede parenti
Heu mihi raptus abit, quanã hæc procul improba
Hic mutãte gradu, ſtetit, amiſſiſq; furoris (virgo?
Viribus ante ipſas tremefactus corruit aras
Tunc harentẽ Ithacũ Calydonius occupat Heros:
Nos vocat iſte labor, neque enim comes ire recuſo
Si te cura trahit, licet ille ſonantibus antris
Thetyos aduerſæ gremioq; prematur aquoſo
Nereos, inuenies, tu tantum prouidus æſtu

Tende

Tende animum vigilem, fœcundũq; erige pectus
Nam te quis vatum dubijs in casibus hausit
Fata videre prior? subiicit gauisus Vlysses:
Sic Deus omnipotens firmet, sic annuat illa
v.tardat. *Virgo paterna tibi: sed me spes lubrica* versat*
Grãde equidẽ armatũ est castris inducere Achillẽ
Sed si fata negent, quam fœdum, ac triste reuerti.
Vota tamen Danaum non intentata relinquam.
Iamq; adeò aut aderit mecum Peleius Heros.
Aut verũ penitus latet, & sine Apolline Calchas
Cõclamat Danai, stimulatq; Agamemno volẽtes
Laxantur cœtus, resolutáque murmure lato
Agmina discedunt. Quales iam nocte propinqua
Et pastu referuntur apes, vel in antra reuerti
Melle nouo grauidas mitis videt Hybla cateruas
Nec mora, iam dextra Ithacesia carbasus auras
Poscit, & in transtris hilaris cedere iuuentus:
At procul occultum falsi sub imagine sexus
Æacidem furto iam nouerat vnda latentem
Deidamia virum, sed operta conscia culpa
Cuncta pauet, tacitáq; putat sentire sorores.
v.in grege. *Namq; vt virgineo stetit* agmine clarus Achilles*
Exoluitq; rudem genitrix digresso pudorem,
Protinus elegit comitem) quãquã omnis in illum
Turba coit) blandaq; nouas nil tale timenti
Admouet insidias, illam sequiturq; premitq;
Improbus, illam oculis, iterumq;, iterumq; resumit
inhæret *Nunc nimio lateri, non euitantis* adhæret.*
Nunc leuibus sertis, lapsis nunc sponte canistris

Nunc

Nunc thyrſo parcente ferit, modo dulcia nota
Fila lyra, tenuéſque modos, & carmina monſtrat
Chironis, ducitq; manum, digitóſque ſonanti
Infringit cithara, nunc occupat ora canentis,
Et ligat amplexus, & mille per oſcula laudat.
Illa libens diſcit, quo vertice Pelion, & quis
Aeacides, puerique auditum nomen, & actus
*Aſſiduè ſtupet, & præſentem*cantat Achillem.* v. laudat
Ipſa quoq; & validos proferre modeſtius artus,
Et tenuere rudes atrito pollice lanas
Demonſtrat, reficit q; colos, & perdita dura
Penſa manu, vociſq; ſonum, ponduſq; tenentis
Quodq; fugit comites, nimio quod lumine ſeſe
Figat, & in verbis intempeſtiuus anhelet,
Miratur, iam iámque dolos aperire parentem,
Virginea leuitate fugit, prohibetq; fateri.
Sic ſub matre Rhea iuueni, regnator Olympi
Oſcula ſecura dabat inſidioſa ſorori
Frater adhuc, medij donec reuerentia ceſſit
Sanguinis, & verſos germana expauit amores.
Tandem detecti timida Nereidos aſtus,
Lucus Agenorei ſublimis ad Orgia Bacchi
Stabat, & admiſſum cœlo nemus huius in vmbra
Alternum reuocare pia, triterica matres
Conſueuerant, ſciſſumq; pecus, terráque reuulſas
Ferre trabes, gratoſque deo præſtare furores,
Lex procul ire mares, iterat præcepta verendus
Ductor, inacceſſumq; viris edicitur antrum,
Nec ſatis eſt, ſtat fine dato metuenda ſacerdos

Ex

Explorátque aditus, nequis temerator oberret
Agmine fœmineo, tacitus ſubripſit Achilles.
Illum virginea ducentem ſigna caterua,
Magnáque difficili ſoluentem brachia motu
Et ſexus pariter decet, & mendacia matris
Mirantur comites, nec iam pulcherrima turba
Deidamia ſua, tantúmque admota ſuperbo
Vincitur Aeacide, quantum premit ipſa ſorores.
Vt vero à tereti demiſit Nebrida collo,
Errante ſq; ſinus edera collegit, & altè
Cinxit purpureis flauentia tempora vittis,
Vibrauit q; graui redimitum miſſile dextra,
Attonito ſtat turba metu, ſacriſq; relictis
Illum ambire libet, pronoſq; attollere vultus
Talis vbi ad Thebas vultúmq; animumq; remiſit
Euius, & patrio ſatiauit pectora luxu:*
Serta comis miramq; leuat, thyrſúmq; virentem
Armat, & hoſtiles inuaſit fortior Indos.
v. multo. *Scandebat roſeo medij faſtigia cœli*
Luna iugo, totis vbi Somnus inertior alis
Defluit in terras, mutumq; amplectitur orbem:
Conſedêre chori, paulúmque exercita pulſu
Æra tacent, tenero cũ ſolus ab agmine Achilles
Hæc ſecum. Quonam timidæ commenta parentis
Vſque feres? primúmque imbelli carcere perdes
Florem animi? non tela licet Mauortia dextra?
Non trepidas agitare feras? vbi campus & amnes
Æmonij? Quariſne meos Sperchie natatus
Promiſſáſque comas? an deſertoris alumni

Nul

Nullus honos? ſtygiaſq; procul iã rapt⁹ ad vndas*
Dicor? & orbatus plangit mea funera Chiron? *vmbras.
Tu nunc tela manu, noſtros tu dirigis arcus,
Nutritóſque mihi ſcandis Patrocle iugales:
Aſt ego pampineis diffundere brachia Thyrſis,
Et tenuare colos (pudet heu, tedétque fateri)
Iam ſcio, quin etiam dilecta virginis ignem,
Aequauámque facem captus, noctéſque, diéſque,
Diſſimulas? quoniam vſque premes vrẽtia pectus *vv. pro-
Vulnera? téq; marẽ (pudet heu) nec amore proba-* babit.
Sic ait, & denſa noctis gauiſus in vmbra (ris:
Tempeſtiua ſuis torpere ſilentia furtis,
Vi potitur votis, & toto pectore veros
Admouet amplexus, riſit chorus omnis ab alto
Aſtrorum, & tenera rubuerunt cornua Luna.
Illa quidem clamore nemus, montémque repleuit,
Sed Bacchi comites diſcuſſa nube ſoporis
Signa choris indicta putant, fragor vndiq; notus
Tollitur, & Thyrſos iterum vibrabat Achilles.
Antè tamen dubiam verbis ſolatur amicis.
Ille ego (quid trepidas) genuit quẽ cærula mater
Peliacis ſyluis, niuibúſque immiſit alendum
Theſſalicis, neque ego hos cultus, aut fœda ſubiſ-
Tegmina, ni primo te viſa in littore, ceſſi (ſem
Te propter, tibi penſa manu, tibi mollia geſto
Tympana, quid deſles magno nurus addita ponto?
Quid gemis ingentes cœlo paritura nepotes?
Sed pater ante igni, ferróque exciſa iacebit
Scyros, & in tumidas ibunt hæc verſa procellas

Mœnia, quàm ſæuo mea tu connubia perdas
Funere, non adeo parebimus omnia matri.
Vade, ſed arreptum taceas, celéſque pudorem,
Obſtupuit tantis regina exterrita monſtris.
Quanquam olim ſuſpecta fides, & cõminus ipſum
Horruit, & multum facies mutata fatentis.
Quid faciat? caſus ne ſuos ferat ipſa parenti?
Séque ſimul, iuuenemq; premat, fortaſſis acerbas
Hauſurum pœnas? & adhuc in corde manebat
Ille diu deceptus amor, ſilet ægra, premitq;
Iam commune nefas, vnam placet addere furtis
Altricem ſociam precibus qua victa duorum
Annuit, illa aſtu tacito raptúmque pudorem,
Surgentemq; vterum, atq; ægros in pondere mẽſes
Occuluit, plenis donec ſtata tempora metis
Attulit & partus index Lucina reſoluit

P. STATII PAPINII
ACHILLEID. LIB. II.

IAmque per Aegæos ibat Laertia fluctus
Puppis, & innumeræ mutabant Cycladas auræ
Iam Paros, Olearóſque latent, iam raditur alta
Lemnos, & à tergo decreſcit Bacchica Naxos.
Ante oculos creſcente Samo, iam Delos opacat
*Aequor, * ibi celſa libant carcheſia puppe,*
Reſponſiq; fidem, & verum Calchanta precantur
Audiit Arcitenens, Zephyrumq; è vertice Cynthi

* vv. vbi excelſa.

Impe-

Impulit, & dubiis pleno dedit omina velo,
It pelago secura ratis, quippe alta Tonantis
Iussa, Thetin certas fatorum euertere leges,
Arcebant ægram lachrymis, ac multa gementem?
Quod non erueret pontum, ventisq; fretisq;
Omnibus, inuisum iam tunc sequeretur Vlyssem.
Frangebat radios humili iam pronus Olympo
Phœbus, & Oceani penetrabile littus anhelis
Promittebat equis: cum se scopulosa leuauit
Scyros, in hanc totos emisit puppe rudentes
Dux Laertiades, socioq; resumere pontum
Imperat, & remis Zephyros supplere cadentes.
Accedunt iussi, magis indubitata, magisq;
Scyros erat, placidiq; super Tritonia custos.
Littoris. Egressi numen venerantur amicæ
Aetholúsque, Ithacúsq;, deæ, tum prouidus heros
Hospita ne subito terrerent mœnia cœtu,
Puppe iubet remanere suos: ipse ardua fido
Cum Diomede petit, sed iam præuenerat arcis
Littore seruator Abas, ignotaq; regi
Ediderat (sed Graia tamen) succendere terris
Carbasa, procedunt, gemini ceu fœdere iuncto
Hyberna sub nocte lupi, licet & sua pulset
Natorúmque fames, penitus rabiemq; minásque
Dissimulant, humilésque meãt, ne nuntiet hostes
Cura canũ, & trepidos moneat vigilare magistros
Sic segnes Heroës eunt, campúmque patentem
Qui medius portum, telsamq; interiacet vrbem,
Alterno sermone ferunt, prior occupat acer

Tydides. Qua nunc verum ratione paramus
Scrutari? namque ambiguo sub pectore quiddam
Verso, quid imbelles thyrsos mercatus, & æra,
Vrbibus in mediis, Bacchæáque terga, mitrásque
Huc tuleris? varióque aspersas Nebridas auro?
His ne grauẽ Phrygibus, Priamóq; armam⁹ Achil
Illi subridens Ithacus paulum ore remisso, (lem?
Hæc tibi virginea modò si Lycomedis in aula
Fraude latens, vltrò confessum in prælia ducent
Peliden, tu cuncta citus de puppe memento
Ferre, vbi tẽpus erit, clypeumq; iis iungere donis,
Qui pulcher signis, auróque asperrimus ardet.
** Hæc sat erunt tecum lituo bonus adsit Agyrtes*
*vv.hoc sat erit. *Occultámque tubam tacitos apportet in vsus.*
Dixerat, atque ipso portarum in limine, regem
* profatur. *Cernit, & ostensa pacem *prafatur oliua.*
Magna (reor) pridem vestras peruenit ad aures
Fama trucis belli regum placidissime, quod nunc
Europámque, Asiámque quatit, si nomina quæras
Huc prælata ducum, fidit quibus vltor Atrides.
Hic tibi, quem tanta meliorem stirpe creauit
*vv.ditor *Magnanimus Tydeus, Ithacis ego *ductor Vlysses.*
Causa via (metuã quid enim tibi cuncta fateri:
Cùm Graius, notáque fide celeberrimus vnus?)
Explorare aditus, inuisáque littora Troiæ,
Quid ve parent, medio sermone intercipit ille,
Annuerit Fortuna precor. dextriq; secundent
Ista dei, nunc hospitio me, tecta, piúmque
Illustrate larem, simul intra limina ducit.

Nec

Nec mora, iam mensas famularis turba torósque
Instruit, interea visu perlustrat Vlysses.
Scrutatúrque domum si qua vestigia magnæ
Virginis, aut dubia facies suspecta figura.
Porticibúsque vagis errat, totósque penates
Ceu miretur, adit, velut ille cubilia prædæ
Indubitata tenens multo legit arua Molosso
Venator videat donec sub frondibus hostem
Porrectum somno, positósque in cespite dentes.
Rumor in arcana iamdudum perstrepit aula
Virginibus quà fida domus, venisse Pelasgos:
Ductores. Graiámque ratem, sociósque receptos,
Iure pauent aliæ, sed vix noua gaudia celat
Pelides, auidúsque nouos Heroas, & arma
Vel talis vidisse cupit iamque atria feruent
Regali strepitu, & picto discumbitur ostro.
Tum pater ire iubet natus, comitésque pudicas
Natarum, subeunt quales Mæotide ripa
Cùm Scythicas rapuere domus, & capta Getarum
Mœnia suppositis epulantur Amazones armis.
Tum verò intentus vultus, ac pectora Vlysses
Prælibat visu, sed nox, illataq; fallunt
Lumina, & extemplo latuit mensura iacentis.
Et tamen erectúmque genas, oculisq; vagantem.
Nulláque virginei seruantem signa pudoris,
Desigit, comitiq; obliquo lumine monstrat.
Quod nisi præcipitem blando complexa moneret
Deidamia sinu, nudatáque pectora semper,
Excertasq; manus, humerósque in veste teneret

Et prodire toris, & poscere vina vetaret
Sæpius, & fronti crinale reponeret aurum,
Argolicis ducibus iam tunc patuisset Achilles,
Vt placata fames epulis bis térque repostis,
Rex prior alloquitur, paterisq; inuitat Achiuos.
Inuideo vestris (fateor) decora inclyta genti
Argolicæ: cœptis vtinam mihi fortior ætas,
Quæq; fuit Dolopas cùm Scyria littora adortos,
Perdomui, fregiq; vadis, quæ signa triumphi
Vidistis celsas murorum in fronte carinas.
Saltem si soboles aptam quam mittere bello
Possem, plena forent mihi gaudia, namq; iuuarem
Nunc ipsi viresq; meas, & cara videtis
Pignora, quãdo nouos dabit hæc mihi turba nepotes?
Dixerat, & solers arrepto tempore Vlysses,
Haud spernenda cupis, quis enim non visere gẽtes
Innumeras, variosq; duces, atque agmina regum,
Ardeat? omne simul robúrque decusq; potentis
Europa, *meritos vltrò iurauit in enses,
Rura, vrbésque vacant, montes spoliauimus altos
Omne fretum longa velorum obtexitur vmbra.
Arma patres tradunt, ruit irreuocata iuuentus.
Non aliàs vnquam tanta data copia famæ
Fortibus, haud campo *maiore exercita Virtus.
Aspicit intentum vigiliq; hæc aure trahentem
Cùm paueant alia, demissáque lumina flectant.
Atque iterat. Quisquis proauis & gente superbus,
Quisquis equo iaculóque potẽs, qui præualet arcu
Omnis honos illic, illic ingentia certant

*vv. iunctos.

*vv. meliore.

Nomi

Nomina, vix timidæ matres, vix agmina cessant
Virginea, hic multùm steriles damnatus in annos
Inuisúsque deis, si quem hæc noua gloria segnem
Præterit, exisset stratis, nisi prouida signo
Deidamia dato, cunctas hortata sorores
Liquisset mensas, ipsum complexa, sed hæret
Respiciens Ithacum, catúque nouissimus exit.
Ille quidem incepto paulùm sermone remisit.
Pauca tamen iungens. At tu tranquillus in alta
Pace mane, carisq; para connubia natis.
Quas tibi sydereis diuarum vultibus æquas.
Sors dedit, vt me olim tacitum reuerentia tãgit?
His decor est formæ, species permixta virili.
Occurrit genitor, quid si Bacchæa ferentes
Orgia, Palladias aut circùm videris aras?
Et dabimus, si fortè nouus cunctabitur auster.
Excipiunt *cupidi, & tacitis spes addita votis.
Cætera depositis Lycomedis regia curis
Tranquilla sub *pace silet, sed longa sagaci
Nos Ithaco, lucémque cupit, somnóque grauatur.
Vix dum exorta dies, & iam comitatus Agyrtæ,
Tydides aderat, præditáque dona ferebat.
Nec minus egressæ thalamis Scyriades ibant
Ostentare choros, promissaq; sacra verendis
Hospitibus, nitet ante alias regina, comesq;
Pelides. Qualis Siculæ sub rupibus Aetnæ
Naides Aetnæas inter Diana, feroxq;.
Pallas, & Elysij lucebat sponsa tyranni.
Iámque mouent gressus, thyasis Ismenia buxus

*vv. auidi.
*vv. noctæ

Signa dedit, quater æra Rhea, quater Euia pulsãt
Terga manu, variósque quater legere recursus.
Tunc thyrsos paritérque leuant, pariterq; reponũt
vv. gradusi *Multiplicantq; gradũ modò quo Curetes in actu*
Quoque pij Samothraces eunt, nunc obuia versa
Pectine Amazonio, modò quo citat orbe Lacanas.
Delia, plaudentésque suis intorquet Amyclis.
Tunc quoque præcipuè iam iã manifestus Achil-
Nec seruare vices, nec iũgere brachia curat. (les,
Tunc molles gressus, tunc asperantur amictus
Plus solito, rumpíque choros & plurima turbat.
Sic indignantem thyrsos, acceptáque matris
Tympana, iam tristes spectabant Penthea Thebæ
Soluuntur laudata cohors, repetúntque paterna,
Limina, vbi in mediæ iamdudum sedibus aulæ.
Munera virgineos visus tractura locarat
Tydides: signum hospitij, pretiúmque labori.
Hortaturq; legant, nec Rex placidissimus arcet.
Heu simplex, nimiumq; rudis, qui calida dona,
Graiorúmque dolos, variúmque ignorat Vlyssem!
Hinc aliæ, quas sexus iners, naturáque ducit
Aut teretes thyrsos, aut respondentia tentant
Tympana, gemmatis aut cingunt tempora vittis.
Arma vident, magnoq; putant donata parenti.
At ferus Æcides radiantem vt comminus orbem
Cœlatum pugnis sæuis, & fortè rubentem
Bellorum maculis, accliuem & conspicit hastam,
Infremuit, torsitq; genas, & fronte relicta
Surrexere comæ nusquam mandata parentis

Nuſquã occultus amor totoq; in pectore Troia eſt.
Vt leo, materno cùm raptus ab vbere mores
Accepit, pectique iubas, hominémque vereri
Edidicit, nullásque ruit niſi iuſſus in iras:
Si ſemel aduerſo radiauit lumine ferrum.
It iurata fides, domitoq; inimicus, in illum
Prima fames, timidoq; pudet ſeruire magiſtro.
Vt verò acceſſit propriùs, luxq; æmula vultum 160
Reddidit, & ſimilem tandem ſe vidit in auro,
Horruit, erubuitq; ſimul. Tunc acer Vlyſſes
Admotus lateri ſummiſſa voce, quid hæres?
Scimus ait, tu ſemiferi Chironis alumnus,
Tu cœli, pelagiq; nepos, te Dorica claſſis,
Te tua ſuſpenſis expectat Græcia ſignis.
Ipſáque iam dubiis nutant tibi Pergama muris.
Eia age rumpe moras ſine perfida palleat Ida,
Et iuuet hæc audire patrem, pudeátque doloſam
Sic pro te timuiſſe Thetin, iam pectus amictu 200
Laxabat, cum grande tuba (ſic iuſſus Agyrtes)
Inſonuit fugiunt diſiectis vndique donis,
Implorántque patrem: commotaq; prælia credunt.
Illius intacta ceciderunt pectore vectes,
Iam clypeus, breuiórque manu conſumitur haſta
Mira fides, Ithacúmque humeris excedere viſus
Aetolúmque ducem, tantùm ſubita arma, calorq;
Martius, horrenda confundit luce penates.
Immaniſq; gradu, ceu protinus Hectora poſcens,
Stat medius trepidante domo: Peleia virgo 210
Quæritur, aſt alia plangebat parte retectos

Deidamia dolos, cuius cùm grandia primùm
Lamenta, & notas accepit pectore voces,
Hæsit, & occulto virtus infracta calore est.
Dimittit clypeum, regisq; ad lumina versus,
Attonitum fatis, inopinaque monstra pauentem,
Sicut erat mediis Lycomedem affatur in armis
Me tibi care pater (dubium dimitte timorem)
Me Thetis alma dedit, te pridem tanta manebat
Gloria, quæsitum Danais tu mittis Achillem.
Gratior & magno (si fas dixisse) parente,
Et dulci Chirone mihi, sed corda parumper
Huc aduerte libens, atque has bonus accipe voces
Te Peleus nato socerum, & Thetis hospita iungũt
Allegántque suos vtróque à sanguine diuos.
Vnam virgineo natarum ex agmine poscunt.
Dásne? an nos humiles tibi, degeresq; videmur
Num tenuis, iunge ergo manus, & concipe fœdus,
Atque ignosce tuis, tacito nam cognita furto
Deidamia mihi, quis enim his obstare lacertis,
Qua potuit nostras possessa euadere flammas?
Me luere ista iube, pono arma, & reddo Pelasgis.
Et maneo, quid triste fremis? quid lumina mutas
Iam socer es, natum ante pedes proiecit, & addit
Iámque auus, immitis quoties tractabitur ensis
Turba sumus. Tunc & Danai, per sacra, fidemq;
Hospitij, blandúsque precum compellat Vlysses.
Ille, & si cara comperta iniuria nata,
Et thetidis mandata mouent, prodiq; veretur
Depositum tam grande deæ, tamen obuius ire

Tet

Tot metuit fatis, Argiuáque bella morari.
Fac velit: ipſam illic matrem ſpreuiſſet Achilles.
Nec tamen abnueret genero ſe iungere tali.
Vincitur: Arcanis effert pudibunda tenebris
Deidamia gradum, veniam nec protinus amens
Credit, & oppoſito genitorem placat Achille.
Mittitur Aemoniam, magni qui Pelea facti
Impleat, & claſſem, comiteſq; in prælia poſcat,
Nec non & geminas regnatur Scyrius Alnos
Deducit genero, viréſque excuſat Achiuis.
Tunc epulis conſumpta dies, tandémque receptæ
Fœdus, & intrepidos nox conſcia iungit amantes.
Illius ante oculos noua bella, & Xanthus, & Ida,
Argolicæq; rates, atque hæc iam cogitat vndas,
Aurorámque time, cara ceruice mariti
Fuſa noui, lachrymas iã ſoluit, & occupat artus
Aſpiciámne iterum, méque hoc in pectore ponam
Aeacide? rurſusq; tuos dignabere partus?
An tumidus, Teucróſque lares, & capta reportãs
Pergama, virgineæ nolis meminiſſe latebræ?
Quid precer? heu timeamne priùs? quídve anxia mandem
Cui vix flere vacat? modò te nox vna dedit q̃,
Inuiditq; mihi, thalamis hæc tempora noſtris?
Hícne eſt liber Hymen? ô dulcia furta, doliq;,
O timor, eripitur miſeræ promiſſus Achilles.
I, (neque enim tantos auſim reuocare paratus)
I, cautus, nec vana Thetim timuiſſe memento.
I, fœlix, noſterq; redi nimis improba poſco.

Lam

Iam te ſpectabunt lachrymis, planctuq́ decorę
Troades optabúntque tuis dare colla lacertis,
Et patriam penſare toris, aut ipſa placebit
Tyndaris, inceſta nimiúm laudata rapina.
Aſt ego vel primæ pueriles fabula culpæ
Narrabor famulis, aut diſſimulata latebo,
Quin age duc comitem, curnon ego Martia tecũ
Signa feram? tu penſa manu, Bacchęaq́ mecum
Sacra, quod infœlix non credet Troia, tuliſti,
Attamen hunc quem mœſta mihi ſolatia linquis
Hunc ſub corde tene, ſaltem concede precanti
Hoc ſolum, pariat ne quid tibi barbara coniux,
Ne qua det indignos Thetidi captiua nepotes.
Talia dicentem non ipſe immotus Achilles
Solatur, iuratq́ fidem, iurataq́ fletu
Spondet, & ingentes famulas, captumq́ reuerſus
Ilion, & Phrygia promittit munera gaza.
Irrita ventoſæ rapiebant verba procellæ.
Exuit implicitum, tenebris humentibus orbem
Oceano prolata dies, genitorq́ coruſcę.
Lucis adhuc hebetem vicina nocte leuabat,
Et nondum excuſſo rorantem lampada ponto,
Et iam punicea nudatum pectora palla,
Inſignémque ipſis, quæ prima inuaſerat armis
Aeacidem (quippe aura vocat, cognataq́ ſuadĕt
Æquora) Proſpectant cuncti, iuuenemq́ ducemq́
Nil auſi meminiſſe, pauent, ſic omnia viſu
Mutatus redijt, ceu nunquam Scyria paſſus
Littora Peliaco raptus deſcendat ab antro.

Tum

Tunc ex more deis (ita namq; mouebat Vlysses)
Aequoreis, matriq; liceat, fluctúque sub ipso
Caruleum Regem tauro veneratur, auumq;
Nerea, vittata genitrix placata iuuenta est,
Hic spumante salo iaciēs tumida exta profatur.
Paruimus genitrix, quāquā haud tolerāda iube-
Paruimus nimirū, bella ad Troiana, rateſq; (bas,
Argolica quæsitus eo, sic orsus, & alno
Insiluit penitusq; noto tridente propinquis
Arripitur terris, & iam ardua crescere nubes
Incipit, & Scyros longè decrescere ponto.
Turre procul summa, lachrymis comitata sororū,
Confessumq; tenens, & habentē nomina Pyrrhū
Pendebat coniux, oculisq; in carbasa fixis
Ibat, & ipsa fretum, & puppem iam sola videbat:
Ille quoque obliquos dilecta ad mœnia vultus
Declinat, viduamq; domum, gemitusq; relictæ
Cogitat, occultus sub corde renascitur ardor,
Dátque locum virtus, sensit Laertius heros
Mœrentem, & placidis aggressus flectere dictis,
Téne (inquit magnæ vastatur debite Troiæ,
Quē Danaū classes, quem diuū oracula poscunt,
Erectumq; manet reserato limine bellum,
Callida fœmineo genitrix velauit amictu?
Commisitq; vllis tam grandia furta latebris?
Sperauitq; fidem? nimis ô suspensa, nimisq;
Mater, an hæc virtus tacita torperet in vmbra?
Quæ vix audito litui clangore refugit
Et Thetin, & comites, & quos sustulerat ignes.

Nec

Nec noſtrũ eſt quod in arma venis, ſequeriſq́ pre-
Veniſſes vltrò quẽ talibus occupat Heros (cãtes,
Æacides, longum eſt reſides exponere cauſas,
Maternumq́ nefas, hoc excuſabitur enſe
Scyros, & indecores fatorum crimina cultus.
Tu potiùs dum lene fretum, Zephyriſq́ feruntur
Carbaſa, quæ Danais tanti primordia belli,
E de licet iuſtas hinc ſumere protinus iras.
Hic Ithacus paulum repetito longius orſu
Fertur in Hectorea (ſi talia credimus) ora
Electus, formæ certamina ſoluere paſtor
Sollicitas tenuiſſe deas, nec torua Minervæ
Ora, nec etherei germanam regis, amico
Lumine, ſed ſolam nimium vidiſſe Dionen.
Atque adeò lis iſta tuis exorta ſub antris
Concilio ſuperum, dum Pelea dulce maritat
Pelion, & noſtris iam tunc promiteris armis.
Ira quatit victas, petit exitialia iudex
Præmia, raptori faciles monſtrãtur Amyclæ.
Ille Phryges lucos, matris penetralia cædit
Turrigeræ, vetitáſque ſolo procumbere pinus
Precipitat, terraſq́ freto delatus Achæas
Hoſpitis Atridæ (pudet heu, miſerétque potentis
Europæ) ſpoliat thalamos, Helenaq́ ſuperbus
Nauigat, & captos ad Pergama deuehit Argos
Inde dato paſſim varias rumore per vrbes,
Vndiq́ in exitio ſibi quiſque, & ſponte coimus
Vltores, quis enim genialia fœdera rumpi
Cœpta dolis faciliq́ trahi connubia raptu,

Cen

Ceu pecus, armentumq́, aut viles messis aceruos
Perferat? hæc etiam fortes iactura moueret.
Non tulit insidias diuum imperiosus Agenor,
Mugitusq́ sacros, & magno numine vectam
Quæsiit Europen, aspernatusq́ Tonantem est
Vignereum. Captam & Scythico de littore prolē
Non tulit Æetes, ferróque & classe secutus
Semideos reges, & ituram in sydera puppem.
Nos Phrygia semiuirum, portus, & littora circū
Argolica incesta volitantem puppe feremus?
Vsq́ adeò nusquā arma & equi, fretáque inuia
Quid si nūc aliquis patrijs raptur? ab oris (Grais?
Deidamian eat, patriaque à cede reuellat
Attonitam, & magni clamantē nomen Achillis?
Illius ad capulum redijt manus, & simul ingens
Impulit ora rubor, tacuit contentus Vlisses,
Excipit Oenides, quin ô dignissima cœli
Progenies, rituq́ tuos, elementaq́ prima
Indolis, & valida nox accedente iuuenta
Quæ solitus laudum tibi semina pandere Chiron,
Virtutiq́ aditus, quas membra augere per artes,
Quas animum, socijs multumq́ fauentibus ede.
Sit pretium longas penitus quæsisse per vndas
Scyron, & his armis primùm intendisse lacertos.
Quem pigeat facta loqui? tunc ille modestè
Inchoat, ambiguus paulum, propiorq́ coacto.
Dicor, & in teneris, & adhuc crescentibus annis,
Thessalus vt rigido senior me monte recepit
Non vllas ex more dapes habuisse, nec vllis

Vbera

Vberibus ſatiaſſe famem, ſed ſpiſſa leonum
Viſcera, ſemianimeſq; libens traxiſſe medulas.
Hæc mihi prima Ceres, hæc læti munera Bacchi,
Sic dabat ille pater, mox ille per auia ſecum
Luſtra gradu maiore trahens, viſiſq; docebat
Arridere feris, nec fracta ruentibus vndis
Saxa, nec ad vaſtæ trepidare ſilentia ſylvæ.
Iam tunc haſta manu, iam tũc ceruice pharetræ,
Et ferri properatus amor, duratæq; multo
Sole, gelúque cutis, tenero non fluxa cubili
Membra, ſed ingenti ſaxum commune magiſtro.
Vis mihi biſſenos annorum torſerat orbes
Vita rudis, volucres cùm iam prauertere ceruos,
Et Lapithas cogebat equo, præmiſſáque curſu
Tela ſequi, ſæpe ipſe gradu me præpete Chiron,
Dum velox atras campis admiſſus agebat,
Omnibus, exhauſtúque vago per gramina paſſu
Laudabat gaudens, méque in ſua colla leuabat.
Sæpe etiam primo fluuii torpere iubebat.
Ire ſuper, glaciémque leui non frangere planta
Hoc puerile decus quid nunc tibi prælia dicam
Syluarum? & vacuos ſæuo iam murmure ſaltus?
Nunquam ille imbelles Oſſæa per auia Lynces
Sectari, aut timidos paſſus me cuſpide Damas
Sternere, ſed triſtes turbare cubilibus Vrſas,
Fulmineóſque Sues, & ſicubi maxima Tigris,
*Aut *ſubducta iugis fœtæ, ſpelunca Leænæ.*
Ipſe ſedens vaſto facta expectabat ab antro,
Si ſparſus magno remeaſſem ſanguine, nec me

*vv. deducta.

Ami-

Ante nisi inspectis admisit ad oscula telis.
Iámque & ad ensiferos vicina pube tumultus
Aptabar, nec me vlla feri Mauortis imago
Praterijt, didici quo paones arma rotatu
Quo Mageta sua gesa citent, quo turbine cæstum
Sauromates, falcémque Getes, arcumq; Gelonus
Tenderet, & flexa balearicus author habena,
Quo suspensa trahens libraret vulnera tractu,
Incluſum quoties distringeret aëra gyro.
Vix memorẽ cunctos (& si modo gessimus actus)
Nunc docet ingenti saltu me iungere fossas,
Nunc caput aërij scandentem pondere montis
Quo fugitur per plana gradu, simulacraq; pugna
Excipere immissos curuato vmbone molares.
Ardentésque intrare casas, peditémque volantes
Sistere quadriiugos, memini, rapidissimus ibat
Imbribus assiduis pastus, niuibusq; solutis
Sperchios: vulsáque trabes, & saxa ferebat
Cùm me ille immissum, quà seuior impetus vnda,
Stare iubet contra, tumidósque repellere fluctus.
Quas vix ipse gradu toties obstante tulisset.
Stabãt equidem, nec me referebat cõcitus amnis
Et lata caligo via, ferus ille minari
Desuper incumbens, verbisq; vrgere pudorem.
Nec nisi iussus abij, sic me sublimis agebat
Gloria, nec duri tanto sub teste labores.
Iam procul Oebalios in nubila condere discos
Et liquidam nudare Palen. Et spargere cæstus
Ludus erat requiésque mihi, nec maior in istis.

* conii. gere.

Sudor Apollineo quám fila ſonantia plectro
Cùm quaterẽ, priſcóſque virûm mirarer honores
Quin etiam ſuccos, atque auxiliantia morbis
Gramina, quo nimiùs ſtaret medicamine sãguis,
Quid faciat ſomnos, quid hiãtia vulnera claudat
Quæ ferro cohibenda lues, quæ cederet herbis
Edocuit, monituſq; ſacræ ſub pectore fixit
Iuſtitiæ, qua Peliacis dare iura verenda
Gentibus, atque ſuos ſolitus placare bimembres.*
Hactenus annorum comites elementa meorum
Et memini, & meminiſſe iuuat, ſcit cætera Mater.

* vv. biformes,

FINIS.

I. BERNARTII AD

P. STAT. PAPINII THEBAIDOS ET ACHILLEIDOS *SCHOLIA.*

AD SYLVARVM LIBROS NOTAE.

In quibus & aliorum Scriptorum varij loci illustrantur, & explicantur.

LVGDVNI,

Sumptibus PETRI RIGAVD, via Mercatoria, sub signo Fortunæ.

M. DCXII.

AD LECTOREM.

P. Statium Papinium volenter accipe, mi Lector, vtilẽ (Deus bone) magnúmque Poetã, & quẽ nõ ſolũ in manibus iuuentutis eſſe expediat, ſed etiam eorum, quibus in literaria noſtra Republica ius ſpectandi in Quatuordecim, imò in ipſa Orcheſtra. Parùm is vulgo notus, ſcio, ſeu digniſſimus notitia, neglectus hactenus noſtris Ariſtarchis iacuit, non Scholiis, non Notis, adeò non Commentario illuſtratus, minor, imò indignor, nam nullo id Papinij meritò euenisſe fidenter ego præſto. Adeſte vos Critici, & oppreſſum per iniuriam, certè preſſum, alleuate virilem & grauem Poëtam, quamcunque incideretis, veſtigium ponetis vel in flore qui delectat, vel in ſententia quæ informat, nuſquam non electa verba, caſta latinitas, hilaris color, agentes figuræ ſenſus acres, ſimilitudinum vitalis ſuccus, vis alta, indoles rara, mira maieſtas. Denique (vt verbo dicã) quemadmodum Phrigiones è varij coloris filo vnũ aliquod aulæum texunt, ſi ex mille venerum.

mille leporum floſculis, amœniſſimi poëſeos æquandus: quorum in alto latet vena magis magiſque reſponſura fodienti, habeo ego & pono fidenter inter prima ROMANA ſcripta, nec deterret quod non nemo è Muſico noſtro cœtu dicam Papinio ſcribat, & rumoris cauſam dicere cum velit. Quid mirum? ſcitum eſt illud vetus, *Ne Iouem quidem placere omnibus.* Quis Marcus Tullius? cum nomen poſui, nunquid ſatis eſt? attamen eloquentiæ hic fons, Quintiliano teſte, Cenſores habuit quibus inflatus & tumidus, nec ſatis preſſus & parum antiquus videretur, quinimo à Caluo & Bruto priſcis oratoribus male audiuit, ab illo tanquam ſolutus & eneruis, ab iſto tanquam fractus atque elumbis. Quid poſt Muſas natas venuſtius Plauto? nunquid illi in ſermonibus palmam tribuit ipſe Varro? nec deſunt ideo quibus ſordet, illum & hircum olet. Iſti de Papinio noſtro ita? at in diuerſam eunt ſentẽtiam legitimi multi Senatores & quidem Conſulares. Dic tu optime doctiſſiméque virorum, Iuſte Lipſi, quod fœlix & fauſtum Reip. literariæ ſit, de P. Statio Papinio quid videtur? *In Statium aliquid meditari te ſuadet mihi noſter Modius. vix perſuadet, cur enim celes? & quidem cum tuo damnó. Nam & mihi notata quædam*

In dialogo de Ora. Tacitovulgo adſcripto.

Lipſ. ep. Cent. 1. epiſt. 13. ad Lernu.

ad ſublimem illum & celſum Poetam (ita cenſeo & appello, non herculè tumidũ) & libri apud nos veteres quite iuuent. Dic tu magne Scaliger *Iul. Scal. de Arte Poet.* belliſſime flos tui æui. *Græculi quidam Statium tanquam tumidum dãnarunt, ſanè quam tumorem dicant neſcio, nam neque metaphoris fere ita vtitur è Pindaro, quem illi gentilem ſuũ non audent iudicare, & ſonum ſi ſpectes in carmine, id verò tumidum non eſt, alioqui tumidus etiã fuerit Maro, ſed neq; viuidam orationem tumidam voces, hoc enim de Saluſtio dixeris*, inibi paulo poſtea. *Cæterũ maximus ille vt dicebamus Poeta, cuius nomen aut quaquã tam friuolis receſſibus obſcurari decuit, multis profectò locis, nulli Poetarum ſecundus neq; vllus veterũ aut recentiorum proprius ad Virgilianam maieſtatẽ accedere valuit.* Adiungamus his ſæculi huius magnis Laticlauiis duos, & equidem probiſſimos ex priſco æuo. Dic tu eximie Satyrarum *Iuuenal.* ſcripto:

Curritur ad vocem iucundam, & carmen amicæ.

Thebaidos, lætam fecit cum Satius vrbem,
Promiſitq; diem tanta dulcedine captos
Afficit ille animos, tantæq; libidine vulgi
Auditur.

Dic tu eruditiſſime Sidoni: *Si quis autem carmen proxilius eatenus duxerit eſſe culpandum, quod epigrammatis exceſſerit paucitatem, iſtum*

liquidò patet, neque Balneas Hetrusci, neq; Herculem Surrentinum, cunas neq; Flauij Sabini, neq; omnino quicquam ex Papinij nostri Syluulis lectitasse, quas omnes descriptiones VIR ILLE PRAEIVDICATISSIMVS, *non distichorum aut tetrastichorum stringit angustiis, sed potius vt Lyricus Flaccus in artis Poeticæ volumine præcepit, multis eũdemq; purpureis locorum communium flosculis, primas sæpe inchoatas materias decenter extendit.* Plures non aduoco, tu beneuole Lector adsis, & si adspectu fortè Papinius non blandiatur, inspectus (affirmatè hoc dico) placebit. Age igitur, & quod gladiatoribus olim imperari solet, *Repete*, facies cum fructu. Enimuero, vt Pyrites gemma vim igneam non prodit nisi atteras ita, venus, vis, nitor Statij, propius apparebit ruminanti. Iam in Scholiis quid præstare voluerim, quibus auxiliis quoque potuerim cognosce. Æuo auorum Barbaries vixit nostro nata Typographia, ille corruptrix librorum. atque artium meritò audit. Hæc ita propagatrix, vt ministrorum imperitia, calida excudentium festinatione, turbari sæpissimè, imò obstrui, putissimos illos veterum fontes docti omnes ingemiscant, & ni retarent & perpurgarent quidem ex iis, cos diligenti opera, ausim ego sacramento quinquagenario contendere, si quis è veteribus illis Patribus

co

conſcriptis prodeat, vix verſum vnum è denis agnoſcat, fidem vel vnus fecerit elegantiſſimus noſter Papinius, qui in vulgus eo vſque deformatus circumfertur, vt plus vulnerum vnus ex eo liber, quam Scœuæ apud Cæſarem clypeus, tela præferret, plures ſordes contraxerit, quam ſi æterna in Camarina palude iacuiſſet, vulnera hæc, omnibus artis ingeniiſque aſcitis ſubſidiis, ſanare, maculas iudicij (vt ſic loquar) ſpongia eluere, princeps mihi cura, modeſtè tamen, vt decet hanc ætatem. In contextu ipſo nihil mutaui, niſi vbi vulgata penè exſenſa, noſtram lectionem libri veteres conſenſu adſtruerent, lex verſus, aut ſtructura orationis liquidæ veritatis oſtenderent, minutula quædam, inqueis etſi vix vlla diſcrepantia ſæpè à ſenſu vulgato, euphonia tamen, interdum & occulta quædam energia, ad oram libri reieci. reliquias variantes lectiones, ſicubi maioris momenti, vna cum meis coniecturis, partim vt exiſtimo, veras partim veritatem proximas inter Scholia repoſui, vnicè ſtudens ne quid calidè affirmarem, maluiſque interdum ambigua quædam vlcera relinquere, quam (quod multi hodie) infligere nouum vulnus, contentus indicaſſe, & litem ad tribunal detuliſſe, decidet eam ſpero aliquando ex Creticorum Senatu, magnus aliquis prætor. Hi-

ſtoriæ, moribus, perſonis, dictionibus facem interpretationis ita prætuli, vt tamen commentarioris vicem non ſubirem, ſed Scholiaſtæ. Poetis omnibus, decantatas fabulas explicare, eo denique deflectere, *Qua facit aſſiduo tramine vulgus iter*, fanaticorum duxi, & eorũ qui exierunt de poteſtate ambitum quoque illum Ciceronianæ dictionis, non adhibuiſſe me, haud excuſo, ſanare volui, non ornare, vſum quæſiui, non pompam, & præter decorum duxi, minutulis his notis, induere oratoriam veſtem. Si breuitate placui, & ſimplici munditia, non oneroſa, ſcopum tetigi ad quem collineabam. Morbi qui plerumque Correctores hodie vexat, vt ſic ſuas teneantur partes, vt alienas oppugnent, an laudis occaſionem de aliorum erratis petant, ne veſtigium quidem notabis, nihil odio dedimus, nihil ſtomacho ad probandum (ſi liceret) quam improbandum proniores. At Philoſophum interdum egi, & cenſorem morum, iam enim is ſermo auribus meis inerrat, vtinam verum dicerent! nam hoc volui, nec philogoga modo promulcide, conuiuas meos excipere, ſed firmiore etiam Philoſophiæ dape, non amœniore ſolum doctrina allicere, ſed acri quodam ſermonum ſale, ſordes abſtergere animorum, mihi inter metas, cui bono, id non bonum, modus tantum ſeruetur, quem ſecutum

tum me scio, assecutum spero. Hic trames quem calcaui, fulcrum quo superaui cliuos, libri veteres, quo studiosè conquesitos varios cum cura ipsa vidi, duos signatè verè veteres. Elegantissimi Lipsij vnus erat, qui admirabile dictu quas notas, sinceri codicis sæpe prætulerit, altèr in Louanienſi hoc Athæneo Bussidiani collegij Trilingois, optimæ itidem notæ. Laudo etiam interdum codices duos vetustissimos bibliothecæ S. Laurentij Leodiensis: & vnum nihilo deteriorem, optimi Belgarum Caroli Langij, sed, vt vnicuique suum tribuam, eiusdem Langij industria, is enim tres illos codices, studiosè composuerat, & suaptè manu variantem lectionem adnotarat libro, quem communicauit mihi Antuerpiensium Antistes, clarissimus Torrentius, sicubi discreparent, in Scholiis signatè expressi ad marginem libri, initiali littera, discriminaui, excusos quinque composui apud Aldum duos, anno ∞ IↃ. II ∞ IↃ XIX. alios Parisiis, Lugduni, asilæ, accessit his editio Veneta vetus, anni ∞ CCCC. XC. quam suo merito, (bonitate enim cum MSS. certabat) indigitaui *Editionem principem*. Locum manifestariè mendosum sicubi non libri scripti solum, sed ex editis vnus aut alter argueret, medicinam indicaret, admisi: etiam nulla in Scholiis facta mentione.

L. Lipſ. codex.
B. Buſſi
C. Caroli Langij.
La. S. Laurentij. v. veteres cum ſenſu.

Non

Nonnulli in Critico isto grege aliter scio, at ego non MSS. modo, & sed excusorum variantes lectiones congerere, vastum duco, imò vanum & ridiculum laborem. Curæ fuit vt à mendis purus prodiret Statius, sed nouiter prodiret, bene quid hactenus excusum? maneat. Ad editionem principem interdum aduocaui, ita est, sed vice libri scripti, ante centum annos excusa, spisso & raro hodie inuenitur. Quod supereſt, te benevole Lector cogitare velim, corrigendi Papinij præcedente, quem subsequerer nullo, ingressum me viam: quo æquior sis industriæ meæ, neque tam reprehensione sicubi defecero, quàm vbi perduxero, laude dignum iudices. eò vsque certè sustineas nigrum calculum, donec à Scholiis diuerteris ac Statium ipsum, & cum eius lectione correctiones nostras composueris. Deniqueadolescentiæ nostræ memor haud graue sit vti Lesbia norma & vt illa flectitur ad structuram, sic iudicium tuum accommoda huic tyroni. Caprificum aiunt cum maturas ipsa ficus non gignat, secta tamen quædam producere, quæ aliarum arborum ficus maturent scalpendo: sic ego ex plebe literatorum hac mea audacia spero, effecero vt aliquis randem ex Patritiis sero admoueat manum optimo huic scriptori.

Interim ex laborum meorum segete hanc saltem

saltem faciam messem, quod audacter Lucretio potero succinere:

Auia pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo, iuuat integros accedere fonteis,
Atque haurire, iuuátque nouos decerpere flores:
Insignemq; meo capiti petere inde coronam,
Vnde prius nulli velarunt tempora Musa.

In quo omine finio, & te saluere iubeo quisquis es Lector.

IN

IOH. BERNARTII
AD P. STATII PAPINII THEBAIDOS, LIBRVM I.

SCHOLIA.

BELLORVM omnium quæ inter Græcos priſcis temporibus fuere, ſi Troianum excipias, celeberrimũ ſemper habitum Thebanum illud, inter Oedipi filios, mirabili neſcio magis, an miſerabili exitu geſtũ, ante Chriſti natalẽ annis circiter ∞CC.XXVI. ante primã Olympiadem CCCC LVII. ante Vrbem conditam CCCC LXXXI. Fugitiuam certè eius memoriam retrahere conati præſtantiſſimi quique viri, quà inter Græcos, quà Latinos, ipſe Poeta Princeps in hac cura, teſtis Pauſanias, qui ſignatè Bœoticis: Ἐποιήθη δὲ ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον καὶ ἔπη Θηβαΐοις. τὰ δὲ ἔπη ταῦτα Καλαῖνος ἀφικόμενος αὐτῶν ἐς μνήμην, ἔφησεν Ὅμηρον τὸν ποιήσοντα εἶναι. Καλαίνῳ δὲ πολλοί τε καὶ ἄξιοι λόγου καὶ ταῦτα ἐγνωσαν. Ἐγὼ δὲ τῷ ποιητῇ ταύτῳ μετὰ γε Μιλάκαθδὲ τὰ ἔπη τὰ ἐς Οδυσσέα ἐταγνῶ μάλιστα. *Et hoc quidem bellum aduerſus Thebas verſibus præſcriptum. Eorum verſuum Calenus mentionem faciens, ab Homero*

Ad Thebas quãdo pugnatum. Buſin. Chro.

Thebani belli Scriptores. Homerus Antimachus.

ter Latinas, atque haud scio an etiam Græcas Tragœdias tenere, qui eam cum socijs in veri iudicij trutina componet, pepo non homo, nisi ab altiore suspicetur aura strictim interim rem tangit, & ea quæ ex illa habemus initium vix adumbrant, adeò non finem, quo magis debemus Papinij nostri scriptis, in quibus fœliciter præstatur vtrumque, maculas complures, sæculi illius elegantia, quo litteras scire barbaries erat, excusorum denique negligentia, contraxisse video: sed & in iis eluendis non inutiliter laborasse me *sperat quidem animus, quò eueniat dijs in manu est.* tu saue beneuole Lector, & donec melius quid alius adferat, fruere his nostris, ego initio facem tibi præferam satis claram, & ex Diodori Siculi. Hist. IV. libro caput adscribam: potiorem Statiani argumenti partem, summamque totius operis carptim & quasi salutatim complectens.

Λάϊος ὁ Θηβῶν βασιλεύς, γαμας Ιοκάστῃ τῇ Κρέοντος, καὶ χρόνον ἱκανὸν ἄπαις ὢν ἐπυνθάνετο τὸ θεῖον περὶ τέκνων γενέσεως. ἡ δὲ Πυθίας δοῦσα χρησμὸν, αὐτῷ μὴ συμφέρειν γνησίους τέκνα. (τὸν γὰρ ἐξ αὐτῆς τεκνωθέντα παῖδα, παροικόντων ἐσεσθαι, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκίαν πλησαι μεγάλων ἀτυχημάτων) ὁ δὲ παρακούσας τοῦ χρησμοῦ ἐγένησεν υἱὸν, καὶ ἐξέθηκε τὸ βρέφος. διατρήσας αὐτῆς τὰ σφυρὰ σιδηρᾷ. διὸ καὶ τὴν αἰτίαν Οἰδίπους. ὕστερον ἀνομάσθη οἱ δ' οἱ-

Laius Thebanorum rex ducta vxore Iocasta Creõtis filia, cùm diu improlis esset, consuluit oraculum de liberorum procreatione. Responsum dante Pythia, ipsi non conducere prolem habere (nam qui ex eo proditurus esset filius patrem occideret, & domum omnem infortuniis impleret) neglecto oraculo, genuit nihilominus, filiũ, & infantem exposuit, traijciens pedes eius ferro vnde & Oedipus postea cognominatus est. Sumptũ pue-

rum famuli exponere quidem noluerunt, dederunt autem Polybi uxori, quæ nõ poterat gignere liberos. Deinde cùm puer iam vir factus esset, Deum de infante exposito consulere statuit Laius. Oedipus quoque à quodam de expositione certior factus, & ipse Pythiam qui veri parentes forẽt, rogatum proficiscebatur. Cùm ambo apud Phocidem inuicem obuiam facti essent, Laiusque illum via decedere superbiùs iussisset, Oedipus ira percitus Laium occidit inscius parentem esse. Eo tempore fabulãtur Sphingẽ beluã biformẽ venisse Thebas: proposuissequ; ænigma, si quis solueret: ac multos ab ea imperitos solucndi interemptos. Soluẽti præmium Iocastæ connubium, & Thebanorum regnũ præpositum esset, nullus excepto Oedipo ænigma soluere potuit. Id erat eiusmodi à Sphinge propositum. Quid esset idem bipes, tripes, quadrupes? Ceteris addubitantibus, Oedipus ait hominem

κέται λαζόντες τὸ παιδίον, ἐκθεῖναι μὲν οὐκ ἠθέλησαν, ἐδωρήσαντο δὲ τῇ Πολύβου γυναικὶ, μὴ δυναμένῃ γενέσθαι παῖδας. μαθὼν δὲ ταῦτα ἀνδρωθέντος τοῦ παιδὸς, ὁ μὲν Λαΐος ἔκρινεν ἐπερωτῆσαι τὸ θεῖον περὶ τοῦ βλάστας τοῦ ἐκτεθέντος. ὁ δὲ Οἰδίπους μαθὼν παρά τινος τῶν καθ' ἑαυτὸν ὑπόβολον ἐπεχείρησεν ἐπερωτῆσαι τὸν Πυθῶνα περὶ τῆς κατ' ἀλήθειαν γονέων. ἐν δὲ τῷ φωκίδα τοῦ τῶν ἀμαξῶν ἀπαντήσαντος, ὁ μὲν Λάϊος ὑποφήνας ἐκχωρεῖν τ' ὁδὸν προσέταττεν· ὁ δὲ Οἰδίπους ὀργισθεὶς ἀπέκτεινε τὸν Λάϊον, ἀγνοῶν ὅτι πατὴρ ἦν αὐτῷ. Καθ' ὃν δὴ χρόνον μυθολογῶσι σφίγγα, δίμορφον θηρίον, παρὰ γρυπομήτιος τὰς θήβας, αἴνιγμα προτιθέναι τῷ συμβάντι λῦσαι, καὶ πολλοὺς ὑπ' αὐτῆς δι' ἀπορίαν ἀναιρεῖσθαι. προτεθειμένων δὲ ἐπάθλου φιλανθρώπως τῷ λύσαντι, γαμεῖν τὴν Ἰοκάστην, καὶ βασιλεύειν τῆς θηβῶν· ἄλλον μὲν μηδένα δύνασθαι γνῶναι τὸ προτεθειμένον, μόνον δ' Οἰδίποδα λῦσαι τὸ αἴνιγμα. ἦν δὲ τὸ προτεθὲν ὑπὸ τ' σφιγγὸς, τί ἐστι τὸ αὐτὸ δίπουν, τρίπουν, καὶ

τετρα

τετράποιων, ἀπορωμένων δὲ τῶν ἄλλων, ὁ Οἰδίπους ἀπεφήνατο, αὐτίκα τὸν εἰ τὸ πρεσβυτέρου, τρίποδα μὲν γὰρ αὐτὸν ὑπὸ ἀρχόντα, τρίποδα εἶναι. αὐξήσαντα δὲ δίποδα γεγενῆσθαι δὲ τρίποδα, βακτηρίᾳ χρώμενον διὰ τὴν ἀσθένειαν. ἐνταῦθα τὴν μὲν σφίγγα ἐκ τοῦ μυθολογουμένου χωρισμοῦ ἑαυτὴν κατακρημνίσαι. τὸν δὲ Οἰδίποδα γνόντα τὸν ἀγνοούμενον ὑφ' ἑαυτοῦ μητέρα, γήμαντα δύο μὲν υἱοὺς, Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην δύο θυγατέρας, Ἀντιγόνην καὶ Ἰσμήνην τοὺς δ' υἱοὺς ἀνδραθέντων, καὶ τῆς περὶ τὴν οἰκίαν ἀσεβημάτων γνωσθέντων, τὸν μὲν Οἰδίποδα ὑπὸ τῶν υἱῶν ἔνδον μένειν ἀναγκασθῆναι διὰ τὴν αἰσχύνην· τοὺς δὲ νεανίσκους παραλαβόντας τὴν ἀρχὴν, ὁμολογίας θέσθαι πρὸς ἀλλήλους, τὸν ἐνιαυτὸν ἄρχειν, πρεσβυτέρου δ' ὄντος Ἐτεοκλέους, τοῦτον πρῶτον ἄρξαι, καὶ διελθόντος τοῦ χρόνου, μὴ βούλεσθαι παραδιδόναι τὴν βασιλείαν, τὸν δὲ Πολυνείκη τὰς ὁμολογίας ἀπαιτεῖν τὴν ἀρχήν. τὸ δὲ ἀδελφὸν μὴ ἀναχωρεῖν. φυγόντα εἰς Ἄργος πρὸς Ἄδραστον τὸν βασιλέα, παρ' ὃν δὴ χρόνῳ φασὶ Τυδέα τὸν Οἰνέως ἐκ Καλυδῶνος τοὺς ἀνεψιοὺς ἀνιέναι

esse, qui infans quadrupes esset, auctus ætate bipes, iam senior factus tripes, vt qui baculo ob imbecillitatem sustẽtaretur. Tum Sphinx iuxta oraculum seipsum ex loco excelso præcipitauit. Oedipus matrem ignotã vxorem sumpsit, quatuorq; ex ea genuit liberos, duos filios, Etheoclem & Polynicem, duas verò filias, Antigonem & Ismenem. Filij cùm ad ætatem veniissent, domestica impietate cognita, Oedipum coërgerunt ob dedecus non egredi domum. Ipsi sumpto vt regno inuicem pacti sunt singuli alternis annis imperarent. Etheocli quia maior esset, primus imperij annus cederet. Is acto anno renuit regnum tradere. Polynices verò ex fœdere id repetijt, nec impetrato Argos ad Adrastum regem confugit. Hoc tempore Tydeũ aiunt Oenij filium cùm in Calydone Alca-

ſtũ, Licotheumq; nepotes occidiſſet, ex Actholia & ipſum aufugiſſe Argos. His duobus Adraſtus benigne ſuſceptis, quodã reſponſo motus vtrique filias vxores iunxit, Polynici Argiam, Deiphylem Tydeo. Adoleſcentes cùm à rege probarentur, magnaq; eorum virtutis exſpectatio eſſet, is gratificans ambos in patriam promiſit ſe reducturũ, verùm cùm cenſeret primùm debere Polynicem reſtitui, ad Etheoclem miſit Tydeum, de reditu acturum, aiúntque cum quinquaginta viros, quos Etheocles in inſidijs poſuerat, omnes interfeciſſe, & prater opinionem ſaluum redijſſe. Adraſtum cùm hac audiſſet, ea quæ ad bellum ſpectarent præparaſſe, adſciuit autem ad belli ſocietatem Capaneum, Hippomedontem: Parthenopæum Atalantæ Schœneidos filiũ. Suadebant amici Polynicis, vt ad bellum Amphiaraus vates duceretur. At is cùm ex ſcientia va-

λοντα, Ἀλκάθοου καὶ Λυκομήδα, φυγεῖν ἐκ Καιτωλίας εἰς Ἄργος. Ἀδραστον δὲ ἀμφοτέρους φιλοφρόνως ὑποδεξάμενον, κατὰ τι λόγιον συνοικίσαι τὰς θυγατέρας αὐτοῖς Ἀργείαν μὲν Πολυνείκει, Δηϊπύλῃ δὲ Τυδεῖ. Δοκιμουμένων δὲ τῶν νεανίσκων, καὶ μεγάλης ἀποδοχῆς παρὰ τοῦ βασιλέως τυγχανόντων, φασὶ τὸν Ἄδραστον χαριζόμενον αὐτοῖς, ἐπαγγείλασθαι κατάξειν ἀμφοτέρους εἰς τὰς πατρίδας. χρίναντος δ' ἐκείνου πρῶτον καταγαγεῖν τὸν Πολυνείκη, ἄγγελον ἀποστεῖλαι Τυδέα πρὸς Ἐτεοκλέα περὶ τῆς καθόδου. ἐν ταύτῃ φασὶ τὸν μὲν Τυδέα ὑποδρευθέντα καὶ τὴν ὁδὸν ὑπὸ τοῦ Ἐτεοκλέους πεντήκοντα ἀνδράσιν, ἀπαντῆσαι ἐλθεῖν, καὶ παρελθόντα εἰς τὸ ἄργος διασωθῆναι· τὸν δὲ Ἄδραστον πυθόμενον τὰ συμβάντα, παρασκευάσασθαι τὰ πρὸς τὴν στρατείαν, πείσαντα μετασχεῖν τοῦ πολέμου Καπανέα τὸν Ἱππομέδοντα, καὶ Παρθενοπαῖον τὸν Ἀταλάντης τῆς Σχοινέως, τοὺς δὲ πρὸς τὸ Πολυνείκει ὑπαλλάξασθαι καὶ τὸν Ἀμφιάραον τὸν μάντιν

συμ-

συστρατεύειν αὐτοῖς, καὶ διὰ τὸ μὴ συγχωρεῖν τοὺς, Πολυνείκει φασὶ τὸν χρυσοῦν ὅρμον, ὃν Ἀθηνᾶ μυθολογοῦσιν. Ἁρμονίᾳ δωρήσασθαι, δηλονότι τῇ γυναικὶ τῇ Ἀμφιαράου, ὅπως τὸν ἄνδρα πείσῃ συμμαχῆσαι, καθ' ὃν δὴ χρόνον Ἀμφιαράῳ τοὺς Ἀδράστου στασιάζοντας περὶ τῆς βασιλείας, ὁμολογίας θέσθαι πρὸς ἀλλήλους. καθ' ἃς ἐπέτρεψαν χρῖναι περὶ σφῶν Ἀμφιαράου Ἐριφύλῃ, γυναικὶ μὲν οὔσῃ Ἀμφιαράου, ἀδελφῇ δὲ Ἀδράστου. ἡ δὲ τὸ νικῆσαν περιθεῖσα Ἀδράστῳ, καὶ περὶ τοῦ ἐπὶ Θήβας στρατείας ἀποφήναμένης, δεῖν στρατεύειν. ὁ μὲν Ἀμφιάραος δόξας ὑπὸ τῆς γυναικὸς προδεδόσθαι, συστρατεῦσαι μὲν ὡμολόγησεν, ἐντολὰς δὲ ἔδωκεν Ἀλκμαίωνι τῷ υἱῷ, μετὰ τὸν ἑαυτοῦ τελευτὴν τὸν Ἐριφύλην ἀνελεῖν. ἔτος μὲν οὖν ὕστερον κτείνας τὰς τοῦ πατρὸς ἐντολὰς ἀνεῖλε τὴν μητέρα, καὶ διὰ τοῦτο σωφρονισθεὶς τὴν μανίαν περιέστη. οἱ δὲ, περὶ τὸν Ἀδράστον καὶ Πολυνείκην καὶ Τυδέα προσλαβόμενοι τέτταρας ἡγεμόνας, Ἀμφιάραον, Καπανέα καὶ Ἱππομέδοντα, ἔτι δὲ Παρθε-

ticinandi praxideret, si ei bello afforet se periturum, idque propterea recusauit, ferunt Polynicem aureum torquem à Minerua Harmoniæ datum, Amphiarai uxori, quo belli societatem viro persuaderet, donasse. Eo tempore Amphiaraus Adrastúsque de regno dissidentes, pepigerũt ad Eriphylem Amphiarai coniugem, Adrasti autem sororem, omne dissensionum iudicium referre. Illa pro Adrasto sententiam tulit, adijciens vt belli Thebis inferendi socius Amphiaraus adiutorq; esset. Amphiaraus existimans se ab uxore proditum, consensit ad bellum ire, sed Alcmeoni filio mandata dedit, vt post suum obitum Eriphylem perimeret. Quod patris mandatũ postea executus, facinoris conscientia in insaniam versus est. Adrastus, Polynices ac Tydeus, ad bellum ituri, quatuor elegerunt duces, Amphiaraum, Capaneũ,

Hippomedonta, & Parthenopæũ. Qui omnes cum magno exercitu aduersus Thebas profecti sunt. Post deinde Etheocles & Polynices sese mutuo interfecerunt Capaneus magno impetu scalis murum ascendens mortem oppetyit. Amphiaraus in terræ hiatum cum currus delatus, nunquam postea visus est eodem modo reliqui duces omnes, præter Adrastum, multiq; præterea mortales occubuerunt, quorum sepeliendorum facultas à Thebanis cùm denigata esset, insepultos relinquens Adrastus, Argos redyit. Cæterùm cùm nullus eos sepelire auderet, soli Athenienses, qui cæteros benignitate anteibãt, omnes qui in Cadmea ceciderant, sepeliuerunt.

νοπάϊον τὸν Ἀταλάντης τῆς Σχοινέως, ἐστράτευσαν ὅπη τὰς Θήβας, ἔχοντες δυνάμεις ἀξιολόγους. μεθ' ἃ δὲ ταῦτα Ἐτεοκλῆς μὲν καὶ Πολυνείκης ἀλλήλους ἀνεῖλον. Καπανεὺς δὲ βιαζόμενος, καὶ διὰ τὸ κλίμακος ὀπὴ τὸ τεῖχος ἀναβαίνων, ἐτελεύτησεν. Ἀμφιάραος δὲ χανούσης τῆς γῆς, ἐμπεσὼν εἰς τὸ χάσμα μετὰ τῶν ἁρμάτων, ἄφαντος ἐγένετο. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἡγεμόνας ἀπολομένους πλὴν Ἀδράστου καὶ πολλῶν στρατιωτῶν καταπεσόντων, οἱ μὲν Θηβαῖοι τοῖς ἀναιρεθεῖσι τῶν νεκρῶν οὐ συνεχώρησαν. ὁ δὲ Ἄδραστος ἀπολιπὼν ἀτάφους τοὺς τελευτήσαντας, ἐπανῆλθεν εἰς Ἄργος. ἀτάφων δὲ μενόντων τῶν ὑπὸ τοῖς Καδμείαν πεπτωκότων σωμάτων, καὶ μηδενὸς τολμῶντος θάπτειν Ἀθηναῖοι διαφέροντες τῶν ἄλλων χρηστότητι, πάντας τοὺς ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεπτωκότας ἔθαψαν.

Hæc de belli huius causa, progressu ac fine, tradidit Diodorus: cuius sententiam Pausanias, non solùm labefactare, sed quà Homeri testimonio, quà rationibus euertere conatur, verba eius hæc sunt in Bœoticis.

Laius autẽ cùm regnum teneret, & vxorẽ haberet Iocastam, oraculũ ei redditum Delphis à filio, si quis ei ex Iocasta nascere-

Λαΐῳ βασιλεύοντι, καὶ γυναῖκα ἔχοντι Ἰοκάστην, μάντευμα ἦλθε ἐκ Δελφῶν, ἐκ τοῦ παιδὸς οἱ τῷ τελευτῷ, εἰ τέκοι παῖδα Ἰοκάστα,

γλυκύσεσθαι. Καὶ ὁ μὲν ὅτι τοῦτῳ τὸν Οἰδίποδα ἐκτίθησιν. Ὁ δὲ ἐκ τὸν πατέρα ἀποκτενεῖν ἤμελλεν ὡς ἐυξήθη, καὶ τὴν μητέρα ἔγημε πᾶσας δ' ἐξ αὐτῆς οὐ δοκῶ οἱ γενέσθαι, μαρτυρεῖ Ὅμηρος χὠμήρου χρῆσμός, ὃς ἐποίησεν ἐν Ὀδυσσείᾳ.

tur, interitum sibi imminere: quare recens natum Oedipum exposuit. At ille cùm adoleuisset, & patrẽ occidit, & matrem ipsam vxorem duxit, filios verò ex ea nullos omnino genuisse ego arbitror, testimonio mihi qui in Odyssea leguntur Homeri versus:

Μητέρα τ' Οἰδιπόδαο ἰδὸν καλὴν Ἐπικάστην,
Ἣ μέγα ἔργον ἔρεξεν ἀϊδρείῃσι νόοιο.
Γημαμένη ὃν υἱὸν ὃ δὲ πατέρ' ἐξεναρίξας
Γῆμεν, ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι.
Vidi etiam Oedipodes matrem formosam Epicastem,
Qua fœdo imprudens temerauit crimine vitam,
Gnati iuncta toro: genitorem occiderat ille,
Mox facinus visum est superis abolere nefandum.

Πῶς γὰρ ἐποίησαν ἀνάπυστα ἄφαρ, εἰ δὴ τέσσαρες ἐξ Ἰοκάστης ἐγένοντο παῖδες τῷ Οἰδίποδι; οἱ ἐξ Εὐρυγανείας δ' Ὑπερφάντου ἐγένοντο, δῆλοι δὲ καὶ ὁ τὰ ἐπη ποιήσας τὰ Οἰδιπόδια ὀνομάζουσι καὶ Ὀνασίας Πλαταιεῦσιν ἔγραψε κατηφῆ τῷ Εὐρυγανείαν ὅτι τῇ μάχῃ τῶν παίδων. Πολυνείκης δὲ πειθόντος καὶ ἄρχοντος Οἰδιπόδου, ἐξῆλθεν ἐκ Θηβῶν δείσας μὴ τυλεσθείη ὑπὸ τῶν ἀφισιν αἰκιαταμ τῶν πατρὸς. Ἀφικόμενος δὲ εἰς Ἄργος καὶ θυγατέρα Ἀδράστου λαβὼν, κατῆλ-

Qui enim eius flagitij fama statim potuisset adoleri, si quatuor fuissent ex Iocasta liberi susceptiꝰ verum Euryganea illos Hyperphantis filia peperit, quod is qui carmina illa condidit quæ Oedipodia nominant, declarat. Onasias etiam Plataensibus, tristem demisso vultu, ob filiorũ dimicationẽ pinxit Eurygeneã. Polynices viuẽte adhuc & imperãte Oedipo, Thebis discessit, ne diris quibꝰ ipsos pater deuouerat esset obnoxius. Cũ autem Argos confugisset & iam filiã ei nuptam dedidisset Adrastus, Etheoclis fra-

tris accersitu, post Oedipi mortem Thebas reuersus est. Orto verò cum fratre dissidio, iterum exulauit, fretusq; soceri opibus, dum regnum conatur recipere, exercitum quidem perdidit. congressi verò ex prouocatione singulari certamine fratres ambo mutuis confecti vulneribus ceciderunt.

θεν, ὁς Θήβας μετάπεμπτος ὑπὸ Ἐτεοκλέους μετὰ τὴν τελευτὴν Οἰδίποδος κατελθὼν δὲ ἐς διαφορὰν προήλθη τῷ Ἐτεοκλεῖ, καὶ ὕστερον ἔφυγε. Δεηθεὶς δὲ Ἀδράστου δῆναι οἱ δυνάμεις τὰς καταξούσας τὸν τε στρατὸν ἀπόλυσι, καὶ πρὸς τὸ Ἐτεοκλέα αὐτὸς μονομαχεῖ πρόκλησιν καὶ οἱ μὲν μονομαχοῦντες ἀποθνήσκουσιν.

Ita Pausanias, ita Diodorus, à quibus rursus in Οἰδίπους Suidas, (siue quem more suo exscribit) in diuersum planè abiit sententiam in nonnullis cum vtroque conueniens, in pluribus ex diametro dissentiens adeò vt extra limitem extráque oleas (quod dicitur) non iturum me crediderim, si & historiolam quam ille tradit, etiam huc transcripsero. Est autē talis.

Laius Thebanorum rex vxorem habuit Iocastem, ex qua nata ei proles Oedipus. eo nato oraculum pater accepit, quod propriæ matri puer ille misceretur Et iussit eum abjci in montem, & ligno circumplecti pedes. Quem cùm inuenisset agricola nomine Melobus educauit, Et Oedipoda dixit, quia tumefactos haberet pedes à ligno quod appellatur Cuspus *vir autem factus la-*

Λαΐος ὁ Θηβῶν βασιλεὺς ἔχων γυναῖκα Ἰοκάστην ἧς γέγονεν αὐτῷ παῖς Οἰδίπους. τούτου γενηθέντος, χρησμὸς ἔλαβεν ὁ πατὴρ, ὅτι τῇ ἰδίᾳ ἀυτοῦ μητρὶ μιγήσεται ὁ παῖς. καὶ κελεύει αὐτὸν εἰς ὄρος ῥιφθῆναι καὶ ξύλῳ περιειληθῆναι τοὺς πόδας αὐτοῦ. ὃν ἀγρεὺς βοῶν γεωργὸς ὀνόματι Μελοίβοος ἀνεθρέψατο καὶ Οἰδίποδα ἀνόμασε διὰ τὸ ἀγκαμένους ἔχειν τοὺς πόδας ὑπὸ τοῦ ξύλου τοῦ καλουμένου κύαθος γεγονότος δὲ ἀνδρὸς ἐλθεῖν κατ'

καθ' ὃν καιρὸν ἡ λεγομένη σφίγξ ἀνεφάνη γυνὴ δυσειδὴς καὶ θηριώδης τὴν φύσιν. ἀποβαλοῦσα γὰρ τὸν ἄνδρα καὶ συναγαγοῦσα χεῖρα, καὶ τόπον καταλαβοῦσα δύσβατον τοὺς παριόντας ἐφόνευε· οὗ δὴ Οἰδίπους δεινόν τι βουλευσάμενος δίδωσιν ἑαυτὸν μετ' αὐτῆς τρυφεύειν. καὶ ἀθυμήσας καιρὸν ἐκάλεσε, λύγχῃ ἀναιρεῖ αὐτὴν, καὶ τοὺς μετ' αὐτῆς. οἱ δὲ Θηβαῖοι θαυμάσαντες ἀναδοῦσιν αὐτὸν βασιλέα. ὁ γοῦν Λαΐος ἀγανακτήσας κατ' αὐτοῦ, τούτοις ἐπάγει πόλεμον καὶ λίθῳ βληθεὶς τὴν κεφαλὴν, τελευτᾷ. ἡ δὲ Ἰοκάστη φοβουμένη τὴν βασιλείας ἐκπεσεῖν, ἄγει τὸν Οἰδίποδα καὶ χειροτονεῖ βασιλέα. καὶ γίνεται τούτῳ γυνὴ, ἀγνοοῦσα ὅτι μήτηρ αὐτοῦ ἐστίν· ἔσχε δὲ ἀπ' αὐτῆς υἱοὺς δύο Ἐτεοκλέα καὶ Πολυνείκην. ὕστερον δὲ μαθοῦσα ὅτι υἱὸς αὐτῆς ἐστιν, εἶπεν αὐτὸ τῷ παιδί· ὁ δὲ ἀκούσας ἔλαβεν ἅλους καὶ πήξας τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἐτελεύτα· ἐάσας τὴν βασιλείαν τοῖς δύο υἱέσιν, ὃ ἐβασίλευον καθ' ἑνιαυτόν. καὶ εἰς ἔχθραν ἐλθόντες ἐπολέμησαν ἀλλήλους, καὶ ἐ-

trocinia exercuit. Quo tẽpore ea quæ Sphynx dicitur apparuit, mulier deformis & ferina. Abiecto enim viro, & manu congregata, & loco occupato difficili aditu, prætereuntes necabat. Oedipus igitur graue aliquid meditans, socium se dedit eius latrocinio, & tempore idoneo quale voluerat obseruato, hasta eam interemit & qui cum ipsa. At Thebani admirati appellarunt eum regem. Laius igitur indignatus, bellum ijs intulit, & lapide percussus in caput interijt. Iocasta autem metuens à regno excidere, induxit Oedipodem, & declarauit regem. Et facta est eius vxor, ignara quod mater esset. Habuit ex ea filios duos Etheoclea & Polynicen. Ad postea cùm didicisset Iocasta filium suum esse, indicium fecit Oedipodi. qui audiens clauos accepit, eosq; defigens in oculis, obijt, relinquens regnũ duobus filijs, qui imperarunt circiter annum &

tum inimicitia ſuborta, inuicem bellarunt. Et premebatur ab Etheocle Polynices, qui Argos abiens duxit filiam regis Adraſti, & copijs factis venit aduerſus Thebas. Ibi ſingulari certamine congreſſus Etheocli, occidit eum, & ipſe ab eo occiſus. Socij autẽ domuitionẽ fecerunt.

διάχθη ὑπὸ Ἐτεοκλέους Πολυνείκης. καὶ ἀπελθὼν εἰς τὸ Ἄργος, ἔγημε τὴν βασιλέως Ἄδράστου θυγατέρα, καὶ στρατεύσας ἦλθεν ἐπὶ τὰς Θήβας. καὶ μονομαχήσας Ἐτεοκλεῖ, ἀναιρεῖ αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ. οἱ δὲ ξύμμαχοι ἀνεστράφησαν οἴκοι.

Hæc illi quis verùs? non ego id dicam, tantùm moneo, à Diodoro Sophoclem, Euripidem, Liſimachum Alexandrinum, Senecam Iuniorem, nobilem etiam illum auctorem Thebaidos, ſcriptorum denique omne vulgus ſtare, planè vt ex formula Senatoria, *hac pars adhuc maior eſſe videtur*, præſertim accedente non Pedario Senatore, ſed Conſulari Papinio noſtro, quem iam aggredior tu mihi dux verè Deus & manum hanc mentemque dirige.

De ſignificatione auget. Ciceroni, Suetonio Horatio, lux.

Lib. 1. verſ. 2. *Decertata odijs*) decertare, pro *valde & pertinaciter certare*, ſunt hic igitur *alterna regna decertata odijs profanis*, pro quibus acriter & ad extremum certatum eſt, odijs externis & non fraternis, ſic *deperire* pro *valdè perire*, *deſpretus* pro *valdè ſpretus*, *deuitare* pro *valdè vitare*, *dedita* pro *valdè data* veteres dixerunt teſte Feſto, & hac notione *fugam defœdam* Cicero ad Atticum, *ſordidos ac deparcos*. Suetonius Nerone, *depraliantes*. Horatius car. 1. *dequeſtus & dequeritur* paſſim Papinius noſter vſurparunt.

verſ. 5. *Sidonios rapius*) Europæ, Cadmi, Amphionis, Penthei, Semeles, Athamantis fabulas, qua ingenioſiſſimè, pauciſſimis verſibus, elegantiſſimus hic complectitur Poëta, vel ex vno Ouidio, decennes pueri

iam

iam sciunt, vt putidum foret tam expositis & promptis paginas implere.

17. *Quando Itala nondum)* Blanditus Domitiano Cæsari qui contra Dacos, Cattos & Sarmatas, varias expeditiones suscepit, & vtcunque sæpius victus quam victor fuisset, duos tamen legitimos triumphos egit semel lauream deportauit, adi Suetonium, Xiphilinum, & Eutropium, Domitiano.

Bellum in Dacos Cattos, & Sarmatas.

20. *Deiectos vertice Dacos)* caue τὸ *vertice* metaphoricos pro honore accipias, aut etiam alio traxeris hoc verbum, ad verum sensum manu te ducet ipse Papinius Equo Max.

In Statio occultior! intellect.

otia tardum in fœdera montem.

Long. *marte domas.*

& Lach Hetr.

Hæc est quæ victis parcentia fœdera Cattis,
Quæque suum Dacis donat clementia montem.

ac cur montem? quia ne montana Dacia? ita credo. non displicet tamen quod viri docti iam pridem monuêre, occultiorem sensum latere, & quia Dacis mons sacer, & sacerdos in monte Deus, ad fatuam hanc superstitionem alludere Poetam. Strab. in hanc sententiam libr. VII. παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὁ ἱερεὺς ἀνομάζεται θεὸς καὶ τὸ ὄρος ὑπείληπται ἱερὸν, καὶ προσαγορεύουσιν οὕτως. *apud Getas sacerdos Deus dicitur & mons sacer existimatur & ita appellatur.* nec te turbet quod Getas nominet, non Dacos: nam Daci etiam Getæ vocantur. Xiphilimus Domitiano: Δάκους δὲ αὐτοὺς προσαγορεύω, ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς διορίζουσιν, ἀλλ' οὐκ ὅτι ἐλλιπῶν τινὲς Γέτας αὐτοὺς λέγουσιν. *Eam gentem Dacos appello, nam ita se ipsi nominant, eademq; nomine à Romanis appellantur. Etsi non ignoro eos à quibusdam Græcis Getas esse dictos.* Hæc ille at non imponat tibi, quod ad Græcos

Qui Daci Romanis, Græcis Getæ.

Græcos hanc vocem relegat. Romani eadem notione vsi. Suetonius Aug. LXII. *M. Antonius scribit, primum cum Antonio filio suo despondisse Iuliam: dein Gotisoni Getarum Regi.* intelligit Dacorum. Horatius. *Occidit Daci Cotisonis agmen.*

Priscus statuarii mos in Statio notatus.

22. *Bella Iouis*] Capitolium intelligit. quod cum Flauio Sabino, Quinto Actio Consule, aliique à Vespasiano stantibus, contra Vitellianos occupauit Domitianus. consule Tac. histor. III, Sueton. Domitiano.

27. *radiantem crinibus arcum*) respexit. si quid video, ad insanam illam veterum ambitionem, qua Principum statuis ea signa apposita quæ iolent Deorum. inter quæ signatè radiata corona. Suetonius Augusto: *Atque etiam sequenti nocte statim videre visus est filium, mortali specie ampliorem, cum fulmine ac sceptro, exuuijsque Iouis Opt. Max. ac radiata corona.* ad principes translatum, nummi probant, in queis quà Augustum, quà alios radiato capite videre licet. nostèr interim, quo eximium quid præ reliquis Domitiano tribuat, Phœbum ipsum, corona hac caput eius ornasse vult.

51. ——— *assiduis circumuolat alis.*

Inepti quorundam notatus.

Sæua dies animi] non continebo veram vocem: *odi* non quod ille, *profanum vulgus.* sed sectam quæ exorta hodie, malè curiosorum hominum malè feriatorum, in publico doctrinarum epulo bellaria tantùm gustant, firmiores dapes negligunt imò contemnunt. voculas omnes seriò excutiunt, & in iis hærent quæ ad poliendam linguam, si quid ad vitam morésque facit, ne illi quiduis potiùs agunt quàm iuuentuti inculcent. Miselli!

quã sci re nihil est, sape-

* Ὡς οὐδὲν ἡ μάθησις, ἂν μὴ νοῦς παρῇ.

maculas iniuria temporum, hominum insciția optimis scriptoribus inustas eluis? nouam aliquam vo-

cis

cis notionem, vulgo non lectam aut neglectam ob- re si non
seruas ? priscis ritibus densa caligine circumseptis adsit.
radium aliquod præfers nouæ lucis ? probo institutum. nec vnquam id culpabit quisquam inculpatus. enimuerò si literæ rebus humanis vtilissimæ (quod *Philologia commendata.*
sanè nemo abnuet, nisi qui cerebrum non in capite sed calcaneis gestat) tractare autem literas sine scriptis antiquis nequeas, scripta antiqua nec legi cum fructu possunt, nisi intelligas, nec intelligi sine hac quà interpretationis, quà emendationis cura : quis ille Thrax qui operam tuam inutilem Reipublicæ asserat ? Sed vt nulla virtus est tam præclara quæ ad *vtilissima ea.*
vitium non deflectat, si contractis habenis eam non contineas inita rectæ rationis gyrum, ita omnis hæc tua cura ad pompam magis faciet, quàm ad vsum, nisi fluentes per se nymphas, temperes seuiore (vt ita loquar) Falerno. nec amœnam modo Philologiam promoueas, sed virilem simul ac robustam Philosophiam. actiones vitamque humanam dirigentes sententias, quibus plena veterum scripta, tanquam gemmulas intexas rituum hoc ac verborum auro. faciam ego sicubi occasio, quæ oportuna se offert hoc loco, quo eximius Poëta eximiè inculcat, *Conscientia altè infixa.*
violati numinis aut perperam culti morsum. quem *conscientiam* haudmalè appellamus, ita homini infixum vt viuet quamdiu ille. non vi extinguendus, non fraude. nec vnquam tam proiectus quispiam ad omne nefas, qui non acria quædam flagella in animo senserit, siue in faciendo scelere, siue magis post factum, eleganter Cicero : *Sua quemque fraus suum* *Carnifex assiduus malis.*
facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat : hæ sunt impiorum furiæ, hæ flammæ, hæ faces. Ratio in Salustio : *Namque animus impurus dijs hominibusq; infestus, neque vigilijs, neque quietibus sedari potest.*

poteſt, ita conſcientia mentem excitam vaſtat. tam acris & violenta hæc vis, & quidem in vtramque partem, vt flagrum malis, ita ſolatium bonis. Planè vt quidam ſcripſerit: *vis nunquam triſtis eſſe? bene viue.* Aptéque in hanc ſententiam de ſe iunior Plinius: *Audio interturbatus, interritus tamen, tantum ſuſceptæ rei honeſtas valet, tantúmque ad fiduciam vel metum differt, nolunt homines quod facias aut non probent. Purgemus igitur* (Lactantij verba ſunt) *conſcientiam quæ oculis Dei peruia eſt, & vt ait idem* (Ciceronem noſtrum intelligit) *ſemper ita viuamus, vt rationem reddendam nobis arbitremur, putemúſque nos momentis omnibus, non in aliquo vt ille dixit, orbis terræ theatro ab hominibus, ſed deſuper ſpectari ab eo qui & iudex & teſtis idem futurus eſt, cui rationem vitæ reposcenti, actus ſuos inficiari non licebit.* Qua gemma hæc conſigno, & ab arduo hoc colle, ad amœniores campos redeo.

Iſid. Sol. 11. Solatium bonis & firmamentum.

Verbum inane noua notione. Cicero explicatus & vetus in eo lectio retenta. Ouidius lux.

(*pulſat inane ſolum*) inane dixit, pro ſine anima, notione magiſtellis ſcio inaudita, at non iis, quibus purgatior paulo auris. Cicero de legib. 11. *tum ebur ex inani corpore* (exanimi videlicet Elephantis) *extractum, haud ſatis caſtum donum Deo.* quem locum nollem viros doctos ſollicitare.

Ouidius: *Ille tui vates operis tua fama Tibullus,*
Ardet in extructo corpus inane rogo.

Noſter Papinius hoc eodem libro: ——— *diſcedit inane vulgus* ——— pro, vita functum

Mos tollendi infantes.

60 *ſi me de matre cadentem fouiſti gremio*) alludit ad morem priſcum. Infantes ſiquidem ſimul ac nati forent, humi deponebantur. Suet. Aug. cap. v. *Cum C. Lectorius adoleſcens, in deprecanda grauiore adulterij pœna, præter ætatem atque natales, hoc quoque Patribus conſcriptis allegaret ſe eſſe poſſeſſorem ac velut edituum ſoli,*

quod

Quod primum D. Augustus nascens attigisset: peteréque donari, quasi propro suo ac peculiari Deo Decretum est vt ea pars domus consecraretur. Idem Nerone cap. VI. *Nero natus est Antij ante IX. menses quàm Tiberius excesſit, XVLI. kal. Ianuarias: tantum quod exoriente sole, pœnè vt radius prius, quam terra contingeretur.* Clarius & ad lucem horum locorum Tertullianus *Dum prima etiam constitutio infantu super terram, statim ei Deæ sacrum est.* ab humo verò infantem tollebat pater, & in sinum recipiebat noster Papinius Epiced. in filium. *Sueton. illustratus.*

— *meus ille, meus tellure cadentem.*
Excepi, & vinctum genitali carmine foui.

Idem Epic. in Glauciam.

— *raptum sed protinus alvo*
Sustulit exultans, ac prima lucida voce
Astra salutantem Dominus sibi mente dicauit:
Amplexuſque sinu tulit & genuisse putauit.

Claudianus in Rufin. I. — *quem prima meo de matre cadentem*
Suscepi gremio. *Lux Claudiano.*

Iuuenalis Sat. IX. *Tollis enim & libris actorum spargere gaudes*
Argumenta viri, foribus suspende coronas,
Iam pater es. — appositè ad hunc morem Terentius Adelph. *Qui sine hac curabat se vnum nunquam victurum diem.* *Itidem Iuuenalis & Terentius.*

Quj in suo gremio positurum puerum dicebat. Adi Senecam apud Lactantium lib. I. Instit. cap. XVI. scitè ergo hoc tollendi, fouendique officium, Thesiphonem sibi præstitisse miser hic dicit Oedipus. veluti scriptores diis hoc ascribunt, quando eximiè aliquem volunt commendatum. noster Cieneth. Lucani:

Natum protinus atque humum per ipsam

Prime

Primo murmure dulce vagientem
Blando Calliope ſinu recepit. Idem Epithal. Stellæ (Venus loquitur)—*cui gloria patrum*
Et generis certabat honos, tellure cadentem
Excepi, fouiq; ſinu. — Qui autem non tollebatur, pro abdicato ac proiectitio erat, quo reſpicit frequenter Terentius, ſignatè Heant. *Meminiſtin' me eſſe gra-uidam & mihi te magnopere interminatam, Si puellam parerem, nolle tolli?* CHRE. *ſcio quid feceris, ſuſtuliſti.* ab hac etiam mente capies. Q. Curtium lib. IX. *Genitos liberos non parentum arbitrio tollunt, aluntq;, ſed eorum quibus ſpectandi infantium habitum cura mandata eſt.* Lumen petes Tacito, in vita agricolæ: *Auctus eſt ibi filia in ſubſidium & ſolatium ſimul, nam filium ante ſublatum breui amiſit.*

Terẽtius explicatus. *& Curtius.* *& Tacitus.*

64. *Contentus Polybo*] Corinthiorum hic rex, maritus Merope, quæ Oedipum, à Phorba paſtore regio inuentum & ad ſe delatum, pro filio educauit. Senex apud Tragicum in Oedipo: *Corinthius te populus in regnum vocat Patrium: quietem Polybus æternam obtinet.* Ibidem. Oedip. *Conubia matris Delphico admonitus tremo.* SE. *Timere vana deſine, & turpes metus*
Depone: Merope vera non fuerat parens.

Eod. verſ. *trifidaq; in Phocidos arce*] Phocium ædificium ingens eſt à Daulide Delphos proficiſcentibus ad leuam, vbi è ſingulis Phocici nominis vrbibus conuenire ſolent, qui ad conſulendum Apollinem, mittebantur, huic triuium adiacet Lai cæde funeſtum Oedipus apud Senecam: *Reddit memoria tenue per veſtigium, Ceciditſſe noſtri ſtipitis pulſu obuium, Datumq; Diti, cum prior iuuenem ſenex Curru, ſuperbus pelleret. Thebis procul, Phocea trifidas regio qua ſcindit vias.* ad Pauſaniam Phocicis,

74. Or

74. *Orbam visu regnisq; carentem*] rectè, vt in ipso limine videtur: at si penitius introspicias, vnius litterulæ vitio inquinatum locum, densam sententiæ noctem facere videbis. cuius tenebras nunquam dispelles, nisi, vt ex libris manuscriptis reposui, legas, *Orbum visu, regnóq; parentem, &c.* Liberi mei, inquit, neque dirigere voluerunt, neque solari me patrem priuatum visu & regno, quin potiùs cæcitati & miseriis meis superbi insultant parua quidem menda, si leuiusculam mutationem, quæ hic contingit, spectes, sed non parui momenti si orationis seriem. *Statius corrector.* *L. l.*

81. *Totos in pœnam ordire nepotes*] id est, genus omne, licet enim *omnes* ad numerum refertur, *totos* ad quantitatem, Poëtæ tamen vti scis hæc confundunt. Virg. *hos tota armenta sequuntur*, & è contra idem *atque omnis fumat Neptunia Troia.*

85. *dissiliant*) interpolarunt imperiti quibus ad saporem vetustatis palatum obbrutuerat. Optimi Lipsij optimus codex signatè habet *dissiciant* idque rectum est à vetere verbo *dissicio, cis, cit*, pro *dissecо, cas, cat.* Plautus Curculione: *Clypeatus elephantum vbi machera dissicit.* *Vetus verbum Statio restitutum.*

89. *Aduertit vultus*) τὸ *aduertit* directè opposuit τὸ auertit, quod est elegantiæ priscæ & Latinæ. Plautus Mercatore: *dicam, si opera est auribus, Atque ad aduertendum animum adest benignitas.* Lucret. lib. III. *Acrius aduertunt animos ad religionem.* Virg. lib. VI. *Cæruleam aduertit puppem, ripaq; propinquat.* Sen. Trag. Oedip. *Huc aduerte fauens virgineum caput nostet arbore.* Atedij; — *Aduertit Diana gradu*, nec Poëtæ modo hac notione, sed etiam historici vsi. Tacitus Annal. *velut in vrbe victæ facies genitúsque etiam militum aures oráque aduerterē.* Idem III. *Ob aquilæ petere silvas visa aduertere imperatorem.* Idem Annal. VI. *neque exuerat pedorem vt vulgum miseri-* *Aduertendi verbum noua notione.*

tione aduerterit. Curtius. v. *inter fidem timoré mque haſitam, regem intuebatur, qui vt tandem aduertit oculos.* Idem lib. VIII. *eóque conſilio Porum geméque ſuum ei parti, quam ſe petere ſimulabat, coegit aduertere.*

Malea promontorium.

100. Malea de valle) promontorium Laconiæ eſt, quod non ſine periculo præternauigatur. Noſter libro XI.

Qua formidatum Malea ſpumantis in auras,
It caput & nullos admittit culmine viſus.

Idem lib. X. *Qualiter aut maleam, aut alta ceraunia ſupra*
Ceſſantes in nube ſedent, nigriſq; leguntur
Collibus, & ſubitæ ſaliunt in vela procellæ.

Propertius lib. III. *Flamma par incenſas citius ſedetur ariſtas,*
Fluminaq; ad fontis ſunt reditura caput
Et placidum Syrtes portum, & bona littora nautis,
Præbeat hoſpitio ſæua Malea ſuo.

Statius correctus.

103. Centum illi aſtantes) Subditicia hæc quid enim τὸ aſtantes? caſſa palearum ſi examines, legendum verò vt in calamo exaratis: *centum illi ſtantes.* Thiſiphonæ ſerpentinum capillitium tribui à Poëtis tam notum, vt ridiculum foret exempla adferre. decorè itaque noſter vult, ſerpentes hos, non languidos, ſed ſtantes, & erectos, cinxiſſe commotæ Thiſiphones caput præcipuè *Ceraſtes* genus ſerpentis, è cuius corpore (Plinio auctore) cornicula eminent ſæpe quadrigemina, & quod (Pauſania teſte) quo fermè modo gradiuntur cancri, in obliquum repit.

Ceraſtes quid. Plin. lib. VIII. ca. XXIII. In Arcadicis.

Stati correctus & explicatus.

106. Atracia rubet arte color.) & hic locus gloſſemate fœdatus, vetus ſcriptura & editio princeps agnoſcunt, *Atracia rubet arte labor*, quod retinendum eſt omnino tangit ſignatè veterum errorem, qui Lunam magico carmine cœlo deuocari, ruboréque præ verecundia ſuffundi credidere, adeoque ne venefi-

carus

carum verba exaudire posset, æris tinnitu obstrepebant Plutarchus in Paulo Æmilio. ἀφανίσθη πανσελήνου πλήρης ὅσα ὑπὸ μετέωρος ἐμελάνετο καὶ τοῖς ἀπολιπόντος αὐτὴν, χρόας ἀμείψασα παντοδαπὰς ἐφανίζη τῷ δὲ Ῥωμαίων (ὥσπερ ἐστὶ νενομισμένον) χαλκοῖ τε πατάγοις ἀναγκαλουμένων τὸ φῶς αὐτῆς, καὶ πύρα πολλὰ δαλοῖς καὶ δασὶν ἀνεχόντων πρὸς τὸν ἀέρα καὶ δᾷδας ὁμοίον ἔπραξαν οἱ Μακεδόνες, ἀλλὰ φόβος τὸ στρατόπεδον κατεῖχεν. *Repentè verò Luna cùm plena esset & sublimis facta est obscura: lumineq; deficiente multiplicibus mutatis coloribus euanuit. Romanus (sicut est apud eos consuetudo) æris tinnitu lumen reuocantibus, ignesq; multos & faces & tedas in cœlum protendentibus, nihil simile fecerunt Macedones: sed timor & trepidatio multa vniuersũ habuit exercitum.* *Fatua veterũ opinio de laboribus Lunæ.*

Noster lib. v 1. *Sic cadit attonitis quoties auellitur astris*
Solis opaca soror: procul auxiliantia gentes
Aera crepant, frustraq; timent, at Thessala victrix
Ridet anhelantes, audito carmine bigas.

Seneca Hippolyto: *Et nuper rubuit, nullaq; lucidis*
Nubes, sordidior vultibus obstitit.
At nos solliciti lumine turbido,
Tractam Thessalicis carminibus rati,
Tinnitus dedimus, tu fueras labor.

Boetius de Cons. Phil.
Quaq; fulgenti texerat ore
Confusa Phœbe, detegat astra.
Commouet gentes publicus error,
Lassantq; crebris pulsibus æra.

adhæsit hæc superstitio etiam Christianis, adeò vt Diuo Maximino causam dederit seriò populum increpandi Homilia quæ inter Diui Ambrosij extat XXXII. *Cùm ante dies pleróque (inquit) de vestra auaritia cupiditate pulsarim, ipsa die circa vesperam tanta vociferatio populi extitit, vt irreligiositas eius penetraret*

ad cœlum. Quod cùm requirerem quid sit clamor hic velle? dixerunt mihi quod laboranti Lunæ vestra vociferatio subueniret, & defectum eius suis clamoribus adiuuaret. Risi equidem & miratus sum vanitatem, quod quasi deuoti Christiani Deo ferebatis auxilium, clamabatis enim ne tacentibus vobis perderet elementum: tanquam infirmus & imbecillis nisi vestris adiuuaretur vo-

Eccl. 27. *cibus non posset luminaria defendere quæ creauit.* & infrà: *hoc est planè quod ait Salomon.* Stultus sicut Luna mutatur. *Mutaris enim sicut Luna dum stultus & insipiens ad motum eius, qui Christianus fueras, incipis esse sacrilegus. Sacrilegium enim creatori committitur dum imbecillitas adscribitur creaturæ. Sed dicet aliquis, Luna igitur non laborat? laborat planè, negare non possumus, sed laborat cum cæteris creaturis, sicut ait Apostolus, dicens:* Quia omnis creatura ingemiscit & paturit vsque adhuc. (& infrà) quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis. *Liberabitur, inquit, à seruitute, vides ergo quoniam Luna non laborat carminibus, sed laborat obsequiis, non laborat periculis, sed laborat officiis.* hæc ille, & plura in eandē sententiā piè & Christianè. sed nec omnes etiam inter veteres in stulta hac persuasione. primus Anaxagoras (vt scribit Laertius in eius vita) causam defectus Lunæ aperuit, sed superstitionem ex hominum mente euellere non potuit. vetus Poëta egregiè eam explosit priscis his versibus:

Non illam, vt populi creduut, nigrantibus antris
Infernas vlulans mulier p radira sub vmbras
Detrahit altiuago è speculo, nec carmine victa,
Vel rore Stygias . . . . . .
Vincibilémque petit clamorem, quippe per æthram,
Qua citimus limes dispescit turbida puris,
Inuiolata meat: sed vasto corpore tellus,
Quæ medium tenet ima polum, dum lumina fratris
Detinet vmbriferis metis, tum sidere cassо,
Pallescit teres vmbra rota: dum trauseat axem

Aggerei velox tumuli, speculoq; rosanti
Fraternas reparet per cælum libera flammas.

Plura huc non congero, solùm moneo Attaciam vrbem Thessaliæ esse, patris Pelasgiotidis, ab Atrace Penei & Buræ filio conditam auctores mihi affirmandi Strabo & Stephanus, clarum itaque cur poëta mentionem faciat Atraciæ artis, nam artem deuocandi Lunam, Thessalis mulieribus à scriptoribus passim tribui, omnes sciunt. *Atracia Thessaliæ vrbs.*

119. & medius cæli Parnassus) Lactatius : *Vmbilicus terræ Parnassus dicitur : nam cùm Iupiter mundi medium locum vellet cognoscere : ab ortu ad occasum duas aquilas dimisisse fertur: quæ volatu lassæ in Parnasi vertice considerunt.*

127. parens odij metus) pulcherrima gnome, pessimæ prolis Odij, pessimam matrem Metum indicans: quo nihil verius cortyna Phœbi vnquam protulit. Metuimus enim potentiores ob iniurias inferendas, vlciscì cupimus ob illatas, eleganter Poëta vetus: *Quem metuunt oderunt : Quẽ quisq; odit periisse expetit.* Hauri princeps & quisquis sedes ad Reipublicæ clauum, amorem apud ciues, metum apud hostes quære *Met⁹ mater Odij.* *Ennius.*

——peragit tranquilla potestas
Quod violenta nequit: mandataq; fortius vrget
Imperiosa quies——

Clementia efficacius quædam iubet. Claud. Pan. Mallij.

ab ore aureo aurum dictum: *Malus custos diuturnitatis metus, contraq; beneuolentia fidus est vel ad perpetuitatem.* *Cicer. Offi.*

130. sociisque comes discordia regnu) eleganter in hanc sententiam Lucanus:

Nulla fides regni sociis, omnisq; potestas
Impatiens consortis erit.

Latius Romani eloquij flos Offic. 1. *Maximè autem adducuntur plerique vt eos iustitiæ capiat oblivio, cum in imperiorum, honorum, gloriæue cupiditatem inciderunt quod enim est apud Ennium*, Nulla sancta societas nec

fides regni, *id latius patet, nam quidquid eiusmodi est, in quod non possunt plures excellere, in eo plerúmque sit tanta contentio vt difficillimum sit sanctam seruare societatem.*

Statius correctus.

144. Et nondum crasso laquearia fulta metallo
Montibus aut latè Graiis effulta nitebant
Atria, congestos satis explicitura clientes.

deformata hæc, sed tamen ope veteris membranæ haud difficulter sic emaculantur.

Et nondum crasso laquearia fulua metallo,
Montibus aut altè graiis effulta nitebant
Atria, congestos vix explicitura clientes.

In primo versu τὸ *fulta* quid absurditatis habeat nemo non videt. In secundo marmore agit quod ex Græcia ad columnas conficiendas, & domus suas ornandas Romani petere consuerant, quod *alte fulcire* vult atria, altis videlicet columnis. Tibullus:

Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis,
Tænare siue tuis, siue Caryste tuis?

Propertius: *Quod non Tenariis domus est mihi fulta columnis,*
Nec camera auratas inter eburna trabes.

Iuuenalis. — *Græcis longéque petitis.*
Marmoribus, vincens Fortunæ, aut Herculis ædem.

In tertio versu more suo, Græcis tribuit morem Romanis vsitatum, qui talis, quod clientes, ad potentiorum atria mane confluere solent, salutandi gratia Virgilius:

Mane salutantum totis vomit ædibus vndam.

Salutationes apud priscos.

Martialis: *Prima salutantes atque altera continet hora,*
Exercet raucos tertia causidicos.

Idem. *Ipse salutabo decima vel serius hora,*
Mane tibi pro me dicat auere liber

Iuuenalis Sat. v. *Tota salutatrix iã turba peregerit orbem.*

Horatius Serm. 1. Sat. VI.

Nam

Nam mihi continuò maior quærenda foret res,
Atque salutandi plures ——————

Tacitus Hist. 15. de Cocinna & Valente: *Dum ambitu, comitatu, & immensis salutantium agminibus contendunt* Suetonius *Augusto*: *Et Q. Gellium prætorem in officio salutationis taedas duplices veste tecta tenentem.* Idem Claudio: *Multos domos Senatorias salutandi causa ingredi etiam patrum decreto prohibuit.* Idem Vespasiano. *Dum salutatur & calcabat ipse sese & amiciebat.* Salutatio autem hæc non in interiore domus parte, sed in atrio fiebat. Ouidius 1 de Ponto. Eleg. VIII.

Nec tamen irrumpo, quo non licet ire, salutis
Atria si nobis non patuisse negas:
Vique tibi fuerit mecum non amplius vno
Nempè salutaris, quam prius ore minus,

alluſit vti ſolet ſcilicet, Seneca de benef. VI. C. XXXIII. *In pectore amicus, non in atrio quæritur.* quo loco multa adſert quæ ad explicationem huius ritus faciunt & coërtionem tu ſi operæ tibi eum adi. Originem haud male (vt credo) refero ad priſtinæ Reipublicæ tempora, quibus libertis & ſeruis patronos, dominóſque ſingulis diebus bis adire ſolemne fuit. Suetonius Galba: *Veterum ciuitatis exoletúmque morem ac tantùm in domo ſua hærentem obſtinatiſſime retinuit: vt liberti, ſeruiq; bis die frequentes adeſſent, ac manè ſaluere, veſperi valere ſibi ſinguli dicerent.* *Origo huius ritus.*

148 *ferri ſtatione gementes)* ſtatio Latinis non vnam rem notat. Vna notione cohortem militum denotat, quæ ante fores palatij excubabat. Exempla hæc in textu habes, & paſſim apud Tacitum & Suetonium, ſignate in Nerone: *vt comperit ſtationem militum receſſiſſe, proſiluit è lecto*, tantique momenti hæc ſtatio, vt inter præcipua inſignia Principatus haberetur. Idem Suetonius Tiberio XXIV. Principatum *quamuis neque occupare confeſtim neque agere dubitaſſet* *Statio quid Latinis.* *Statio cohors militum.*

& ſtatione militum, hoc eſt vi ac ſpecie dominationis aſſumpta. Secundo ſignificat cohortem, quæ per prouincias contra latrones collocabatur. Tertullianus Apollogetico: *Latronibus inueſtigandis per omnes prouincias ſortitur ſtatio militaris.* Modeſtinus I. C. L. III. de Re militari. *Qui ſtationis manus reliquit, plus quam emanſor eſt.* Suetonius Tiberio: *In primis tuendæ pacis à graſſatoribus ac latrociniis, ſeditionumq; licentia, curam habuit, Stationes militum per Italiam ſolito frequentiores diſpoſuit.* rectè *frequentiores*, nam iam antea diſpoſuerat Auguſtus. Suet. Aug. cap. XXXII. *graſſatores diſpoſitis per opportuna loca ſtationibus, inhibuit.* Tertio milites ſignificat, in caſtris, vel vrbe, excubantes. Tacitus Annal. I. *Poſtquam vallum introit, portas ſtationibus firmant.* Noſter lib. XII. *Vt paulum immiſſo ceſſit ſtatio horrida ſomno.* hinc *ſtationem agere* pro *excubare.* Tacitus Hiſtor. I. *Igitur conſultantibus placuit tentare animum cohortis, quæ in palatio ſtationem agebat.* Quartò notat *Officinam.* Suetonius Nerone, *quod tabernas tres de domo ſua circa forum ciuitatibus, ad ſtationem locaſſet.* Plinius lib. XVI. CXLV. *radices eius in forum vſque Cæſaris per ſtationes municipiorum penetrant.* Seneca de beat. vit. *Altum quiddam eſt virtus, excelſum & regale, inuictum, infatigabile: voluptas humile, ſeruile, imbecillum, caducum, ſtatio eius fornices ſunt & popina.* ſcite verò *fornices* ait, nam *fornices* idem quod *lupanaria.* Petronius Satyrico. *Tandem imò iam ſero intellexi me in fornacem eſſe deductum: execratus itaque anicula inſidias operui caput, & per medium lupanar fugiens, cœpi in aliam partem* vnde clarum quid Horatius ſibi velit dum lib. I. Ser. Sat. II. ait: *Contra alius nullam niſi olente in fornice ſtantem.* lux hinc Suetonio Iulio. C. XLIX. *Et Bithynicum fornicem dicunt.* intelligũt enim μεριφερικῶς meretricem. Sed ad rem. *Stationem pro officina* poſuit I. C. Vlpianus lib. XV. D. de Iniuriis.

Statio contra latrones.

Statiõẽ agere.

Statio officina. Suetonio, Plinio, Seneca lux

Fornicis quid.

Horatius & Suetonius explicati.

Iniuriis. *proinde si quis ad domum tuam venerit te absente, conuicium factum esse dicitur, idem etsi ad stationem vel tabernam venerit, probari oportere.* ita enim omnino legendum, non vt nuper viri docti suppoſuerunt, ignorantia huius notionis: *ijdem etsi ad statuas*, receptam omnibus ſæculis lectionem eiicientes, quam præter loca quæ adduximus Gloſſæ veteres diſertè firmant: nam *Officina σταθὼν* inter alia reddunt, id eſt, *ſtationem*: & ſignatè Plinius iunior 1. Epiſtol. ad Senecionem: *Plerique in ſtationibus ſedent, tempuſque audiendis fabulis conterunt.* Quinto, quod omnino etiam notandum, *Statio* pro *ieiunio* ſumitur. Iſidorus libro VI. *Ieiunium autem & ſtatio dicitur.* Tertullianus ad vxorem libro. II. capit. IIII. *vt ſi ſtatio facienda eſt, maritus de die condicat ad balneas.* Idem de corona militis, cap. XI. *Iam & ſtationis alij magis faciet quàm Chriſto.* Denique apud mediæ ætatis ſcriptores *Statio* pro *munere*, ſeu *officio* paſſim ſumitur. Lampridius Commodo: *Iam in his artifex quæ ſtationis imperatoriæ non erant, vt calices fingeret, ſaltaret, cantaret*, &c. Capitolinus verò: *primus Cæſar eſt dictus, & in eadem ſtatione conſtitutus periit.* imò & Suetonius in hac ſignificatione vſurpauit Claudio, capit. XXXVIII. *quòd aliter euaſurus, peruenturuſq; ad ſuſceptam ſtationem non fuerit*, id eſt, ad imperium, reliquæ notiones vulgatæ ſunt excipio eam quæ ex Valerio Max. libr. II. capit I. eruitur ad quem te remitto.

Explica te l. xv. de iniuriijs.

Statio ieiuniũ.

Statio munus.

Lampridius luxu.

158. *quem portu*) Locus rectè habet nihil mutandum, tangit fabulam qua fingitur Sol in Iberico freto occidere.

162. *conuertentur opes.*) non concoquo hæc verba & audeo affirmare eſſe à mala manu libri calamo exarati fidi mihi teſtes, quibus auctoribus lego *connectentur opes*, cùm paruo & paupere regno tam acriter pugnaris, ô miſeri! inquit, quid faceretis ſi

Statius emaculatus, L. B. C.

Romanorum & Carthaginenſium opes in vnum conuehantur?

Secundo L.B.

164, *iam ſorte carebat*) magnum mendum, ſed parua labe contractum emaculo ex manuſcriptis *iam ſorte cadebat*. cui lectioni firmandæ verbum non facio. cæcus qui germanam eſſe non videt.

Tertiò

170. *& qui mox populis venturus, amatur*) abſque lectione veteri eſſet, potueramus vulgatam retinere: ſed dum membranas conſului & editionem principem, præſto legentium eſſe, *& qui mos populis venturus amatur* acuta ſententia vulgi leuitatem peritinxit, quod plerumque, Saluſtio iudice, *ingenio mobili ſeditioſum, atque diſcordioſum, cupidum nouarum rerum, quieti & otio aduerſum*. Malignum denique quiddam & querulum imbibit in imperantes, & vt lepidè ille ait, *magis regis filium amat quam regem.*

Saluſt. Iugur. Vulgus nouitatis amans.

Thebani Ogygij dicti.

173. *háncue Ogigius*) id eſt, *Thebanis*. Pauſanias Bœoticis. Γενεῖ δὲ τῷ Θηβαίδα σχόντων πρῶτον λέγουσιν Ἐχθίονας, βασιλεὺς δὲ ἦν τότε Ἐχθίωνος ἀνὴρ αὐτόχθων Ὤγυγος· ἀφ' οὗ τὰ πολλὰ ἐς ἔτι καὶ ποιηταὶ ἐπίκλησιν ἐς τὰς Θήβας ἐποιήσαντο Ὠγυγίας. *Qui primi Thebaidam terram tenuerunt, Ectenas fuiſſe tradunt, quorum rex fuit Ogyges homo indigena, ab eo nempe poetarum complures, Thebas Ogygias cognomine appellant.* ita Pauſanias. at Varro lib. II. de Re Ruſtica. magis ſignare Thebas non à Cadmo (vti communi calculo ſcriptores firmarunt) ſed ab ipſo Ogyge vult extructam. *Etenim vetuſtiſſimum* (inquit) *oppidum cùm ſit traditum Graecum Bœotiæ, Theba, quod rex Ogyges ædificauit.*

Manu facere noua notione.

176. *manuq; fortunam fecere leuem*) ſubſiſte paullum & obſerua *manu facere*, ea notione qua *ſponte facere*, vſus eſt Seneca de breuitat. vitæ. cap. III. *adiice morbos quos manu fecimus*, & conſolatione ad Martiam capit XIX. *adeoq; ſenectutem ſolitudo, quæ ſolebat deſtruere, ad potentiam ducit, vt quidam odia filiorum ſi-*

Seneca explicatus.

mulent

mulent, & orbitatem manu faciant.

179. sociis hanc addere mentem Sedit) mihi locus non inter firmos videtur, nec liquido scio quid τὸ *sociis* hic velit. Luctatius refert ad Hermionem, Martis & Veneris filiam cogitemus, at illud obseruet iuuentus, *Sedit* poni pro *firmiter placuit.* Virgilius: *certa sedet patribus sententia pugnæ.* Imp. Iustinianus Instit. de vsur. in princep. *nobis melior sententia sedit.* Hier. 7. Deut. *Si autem postea non sedet animo tuo:* hinc Suetonius Aug. cap xxvii. *sistere in sua sede rem publicam,* pro, in firmo ac stabili statu collocare, posuit. *Suspectus locus.* *Notio verbi sedit.*

199. spatiis hinc omnia iuxta) periphrasticos medium cœli locum describit. *Lux Virg.*

213. vocem fata sequitur) eximiè si quicquam in hoc operè, damnat enim diserte impiam quorundam Stoicorum doctrinam, trigis fati Deum ipsum subiicientem, cùm ille liberimus omnium rerum auctor & actor transcendat cùm libuit, & rumpat implexa illa agmina & volumina fati Nec fatum ipsum aliud sit, non ex Papinij nostri solùm, sed magni & sancti Augustini mente, *quam sanctio & velut vox diuinæ mentis.* *Hier. & Suetonio.* *Deus supra factum.*

219. & summis cognati nubibus amnes) respicit Lucretij dogma, quod vide lib. vi. *Fatum quid. Lib. v. de Ciuit. Dei. cap. ix.*

223. per illicitum pelago) respicit diluuium, quod eleganter descripsit. Ouidius Metam. 2.

225. —— Perseos alter in agros
Scinditur, Aonias fluit hic ab origine Thebas) præfero quod in Langij scripto est: *Peseos alter in Argos*, nosti verò *Perseos* pro *Peseros* positum.

227. mens cunctis imposta manet) hæret mihi (vt ingenuè loquar) aqua in sententia huius loci, & in τὸ *imposta*, mendum latere, suspicor, quod sine ope melioris codicis liquidò diuinare non potui, scio qua notione poëtæ accipiant *imposta, deposta, supposta.*

expo

exposita, & similia, sed quid ad hanc sententiam? Bustidianus codex *imposita* mouet. vnde nihil adhuc elicio, viderint acutiores.

229. *mala gaudia matrum*) Agaue & iocaste.

230. *erroréque feros nemorum*) Athamatis fabulam notat.

Statius correct°. L. C. La.

235. *Appetiit proprios Monstro*) scripti libri, *appetit proprios (monstrum!) reuolutus in ortus, qua quidem* lectione nil-pote melius. Noster. lib. III.

Illum congesta portarum ad limina matres
Vt solum videre (nefas!) nulla agmina circum. Idem Epicedia in patrem, *trepidámque (nefas!) arescere laurum.*

252. *Magnique Phoroneos*) Inachi hic filius. quem fabulantur cum Cephisso. Asterione: & Inacho arbitrum inter Neptunum & Iunonem de regione discrepantes electum, litem secundùm Iunonem dedisse, posteáque dispersos antea homines in vnius ciuitatis ius compulisse, eo successu, vt ab Argo, eius ex filia nepote, integra regio nomen acceperit. Consule Pausaniam Corinthiacis.

254. *Custodem Phariæ*) Argum.

255. *& turibus aureus intres*) concubitum Danaes tangit. notior fabula, quâm vt hoc loco explicari debeat.

Coptos Ægypti oppidũ.

258. *& mea fulmina torques*) in concubitu Semeles.

265. *Mareotica fumat Captos*) Pausanias: τότε τὸν Ῥωμαῖον ὡς ἐπιτέτραπτο Αἴγυπτον, ἄρα ἔφη χρήματα ἀναπείσαντα ἐς τὸ ἄδυτον καταπέμψαι τῆς Ἴσιδος τὸ ἐν Κόπτῳ. καὶ ἐσπεμφθεὶς ἀνὴρ ἐφ' ἑαυτῷ μὲν ἐν τῷ ἀδύτῳ διηγήσασθαι δὲ ὅπόσα ἐδεήσατο, καὶ τοῦτον αὐτίκα ἐπανθρώπων τελευτῆσαι. *Eo ipso tempore Romanum hominem, qui Aegyptum prouinciam obtinebat quendam mercede conductum iussisse Isidis aditum intrare, quod Copti erat, rediisse illum: sed mox, vbi quæ conspexerat exposuit à vita discessisse.*

Ibid.

Ibid. *Et æriſoni lugentia flumina Nili*) tenebricoſæ fabulæ lucem dat. idem Pauſanias Bœoticis ἐοικότα δὲ ἀνδρὸς ἤκουσα φοίνικος, ἄγειν τῇ Ἴσιδι Αἰγυπτίους τιμὴ ἑορτὴν, ὅτε αὐτῶν τὸν Ὄσιριν πενθεῖν λέγουσι τῶν καιρὸν τοῦτον δὲ ἡ Νεῖλος ἀναδαίνειν σφίσιν ἄρχεται καὶ ἐπικωμάζειν πολλοῖς ἔστιν εἰρημένα. ὡς τὰ αὔξοντα τὸν ποταμὸν καὶ ἀρδόμενα τοὺς ἀπορρήτους ποιεῖσθαι δακρυά ἐς τῆς Ἴσιδος. *His conſimilia de Phœnice quodam homine audiui: Ægyptios Iſidi feſtos dies celebrare, qua anni parte lugeri ab ea Oſirin dicunt: ac per illos ſanè dies incipere Nilum excreſcere, quo fit vt incolarum turba dictitet, augeri Nilum atque impleri, latéque ex eo arua irrigari Iſidis lacrymis.* apte ad poſteriorem partem, at cur æriſoni? propter ſiſtra, quorum frequens in Iſidis ſacris vſus. Appuleius: *æriis & argenteis imò verò aureis etiam ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes.* *Siſtra in ſacris Iſidis.* *Lib. 11. Sat.*

Iuuenalis: *Decernat quodcumque volet de corpore noſtro* XLII.

Iſis, & irato feriat mea lumina ſiſtro.

Proper. de Cleopatra: *Auſa Ioui noſtro latronem opponere Anubin,* *Lib. IV.*

Et Tiberim Nili cogere ferre minas.

Romanamq; tubam, crepitanti pellere ſiſtro.

Venerabiles autem & quaſi ſacros fuiſſe ſiſtrum pulſantes, vel vnus Ouidius firmat. 1. de Ponto:

Ecquis ita eſt audax, vt limine cogat abire,

Iactantem Pharia tinnula ſiſtra manu?

Riſit eleganter ſtultitiam Romanus Sapiens, quem omnino vide: erat autem ſiſtrum, vt in marmoribus antiquis videre licet, crepitaculum, cuius per anguſtam laminam in modum baltei recuruatam traiectæ medio paucæ vngulæ, criſpante brachio tergeminos ictus, reddunt argutum ſonum. *Seneç. de beat. vit. c. XXVII. Siſtrum quid.*

266. *Quo ſi priſca luunt*) reſtitui ex libris veteribus, non poſtulante, ſed flagitante ſententia. *Quod ſi priſca* *Statius correctus.*

priſca luunt. Leuis in ſpeciem emendatio, quæ tamen inſignitè lucem loco adfert.

269. *terrarum furias abolere,)* id eſt, peccata. Virgil. *Furias Aiacis Olei.*

271.—*Iamdudum à ſedibus illis*
Incipe fluctiuaga qua præterlabitur vnda
Sicanios longe relegens Alpheus amores.) Piſas intelligit, cui lucus Olympij Iouis finitimus. Deſignat hoc oppidum per Alpheum, quia ille Piſas lambit. Seneca Tragicus Thyeſtæ:

Alpheus Piſas lambit.

Quem tangit gelido flumine lucidus
Alphæus, ſtadio notus Olympico.

Papinius. Epithal. Stellæ:—*tumidæ ſic transfuga Piſæ:*
Amnis in externos longè flammatus amores,
Flumina demerſo trahit intemerata canali,
Donec Sicanios tandem prolatus, anhelo
Ore bibat fontes. — & hinc eſt quod per Alpheum, Ludus Olympicus ſæpius intelligatur: Adi Homerum Iliad. Σ. Virgilium Georgicor. 111. Pindarum & Silium. Quæ de Alphei & Arethuſæ amoribus poetæ vulgarunt, omnes ſciunt. Fabulæ originem dedit, quod iacta in Alpheum, ſub ima penetrantem, in Arethuſa fonte Syracuſano, redduntur: ſi qua Plinio fides: nam commentitium id adſerit Strabo. Pauſanias tamen Eliacis priore, Plinij ſententiam multis argumentis firmat, tu conſule Hugonem Falcandum in hiſtoria Sicula & Nicabnorem lib. 111. de fluminibus.

Alpheus Olympia des nott.

Statius correctus.

273. *Arcades hic tua.)* auctoribus libris ſcriptis & editione principe, emaculant: *Arcades dic tua.* Quod germanum eſſe vel puer viderit.

275. *Geticóque pecus ſtabulare ſub Æmo, Dignius)* in Thracia videlicet, vbi equi Diomedis fuerunt humana carne victitantes.

290 *etiamnum inhumata procorum*
Relliquiis trunca ora rigent, obſcuro loco facem adlucet

cet Ouidius Metamorph. lx. quâ Hippomanes & Athalantæ fabulam deſcribit.

282. *generos paſſura nocentes*) Polynicen & Tydea.

286. *At non ille grauis dictis quamquam aſpera metu.*) lege:

At non ille grauis dictis, quamquam aſpera, motu. *Statius emaculatus.*

310. *raptim per inane*) lectio hæc à libris ſcriptis eſt ita enim legendum, non vt vulgati: *raptus per inane*, ſcio te ſcire τὸ *inane*, non ea notione qua antea, ſed pro aëre ſumi, vti frequentius, quà apud Noſtrum, quà alios parcam adſcribere exempla, ſunt enim quingenta in promptu.

313. *Oedipodionides furtim deſerta pererrat Aonia*) Lip. & Buſl. *furto deſerta*: quod recipere mihi religio non foret, cum ſciam ſcriptores ipſa paſſim locutos. *Furto Latinis quid notet.* Noſter lib. III.

Heu quantus furto cruor & ſine laude tacetis.

Idem li. IX. *Auſus erat furto dextram iniectare Leonteus.* Virgilius lib. IV. *Nec ego hanc abſcondere furto Speraui, ne finge, fugam* —— Velleius lib. II. *Pontifex Maximus in C. Caſaris locum furto creatus.* imò diſertè pro inſidiis. Curtius lib. IV. *Parmenio peritiſſimus inter duces artium belli, furtò non prælio opus eſſe cenſebat: intempeſta nocte opprimi poſſe hoſtes.* Virgilius lib. X. *Obuius aduerſoq; occurrit, séque viro vir Contulit, haud furto melior, ſed fortibus armis.*

321. *& ſediſſe ſuperbum*) Sine ſuſpicione mendi: abſque libris veteribus eſſet, qui pereleganter *Statio Helleniſmus reſtitutus.* *— & ſediſſe ſuperbus.*

Deiecto tum fratre putat ——— purus helleniſmus: *ſuperbus* pro *ſuperbum*, genus loquendi venuſtum vſitatum optimis ſcriptoribus, ſed quod remotum ab vſu vulgi, imperitos offenderat.

Virgilius: *Senſit medios delapſus in hoſtes.*

Propertius: *Viſura & quamuis nunquã ſperaret Vlyſſem.*

Catul

Catullus: *Ait fuisse nauium celerrimus.*
Horatius: *Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratus.*

315. abruto Sole Mycænas) in sceleribus à Thyeste perpetratis tu lege—*abrupto Sole Mycenas*
Ferre iter impauidum.

De Scyronescriptorum dissensus

325. vlulata furoribus antra) Baccharum.

333. infames Scyrone petras) respicit saxa quæ Moluridi petræ adiacent, infamia & scelerata dicta, quod cum ea accoleret Scyron, latro famosus, inde quoscunque nactus esset hospites in mare detruderet. eos verò adnatans marina testudo, (bellua magnitudine solum & pedibus, quos tales habet, quales vituli marini, terrestri dissimilis) conficere dicebatur: vt Pausanias Atticis refert. quem sequitur Plutarchus Theseo, dicens hunc eundem latronem à Theseo de eodem saxo præcipitatum. Megarēses tamen defendere Scyronem neque latronem fuisse, neque flagitiosum, imò latronum vindicem. nec à Theseo tanquam latronem, sed cùm Eleusina cepit, veluti hostem interfectum. consule vtrumque si placet.

334. purpureo regnata Seni) Nisum notat. cui vt poëta cecinit: ——— *splendidus ostro*
Inter honoratos medio de vertice canos.
Crinis inhærebat magni fiducia regni.

Ou. Met. VIII.

335. In mediis audit duo littora campis.) Isthmum Corinthiacum intelligit, qui mari vtrinque alluitur. duobus etenim eius latera promontoriis terminantur, Cheucheris & Lechæo, quæ res interiorem regionem continentem facit.

Isthmus Corinthiacus.

338. Titanis latè mundo subiecta silenti,
Rorifera gelidum tenuauerat aëra biga) Lactatius: *diei aër crassior est tenuis noctis.* aptè igitur *tenuauerat.*

345. Densior à terris, & nulli pruia flamma
Subtexit nox atra polos :) pluuiæ præsagium: occultè more suo, ingerit: nam nebulæ ima petentes,

seren

sereniratem altum imbres designant.

Virgil. *At nebulæ magis ima petunt, campoq; recumbunt*

352 *Emoto à cardine vellunt.*) Reposuit ex Langione: *emoto cardine.*

352. *Defunditq; imbres, sicco quos asper hiatu.*

Persolidat Boreas,) Physica ratio Luctatius: *Auster primò pluuias facili mox sequitur Boreas, easdem aut in niuem, aut in grandinem mutant.*

Ouidius: Vtque ferunt imbres gelidus concrescere ventis.

360. *Veteri spumauit Lerna veneno*) Hydræ fabulam no-

362. *—nulliq; aspecta per annum.* (tat,

Solibus, vmbrosa patuere astiua Lycæi) Panis Statius, Tiburtin. Manl. *——— & syluis arcessere pana Licæis.*

Vmbo quid lib. I V. de lingua Lat. vmbo pro clypeo.

370. *vasto metuendo vmbone*) Vmbo Latinis: Varrone teste, quod Græcis ἄμβωνες. Græci autem ἄμβωνες vocant quicquid extumidum est & prominet hinc scriptores à parte quæ clypeo Romano, instar dimidiati oui eminebat, Ὅπλου ἀμβωνα, *vmbonem* pro clypeo ponunt. Vti hoc loco Papinius noster, & li. IX. *Tentato vmbone redissent.*

Maro lib. X. *Ardet apex capiti, cristisq; à vertice flamma*
Funditur & vastos vmbo vomit aureus ignes.

Sidonius: *Hunc fulcit rutilus spacioso circite leuum*
Vmbo latus. Suetonius Iulio capit. LXVIII. *vmbone obuios agens.* Valerius l. III. c. II. *modo vmbonis impulsu modo mucronis ictu depellens.* Hinc pro toga Romana quoque sumitur, ab vmbone qui in ipsa.

Vmbo pro toga Persius contra virum doctum explicatus.

Persius Sat. V. *—Totáque impone Saburra,*
Permisit sparsisse oculos iam candidus vmbo: ita interpretor. Nec me mouent, quæ viri docti hic de alba parma argumẽtãtur. Capio fulcrum à Tertulliano, qui de toga agens, Vmbonem disertè agnoscit libro de Pallio cap. V. *Totum continctí vmbonis figmentum custodibus forcipibus assignet*, & statim eodem capite Martialis etiam: *In turbam incideris cunctos vmbone repel-*

Videndus tibi & Apuleius lib. x i. Papinius noſter alias, pro omni eo quod prominet, vocem, *vmbo*, vſurpat lib. vi. ——*geminis vmbonibus agger Campum exire vetat.* & lib. v i i.

—*atque omne quod Iſthmius vmbo Detinet.* Hercul. Surrent.—*contra riget vmbo malignis montis.* — Et Achilleide. *Vndiſonæ quos circuit vmbo Malea.* imo pro humero, manu, aut brachio, lib. i i i. *clypeum nec ſuſtinet vmbo.*

382.—*illo ſpe concitus omni Euolat*) an non rectius: *illo pede concitus omni?*

402. *Olenius Tydæus*) Oenei Calidoniæ regis & Euriboeæ, ſiue vt alij volunt, Althææ filius, qui cùm Melanippum fratrem, vt noſter hic vult; vel auunculum Thoantem, ſeu Apherea, vt Luctatius tradidit, ſiue vt alij, nepotes, inſcius occidiſſet, ad Adraſtrum confugit, plura non addo, docebit te affatim Statius.

Caſus pro-ca-ſu.

406. *ſubit vno tegmine*) auferendi caſum, pro dandi poſuit, quod eſt elegantiæ priſcæ. Lucillius:

Eſuriente leoni ex ore exculpere prædam.

Propertius lib. i. *Illa meo caros donaſſet funere crines.* Idem lib. i i. *Eſt pæne ſeruo rumpere teſte fidem.* noſter hoc eodem libro: —*tacitáque immurmurat aure.*

Athletarum ſpectaculo mulieres arcebantur.

& lib. i i.—*ſubit ore cauo Theumeſia cornus.*

& lib. v.—*ſed corde labores Ante alios erat vncta Pales.*

424. *Excluſáq; exſpectant præmia matres*) elegantiſſimus Poëta, ſeriò id agens, quod agere non videtur, reſpexit ad morem Græcorum, quo Olympicum agonem ſpectare fœminis interdictum. Pauſanias Eliacis priore: κ) δὲ τὸν ἐς Ὀλυμπίαν ὁδὸν ὅρη, ἃ διακλῶσι τὸν Ἀλφειόν, ἔστιν ὄρος ἐν Σκιλλοῦντος ἐρχομένοις πέτραις ὑψηλαῖς ἀπότομον. ὀνομάζεται δὲ Τυπαῖον τὸ ὄρος. κ) τοῦτο τὰς γυναῖκας Ἠλείοις ἐστὶν ἀθεῖν νόμος,

ὃς

ἐν φαραγγῶσιν ἐς τὸν ἰγνῶνα ἐλθοῦσι τὸν Ολυμπιακὸν, ἢ καὶ ὅλος ἐν ταῖς ἀπειρημέναις φησὶν ἡμέραις διαβῆναι τὸν Αλφειόν. *In via quæ Olympiam ducit eis Alpheum, Scillunte venienti, celsa crepidine præruptus mons occurrit: Typæum illum appellant, hinc de saxo fœminas dejicere Eleorũ lex iubet, quæ ad Olympices ludos penetrasse deprehensæ fuerint, vel quæ omnino Alpheum transmiserint, quibus est eis interdictum diebus,* hic mos Græciæ, qui Augusto imperante Romam migrauit, is enim *Athletarum spectaculo* (verba Suetonius adduco) *muliebrem sexum omnem, adeò submouit, vt Pontificalibus ludis pugilum par postulatum; distulerit in sequentis diei matutinum tempus: edixitque mulieres ante horam quintam venire in Theatrum non placere,* hæc generatim dicta, generatim tamen non accipienda, docuit me idem Suetonius Nerone: *Ad Athletarum spectaculum inuitauit & virgines Vestales, quia Olympiæ quoque Cereris sacerdotibus spectare conceditur.* Cap. XLIV. Cap. XII.

440. *ciuis in vsque manus*) qui hæc supposuerunt; vellem mihi dicerent qua fiducia id fecerunt. Lipsij liber priscam & germanam lectionem ingerit, *ciuis inusque manus*, quod rectum est, ita Cicero & Propertius dixere *inante* pro *ante*, sic *incoram*, pro *coram* Appuleius, *insimul* pro *simul* Florus, & in Syluis Papinius, *improbe* pro *probe*. Tertullianus. Priscus loquendi mos Statio restitutus.

457. *molitur gressus*) & hic ore librariorum non suo Statium loqui suspicor. malim ego *molitus gressus*. Coniectura in Statio.

457. —*vnaq; ferunt Cyclopes in Ætna.*

Composito) exsensa lectio, &, vt verbo dicam, sensus communis expertem esse oportet, cui non pateat, legendum esse, vt ex libris scriptis & editione Principe restitui: Statius correctus.

—*vnaq; ferunt Cyclopes in Ætna*

Compositos, eximiè in hanc sententiam eximius ille Satyrarum scriptor: —*parcit*

Cognatis maculis similis fera quando leoni
Fortior eripuit vitam leo? quo nemore vnquam
Expirauit aper maioris dentibus apri?
Indica tigris agit rabida cum tigride pacem
Perpetuam sæuis inter se consenit vrsis.
Ast homini ferrum lethale incude nefanda
Produxisse parum est.

Statius emaculatus.

462. *quisquis es is*] Et versus & sententia flagitat scriptorum librorum & editionis Principis lectionem *quisquis is es.*

464. *Marti non degenerare paterno*] Mars Meleagri pater fingitur, Meleager Onei, Oneus Tydei.

Mos fidei firmandæ. Anab. II.

470. *coeunt animorum in pignora dextræ*) Aristophanis Scholiastes : ἦθος δ' ἐστὶ πίστεως, καὶ ζωσθήναι εἰς βαΐας τὰς δεξίας δεδόναι ἀλλήλοις. Xenophon, ἐκ δὲ τούτου ἐδεξιοῦντο καὶ τὰς ὄρκους καὶ τὰς δεξιὰς ἐδίδοσαν. Tacitus: *Iurauere amici dextram[1] morientis contingentes.* Gemistus Pleton. li. II. de reb. Græciæ: *Persarum Rex Mentorem quod dextra dedisset* [*maxima enim hac apud Persas fides*] *conseruauit.* non alludit illud Tertulliani aduersus Marcionem : *Denique vt cum Asteribus contulit, & conuenit de fidei regula, dextras miscuere,* suspicor hinc paræmiam notam, qua in fide firmanda comici sæpe vtuntur Sophocles Electra οὐκ οἶσθ' ὅταν μ' ἔδωκας εἰς χεῖρας ποτέ. *Non meministi, cui me dederis quondam in manus?* Terentius Andria! *Hanc mihi in manum dat,* mos hic vulgatus. at Scythis, Armeniis & in ea ora gentibus solemne, in sanciendis priuatim publicèque amicitiis & fœderibus non dextras solum implicare, sed pollices inter se vincire, nodóque perstringere, mox vbi sanguis in artus extremos se effuderit, leui ictu cruorem elicere atque inuicem lambere. Adi Tacitum Annal. XII. Lucianum in Toxari, Melam. lib. III. cap. I. Valer. Max. lib. IX. & Tertullianum Apologetico.

485. *esse fidem quãta*) *esse* pro *fuisse*, *tẽpus* pro *tẽpore*, Virg. lib. IX. *Cratera antiquum quem dat Sidonia Dido*, id est, *dedit*. Papinius noster hoc eodem lib. — *sensit manifesto numine ductos Assore*, id est, *adesse*. Properti⁹.

At tu vix primas attollens gurgite palmas,
Sape meum nomen iam peritura vocas.

id est, *vocabas*.

Tempus pro tempore.

480. *laxatisque diu tamen aura superstes*
Immoritur velu, passi subiere penates.)

Quid de hoc loco certi pronunciem, nihil habeo, nisi mendosum videri, libri opem non ferunt, fuit cùm legerim: *immoritur velis passis*, ea notione qua Lucilius dixit:

Diuinatio in Statio.

Rugosi passiq; senes eadem omnia quarunt.

Et Plautus Pœnulo: *Si qui de æstu mecum futurus pro vna passa pẽsili*, vel si pateris, *immoritur velu, passu subiere penates*. vti alias gradu, vel cursu, dicimus Plautus Rudente: *consequamur gradu vocem*. Papinius lib. X. — *ac vulnera, cursu Examinat*, & hoc eodem libro.

Hæc tam dira lues nocturno squalida passu
Illabi thalamis. an Delius hic mihi fauerit, Senatum litteratorum arbitrum capio.

507. — *Lustraliaq; exta*
Lacte nouo perfusus edet Vulcaneus ignis) respexit ad discrimen sacrorum, quod tale: vt inferiorum, & minorum deorum sacrificia lacte perfunderentur. Ouidius:

Ritus in sacris.

Tum super infundens tepidi carchesia lactis:
Alteraq; inuergens liquidi carchesia mellis
Vmbrarumq; rogat rapta cum coniuge regem.

Met. VIII.

Propertius. *Interea nigras pecudes promittite diti,*
Et niuei lactis pocula mista mero.

Lib. III.

Seneca Tragicus: — *libat & niueum insuper,*
Lactis liquorem, fudit & Bacchum manu.

Oedip.

Laua. redarguit cæcitatem eruditissimè, vti solet, eruditissimus Arnobius, Christiani nominis Varro,

lib. VII. aduersus Gentes: quem adi.

Tripos quid.

509. *Salue prisca fides tripodum)* Quid tripos fuerit. *Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.* Homerus Iliad. ϕ. videtur asserere, vas fuisse, quod tribus pedibus fulciebatur, ansasque siue aures quibus capiebatur, haberet. Calimachus verò, in Lauacro Dianæ, Tripodem sellam fuisse scribit, tribus pedibus innixam, cui insedens Pythia, oracula reddebat. Helanicus, vas pulueribus plenum. Strabo speluncam profundam. Luctatius, Lauri speciem fuisse, ait, habentem tres radices, Apollini consecratam, propter triplicem vim diuinationis: *Nam & Sol praterita videt,* inquit, *præsentia cernit, & futura visurus est. Est etiam tripos mensa Apollinis, corio Pythonis serpentis tecta.* Hæc ille at longè diuersa, de tripode, Plutarchus tradidit in Solone, signatè quomodo à piscatoribus Cois extractus, ad VII. Sapientes missus fuerit, tandémque Apollini consecratus, tu eum consule, & si placet, etiam Lucianum, Dialogo de Astrologia.

Priscus mos in cœnis.

518. *Emunire toros, aliósque inferre tapetas)* ad morem veterum, quo receptum vt lectos cœnatorios, sub horam cœnæ, stragulis vestibus texilibus, aut purpureis, insternerent. Virgilius Æneid. 1.

——stratóq; super discumbitur ostro.

Horatius. Sat. VI. *——cùm ponit vtérque*
In locupleté domo vestigia: rubro vbi cocco
Tincta super lectos canderet veste eburnos,
Multaq; de magna supereſſent fercula cœna.

Seneca Thyeste: *Resupinus ipse purpura atque auro incubat.*

Plauto & Suetonio hæc data.

Vino grauatum fulciens lena caput.

ab hac mente capio Plautum Bacchides.

Cum amica sua vtérque accubitum eatis, ita negotium est:

Atque ibidem, vbi nunc sunt lecti strati, potatis citò, &

Sueto

Suetonium Octauio cap. LXXIII. *Ne toro quidem cubuisse aiunt nisi humili & modicè instrato.* *Lucernæ in cœnis.*

521. *tendunt auratis vincula lychnis*) candelabrorum. priscis in cœnis, nullus vsus. Noctis tenebras lucernis pensilibus dispellebant. Horatius:

——Sume Mæcenas cyathos amici
Sospitis centum: & vigiles lucernas perfer in lucem, *Car. III.*

Petronius: *Lucerna bilychnis de camera pendebat.*
Iuuenalis Sat. VI.

Cùm bibitur concha, cùm iam vertigine tectum
Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis.

Virgilius in conuiuio Æneid. I.

——dependent lychni laquearibus aureis
Incensi —— opera est iuuentutem hæc notare, vel ideo, ne per caliginem, vltra capiat Ciceronem, pro Cœlio: *alia fori vis est: alia triclinij: alia subsellio-rum ratio: alia lectorum: non idem Iudicum commessatorumq; conspectus, lux denique alia Solis, & lychnorum.* *Cicero explicatius.*

Cæterùm quod dixi, lucernas pensiles semper fuisse, non rigidè verum, scribente Lucret. lib. II.

Si non aurea sunt iuuenum simulachra per ædes,
Lampades igniferas manibus retinentia dextris,
Lumina nocturnis epulis vt suppeditentur.

538. *——pariter pallorq; rubórque*
Purpureas hausere genas) nunquid melius *purpureas auxere genas?* *Coniectura in Statio.*

544. *Præfecto Gorgona collo*) Legendum, siue vllo dubio: *præfecto.*

553. *Hanc vndante mero fundens, vocat ordine cunctos.*
Cælicolas) ad priscum libandi ritum dixit. Nihil enim in veteribus frequentius, quàm in honorem dei alicuius vini aliquid effundere, vel in mensam, vel in ignem, vel terram, vel aquam, pro re præsenti, de mensa hîc habes, & apud Virgilium Æneid. I. *Libandi mos.*

Dixit, & in mensa laticum libauit honores.

de Igne; Papinius noster hoc eodem libro:

Fundite vina focis. de Terra, Maro lib. v.

Duo ritè mero libans Carchesia Baccho
Fundit humi. de Mari: Ouid. 11. Metamorph.

Isq; deos pelagi vino super æquore fuso,
Et pecoris fibris, & fumo thuris adorat.

ab hoc more Lena apud Comicum Curculionem: *Venus de paulo paululùm hoc tibi dabo, haud lubentèr. Nam tibi amantes propinantes, vinum potantes, dant omnes. Mihi haud sapè eueniunt tales hereditates,* respicit libationem, hanc multibiba anus sed paululum, ad honorem Veneris, se effusuram ait quo ventriculis largiùs madefiat. Pertinet huc elegans Papinij locus, Protrep. Metij Celeris:

Plauto lux.

Prima salutauit Capreas, & margine dextro,
Sparsit Tyrrhena, Mareotica viua Minerua.

vsitatum verò, in hac libatione vt capiti coronas imponerent etiam in mensa. Virgilius lib. VII.

Nunc pateris libate Ioui, precibusq; vocate
Anchisem genitorem, & vina reponite mensis.
Sic deinde effatus, frondenti tempora ramo
Implicat. & lib. VIII.

Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris,
Communémque vocate Deum, & date vina volentes,
Dixerat: Herculea bicolor cùm populus vmbra
Velauitq; comas, foliq; innexa pependit,
Et sacer impleuit dextram scyphus, ocyus omnes
In mensam læti libant: Quod operæ duxi, monere ne cum viris doctis erres, qui coronam in mensa sumere, ebriorum tantùm fuisse volunt, quia ebrij cum corona, passim in Comœdiis, introducuntur, & Plautus Amphitruone, signatè, Mercurium producit, dicentem: *Capiam coronam mi in caput, assimulabo me esse ebrium*, cui compar est Senecæ locus Medea:

Huc

Huc incede gradu marcidus ebrio.

Præcingens roseo tempora vinculo, tu non vniuersè hæc accipienda, iam dedicisti. Illud etiam dignum nota (certè illi qui scriptores veteres vult intelligere) in conuiuijs passim receptum, non è potu modò, sed & è cibis aliquid libare, & in focum ea ipsa libamenta deferre, sedem scilicet Larum Dionysius Halicarnassæus lib. IV. Antiq. Romanorum. Ἀπὸ τῆς ἑστίας τῶν βασιλέων, ἐφ' ἧς ἄλλας τε ζωτηλοῦσι Ῥωμαῖοι ἱερουργίας, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν δείπνων ἀπαρχὰς ἀγίζουσι. *E foco regio, in quo cùm alia sacra Romani facere solent, tum & cœnarum libare primitias.* Silius lib. VII.

Distinxit dulces epulas, nulloq; cruore
Polluta castus mensa cerealia dona
Attulit, ac primùm Vesta deterſit honorem
Vndique, & in mediam iecit libamina flammam.

in patella poni & deferri solent hæc libamina. Author mihi affirmandi Scholiastes vetus, ad illud Persij:

——— *cultrixq; foci secura patella.* vnde Lares *Patellarij dij*, Plauto dicti. Consule Homerum Iliad. α. in conuiuio Achillis. Liuium lib. XXXIX. & Plutarchum de Fort. Roman.

569. ——— *centum per iura campi.*

Vix tandem explicitum) eleganter sanè, quia serpens viuus semper se implicat: nec malè tamen dixeris, optimum poëtam alludere ad gestum mortuorum. Sophocles: γέγηθα μόρῳ ἐκτανύσας. Martialis. *Occultus intellectus in Statio.*

Tu languore quidem subito, fictoq; laboras:
Sed mea porrexit sportula, Paule, pedes.

id est, mortua est. Statius noster Epiced. in Patrem:

Sed te torpor iners, & mors imitata quietem
Explicuit.

572. *seruabat nata penates*) non alludit illud Virgilij.

Sola domum & tantas seruabat filia sedes. vtrobique verò τὸ *seruabat*, possidebat, significare, scio te scire.

622. *protere exanimes artus, scaprosq; molares*) non moueo loco controuersiam, dissimulare tamen nolo, in Bussidiano codice me reperisse: *proterere exanimos artus, scapróque molares.* Quod non sperno. adi Nonium in scapres.

634. *Quærenti qua causa duci, quis ab æthere leuus.*

Ignus, & in totum regnaret Sirius annum) caniculam intelligit, sidus, quod omnes sciunt, noxium, morbos complures generans, aptè itaque & decorè in hac lue, toto anno dicit regnasse. Virgilius.

Lib. x.

Non secus ac liquida si quando nocte cometæ
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor:
Ille sitim morbosq; ferens mortalibus ægris,
Nascitur, & leuo contristat lumine cœlum.

Læuus pro noxio.

vbi non abs re erit iuuentutem obseruare, *leuum lumen* pro *pernicioso & noxio* sumi, vti hic apud Statium: *leuus ignis* & lib. xi.

— cui leua voluntas
Semper — id est, *prava.*

Priscus loquendi mos. Vlpiano lux data.

637. *Iuuenes qui cade potiti*) id est, *accidissent*, nouè, imò antiquè. Iurisconsulti nostri etiam patiendi significatu sæpius vsurparunt. Vlpianus lib. xv. Ex quibus causis maior. *Ego autem etiam nomine eius qui hostium potitus est.* Plautus frequentissimus est in hac phrasi. Capt. *maior potitus hostium est.* inibi: *postquam meus rex est potitus hostium* Idem Epedico: *ita gnata mea hostium est potita*, id est, in hostium potestatem venit.

Statius emaculatus.

658. *— Has fortè inuisitis aras.*

Vos quoque progenies) locum corruptum esse vel cæco apparet prisca scriptura:

— Has fertè inuisitis aras.

Vos quæ progenies? quod germanum esse mihi liquet.

662. *quando hæc varijs sermonibus ora*) ineptissimæ ineptiæ, non certius vixisse Statium, quàm eundem scripsisse, vt reposui. *Statius correctus.*

——quando hæc varijs sermonibus hora est.

686. *seu te Lycia Patarea niuosis*) vbi Appollinem mensibus hibernis responsa dare veteres crediderunt. Autor Seruius ad illud Virgilij:

Qualis vbi hybernam Lyciam, Xantiq; fluenta
Deserit, ac Delum maternam inuisit Apollo.

689. *Seu Troiam Tymbræus habes*) Luctatius: *Tymbræus dicitur Apollo ab herba tymbra, quæ in templo Troados abundat.* *Lentare quid.*

693. *—foros lentandus in hostes*
Arcus———) id est, curuandus ac flectendus. Virgilius Æneid. III.

Ante & Trinacrina lentandus remus in vnda.

Seneca Tragicus Agamemnone:

Properat iuuentus omnis abductos simul
Lentare remos.) allusum haud dubiè, ad remiges, qui cum magnis viribus remigant, lentant, id est, flectunt, & incuruant remos vnde ipsi remi, lenti, à Catullo dicuntur, Nuptiis Pely: *Catullo lux. & Virgilio.*

Quique fugit lentos incuruans gurgite remos.

Hinc & Virgil. Georg. III. *lentas massas*, pro *ductilibus*, dixit.

Ac veluti lentis Cyclopes fulmina massis *& Horatio.*
Cum properant. ita Horatius. *lenta brachia*, pro *flexilibus & ad amplectendum accommodatis.* posuit Epodon. I.

Arctius, atque hedera procera astringitur ilex
Lentis adhærens brachijs.

699. *tu Phryga submittis citharæ*) Marsyam intelligit, de quo plura ab lib. IV.

700. *Terrigenam Tityon*) qui Latonam ad stuprum sollicitauit, cur terrigenam dicat, notum ex fabula, qua

qua fingitur Iupiter Elaram Orchomonis filiam, prægnantem, ob iram Iunonis, in terram occultasse. vnde factum vt infans ex terra natus videretur.

710. *torquentem cornua mitram*) ita fol Persis dictus Curtius lib. IV. *Solem Mithram, sacrumq; & æternum inuocans ignem.* ita lego, suffragantibus & scriptis, & excusis libris, valdeque miror esse qui supponant: *Solem & Martem.* Scio quidem Strabonem libr. XV. Martem deum Persis assignare, & hinc fortè audaculi hi glossema Curtio adtexerant, sed refellunt illos, atque adeò ipsum Strabonem, Xenophon libr. IIII. & VIII. Pausanias Laconicis, & Iustinus consensu tradentes, Persas credidisse vnum solum Deum & hunc esse Solem, quem Mitram dicunt. Erat verò huius Dei simulachrum vultu leonis, cum tiara prisci habitu, vtraque manu reluctantis tauri cornua comprimens. Author Luctatius *quo significatur* (vt idem ait) *Lunam à sole lumen accipere, quando incipit ab eius cornibus segregari, & quod hic deus cæteros sui nominis & potentiæ impetu excellant, vt inter reliquas feras Leo.* Clarum hinc, quid Statius hîc velit, dum dicit, *Torquentem cornua.* expeditum etiam quid Tertullianus, intelligat aduersus Marcionem lib. I. dum inquit: *Sicut aridæ, & ardentis naturæ sacramenta Leones Mithræ philosophantur.* meminit Mithræ & Martianus Capella lib. III. de Nupt. Mer. & Phil.

Sol per sis Mithra vulgata Curtij lectio firmata.

Tertullianus explicatus.

Te Serapim Nilus, Memphis veneratur Osirim.
Dissona sacra Mithram.

Illud iuuentutem doceo, fors fuit & quosdam senes sacra Mithrica sub Imperatoribus Romam migrasse, & idoli huius cultores omnia religionis Christianæ mysteria adumbrasse. Tertullianus de præscriptionibus: *Sed quæritur à quo intellectus interpretetur eorum quæ ad hæreses faciunt? A diabolo scilicet, cuius sunt partes inuertendi veritatem, qui ipsas quoque res sacra-*

mento

mentorum, in Idolorum mysteriis amulatur. Tingit & ipse quosdam, vtique credentes & fideles suos expiatione delictorum de lauacro repromit, & sic adhuc initiat Mithræ signa; illic in frontibus milites suos celebrat & panis oblationem, & imaginem resurrectionis inducit, & sub gladio redimit coronam. Quæ postrema verba ritum ingerunt, quo ij quos *Mithræ milites* antiqui vocabant, initiabantur. Descripsit eleganter, idem Tertullianus de corona militis: Erubescite Romani commilitones eius, iam non ab ipso iudicandi, sed ab aliquo Mithræ milite. *Qui cum initiatur in spelæo, in castris verè tenebrarum coronam interposito gladio sibi oblatam, quasi mimum martyrij, dehinc capite suo accommodatam, mouetur obuia manu, capite depellere, & in humerum fortè transferre, dicens Mithram esse coronam suam. Atque exinde nunquam coronaturi: id quod in signum habet ad probationem sui, si cubi tentatus fuerit de sacramento: statimq; creditur Mithræ miles, si deiecerit coronam si eam in deo suo esse dixerit. Agnoscamus ingenia diaboli, idcirco quadam de diuinis affectantis vt nos de suorum fide confundat & iudicet.* Credo & militem hunc Mithræ, intelligi à D. Hieronymo, ad Lætam de institutione filiæ: *Antè paucos annos propinquus vester Gracchus, nobilitatem patritiam sonans nomine, quum Præfecturam gereret vrbanam, nonne specum Mithræ, & omnia portentuosa simulachra, quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Perses, Helios, Bromius pater, initiantur, subuertit, fregit, exussit?* hûc denique pertinet Lampridij locus Commodo: *Sacra Mithrica homicidio verò polluit, cum illic aliquid ad speciem timoris dici vel fingi soleat.* Si plura desideras, consule Suidam, Procopium & Strabonem.

Milites Mithræ.

D. Hier. explicatus.

Lampridius explicatus.

IOH.

IOH. BERNARTII.

AD LIBRVM II. THEBAIDOS.

SCHOLIA.

vers. 15. *quanquam functis & lumine cassis*) id est, mortuis lumine priuatis. Virgilius Æneid. 11.

Virgilio & Lucretio lux.

——*nunc cassum lumine lugent.* Lucret. lib. v.

Nec potis est cerni, quia cassum lumine fertur

17. *hinc & grauis exitus ami*) vitiatus locus, & cui sine libris, qui nihil hic iuuant, opem adferre non fuit meæ opis.

Tanarũ.

32. *Dixerunt Tænara gentes*) Tænarum promontorium Laconiæ, in quo templum est speluncæ, persimile, aditum inferni poëtæ dicunt, & ab Hercule Cerberum hac extractum plerique fingunt. Fabula inde originem habuit (vti ex Hæcatæo Milesio Pausanias in Laconicis refert) quod in illa spelunca immanis serpens lustrum habuit qui idcirco inferorum canis dictus, quod quem morsu impetisset, veneni vi statim opprimeretur, is serpens ab Hercule ad Euristheum pertractus Homerus verò qui primus ditis canem, quem Hercules extraxisset, appellauit, neque nomen ei proprium imposuit, neque de eius figura quicquam commentus est, posteriores Cerberum appellarunt, & cum cætera cani fecissent similem, tria dixerunt capita habere, idque communiter receptum. Hesiodus tamen in Theogonia quinquaginta Cerbero capita affingit. Horatius carminum. 11. centum.

Cerberi fabula.

43. *Frangentia littora*) si locus rectè habet, *frangentia*, dixit pro *fracta*, agendi significatu pro patiendi

tiendi, solens hoc optimis scriptoribus, qui frequentissimè agendi verbum πάσχειν, & patiendi, agendi significatione vsurpent, ita *Spectatus est suem* pro *spectauit*, Varro: *communicati sunt*, pro *communicauerunt*, Liuius, *res eorum auxit*, pro *aucta est*. Cato, *dum hæ turbæ atque iræ leniunt*, pro *leniuntur*. Plautus, *peragratus est regionem*, pro *peragrauit*, sic *tempestas sedauit*, pro *sedata est*: Velleius, *est censa*, pro *censuit* Tacitus dixit. adi Agellium lib. XVIII. cap. XII.

Statius emaculatus.

46. *prior haurit habenas*) hominum fidem? hunc locum quo genere deformarunt homines inuenusti? quid enim *vngula haurire habenas*? gerræ germanæ. libri scripti, & princeps editio.

——*prior haurit arenas*

Vngula, — qui negat hanc lectionem recipiendam esse, is profecto ——— *Autecyras melior sorbere meracas*, quàm vt de litteris iudicet. Notum, poëtas diis marinis currum tribuere etiam in aquis, Neptuno equos ex anteriore parte verò tales, ex posteriore pisces, exempla parcam adscribere, sunt enim cuiuis obuia, aptè itaque & propriè anteroribus pedibus arenam littoris dissipare dicuntur.

Assurgendum Magistratui apud Romanos.

60. ——— *assurgit honori Numinis, & recto decedit limite cæli*) translatio ad morem Romanum, quo solemne vt venienti magistratui & priuati, & minor magistratus maiori, assurgerent, & de via discederent. Optimus scriptor, ad priscos ritus eneruandos, Suetonius, Tiberio. cap. XXXI: *tanta Const. auctoritate, vt legati ex Africa adierint eos, querentes trahi se à Cæsare, ad quem missi forent, nec mirum, cum palam esset, ipsum quoque eisdem assurgere & decedere via.* pertinet ad hanc rem elegans Senecæ locus Epist. LVI. *Marcum Catonem vtrumque, & Lælium sapientem, & Socratem cum Platone, & Zenonem Cleantémque in animum meum sine summa dignatione*

Seneca explicatus.

tione recipiam ego verò illos veneror, & tantis nominibus semper assurgo. explicauit acuratè, vti omnia, Senatus litteratorum in hoc lustro Princeps Lipsius, Electorum 1. cap. XXIII. ad quem te remitto.

Stoici animã ex astris deducũt.

63. principiumq; suum) Laur. Lang. & Busl. *principiumq; sui.* respicit ad Stoicorum quorundam dogma, qui animam ex astris deducunt.

Peruigilia variis dijs.

74. insomnem ludo) tangit iterum non dubiè morem priscum, quo peruigilandi honos diis passim tributus. Lucret. lib. v.

Est & Athenais in mœnibus arcis in ipso
Vertice, Palladis ad templum Tritonidos almæ,
Qui nunquam pennis appellunt corpora rauca
Cornices, non cùm fumant altaria donis:
Vsque adeo fugitant non iras. Palladis arceis
Peruigili caussa, Gaium vt cecinere poëtæ,
Sed natura loci hoc opus efficis ipsa sua vi.

Plautus Aulularia: *Ego me iniuriã feciſſe filiæ fateor tuæ,*
Ceteris vigilijs, per vinum atque impulsu adoleſcẽtiæ.

Liuius lxxiii. *Grachus castra Campana vt in peruigilio neglecta simul omnibus portis inuadit.* Consule si placet Suetonium Galba. cap. iv. &c. Vitello cap. x. Cæterùm ego velim tyrones hîc notare: *insomnium* pro *vigilia* sæpe veteres dixisse. Cæcilius Plotio: *Consequitur comes insomnia, ea porrò insaniam adfert.* Terentius Eunucho: *aut mox noctu te adigent* (lego cũ Donat. *adiget*) *horsum insomnia.* neque enim de somniis agit, sed de vigilia, vti liquido constat ex versu sequenti. respondet enim Phœdria: *Opus faciam, vt defatiger vsque, ingratijs vt dormiam.* & iterum Pai? *vigilabis lassus.* vsus est & hac Solutione Salustius cõiuratione Catilinæ: *neque insomnia, neque labore defatigari.* Idem Salustius hist. 1. in fragmento epistolæ Mithrid. *Persem deinde Philippi filium post multa & varia certamina, apud Samothraces deos acceptum in fidem*

Insomnia pro vigilia.

Terẽtius explicatus & correctus.

Salustio vetus lectio restituta.

callidi

callidi & repertores perfidiæ, occidere insomnia. scripsisse ita Salustium, & ad Orbilium ablegandos, qui supposuerunt *in somnis*, non negabit, qui vel vnum Plutarchum, in Æmilio, legerit scribentem: famam fuisse Persem à militibus qui eum custodiebant, somno prohibitum, atque ita continuis vigiliis periisse. Adde his Plautum Mercatore:

Sed amori accedunt hæc quæ dixi minus,
Insomnia, ærumna, error & fuga.

85. *& Ogygij.)* non fugiet vitium attentum lectorem MSS. *ab Ogygij* ego ausim præstare, verum esse *at Ogygij*. Thraces inquit, in deliciis habent semianimum pecus, leonis faucibus ereptum, & haustum lactis: vbi verò vino madidi sunt, tum ad saxa, & arma proruunt.

116. *Mittit, habet Thebas.)* huic loco malè esse ex animi mei sententia, apud legitimos quosque censores iurare ausim, nec tamen ægrum deponam, aut peritioribus delegabo, pereuntibus quippe libris & sententia indubitanter lego: *mittit, habe Thebas*, Ipse Iupiter inquit, ad te me misit. Habeas tu tibi Thebas, eiice fratrem, qui cupidine regnandi excæcatus, si tu cessaueris, te eiiciet. *Statius correctus.*

125. *Illi rupta quies attollit)* lege: *illi rapta quies.*

129. *horruit in maculas)* in alium sensum ac vulgus putat, *maculas* pro *rete* posuit, vti & Varro lib. 11. *Septum totum grandibus maculis integitur, ne eo inuolare aquila possit, néve ex eo euolare aues.* Et Claudianus, *Maculæ pro rete Varroni & Claudiano.*

——— *totámque virentibus iram*
Dispergit maculis, — aut certò, pro *retis plaga*, seu foramine. Vti Cicero Actione in verrem VII. *Reticulúmque ad nares sibi admouebat, tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ.*

135. *Et iam Mygdoniis elata cubilibus alto*
Impulerat cœlo gelidas aurora tenebras) Leodiensis

Codex reponi suadet: expulerat cœlo:

153.—*quos non sine numine regnis*
Inuexit nox atra meis) non damno arridet tamen magis quod in Langij libro est: *Nox dextra.*

158.———*geminæ mihi námque nepotum*
Læta fides (interpunge:
geminæ mihi nám que (*nepotum*
Læta fides) *equo pubescunt sidere natæ.*

154. *intempestúmque tonantem*) id est aërem. Ennius:

Iupiter pro aere.

Aspice hoc sublime tandens, quẽ vocant omnes Iouem
Idem: *Istic est is Iupiter, quem dico, quem Græci vocant.*
Aërem, qui ventus est & nubes, imber postea.
Atque ex imbre frigus ventus, post fit aër denuò.

Virgilius lib. IX.—*cùm Iuppiter horridus austris.*
Torquet aquosam hyemem—

Horatius:——— *manet sub ioue frigido*
Venator———

Iuuenalis:—*fremeret sæua cum grandine vernus,*
Iupiter, & ita etiam Græci. Aratus Astronomicis:
τότε δ' ἢ χεῖρος ἅπα Διὸς ἦεν
ναύτῃ μαλλοίωντι κεκαυότερον.
Torpenti nautæ peius tunc ab Ioue frigus.

nisi quod quidam non Iouem ipsum, sed oculum Iouis, pro aëre posuerunt. Hesiodus de aere loquens: πάντα, ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμός. *cuncta videns oculus Iouis* Consule omnino Ciceronem lib. I. de nat. deorum, vbi & rationem reddit.

163, *enumerare Phareos.*) Qui isti Ægyptij? caue putes & ratio loci & lex versus refragatur. Qui igitur? dicam Pharæ Laconiæ oppidum fuit, ab Homero Pharin, à Spartanis Pharas nuncupatum. Fuit & Pharæ oppidum Messeniæ, cuius conditorem poëtæ perhibent fuisse Pharim Mercurij & Philodamiæ. filium subiecit id tandem Spartanorum vrbi Augustus, quia cum aliis Messeniis, pro Antonio steterat

terat. Præterea fuit & Pharæ Achæorum vrbs, cuius agrum Pierius fluuius præterlabitur, in cuius ripis Platanorum lucus erat, tanta arborum magnitudine ex ipsa vetustate, vt intra cauernas (multæ enim concauæ erant) qui vellent & recumbere, & epulari possent. Adi Pausaniam Messenicis & Achaicis.

164. Achæa per oppida matres.) malè hæc affecta arbitror, libri tamen nihil mutant. *Suspectus Locus.*

179. Stirpémque animosq́;) ἀρχαϊκῶς accusandi casu pro auferendi *stirpéque, animóque.*

174. visisq́; inter sese] corruptus litterula locus sententiæ facit noctem: quam facilè dispelles, si vt reposui, legas, *visiq́; inter sese*, nec dubium quin Papinius ita scripserit. *Statius correctus.*

179. Sicyonis vitæ) De Sicyoniis non satis conueniunt scriptores. Plerique primum in ea regione Ægileum indigenam extitisse commemorant atque eo regnante eam Peloponesi partem, quæ Ægialus dicitur nomen sumpsisse, atque illum quidem plano loco oppidum: cui Ægialeo nomen, condidisse. successione verò veniisse regnum ad Laomedonem Apollinis & Chrysorthæ filium, hunc bello contra Achæos suscepto, ex Attica belli gerendi socium Sicyonem (siue Erechthei filium, vt Hesiodus voluit, siue Eupipei vti alij) sibi assumpsisse. Data ei in matrimonium Zeuxippei filia à quo postea iam regno adepto, & regio tota Sycionia, & vrbs: quæ antea Ægialæ, fuit Sicyon nuncupata, Sicyoni Chithonophyle filia fuit, quæ ex Mercurio Polybum peperit. hic Lysianassam filiam, Talao Biantis Argiuorum regis filio, locauit: ex qua deinde natus Adrastus, qui Argis eiectus ad Polybum Sicyonem confugit, eoque mortuo regnum ipse addiit. Consule Pausaniam Corinthiacis, *De Sicyonia scriptorum dissensus.*

107. *nos verò volentes*) Si vera lectio, migrauit hîc Papinius Grammaticorum leges vti iam libr. x. *nec deeſt cœptis*, & lib. xi. *deeſt ſeruitio plebes*. Niſi vtrobique legendum putes *deſit*. quod magis probo: licet non ignorem veteres in eodem verſu, eandem ſyllabam producere & corripere interdum ſolere. Theocritus.

—τὰ μὲν χαλα 'πέφανται.

Lucretius: *Craſſaq; pugnabant liquidis & liquida craſſis.*
Horatius: *Me fabuloſæ vulture in Apulo*
Altricis extra limen Apuliæ.

195. ——— *iuuat ingreſſos fœlicia regni*
Omina, quod ſupereſt fati, vitæq; laborum
Fortuna tranſire tua, nec plura morati,
Conſurgunt dictis, vitioſiſſima interpunctio quem ſic emaculaui. — *iuuat ingreſſos fœlicia regni*
Omnia quod ſupereſt fati vitæque laborum
Fortuna tranſire tua. Nec plura morati,
Conſurgunt dictis, &c.

Vitioſiſſimæ interpunctiones ſublatæ.

204. *tumida iam virginitate*) Catullus
Te tumens cupida nouos
Captat aure maritos.

211. *territat hoſpitia, & thalamos, & fœdera regni,*
Permixtúmq; genus, quæ tanta licentia mõſtro?
Quis furor eſt? iam bella canit) peſſimè & hęc ab interpunctis laborant, vti pleraq; in his lib. lego
Territat, hoſpitia & thalamos & fœdera regni
Permixtumq; genus (quæ tanta licentia mõſtro
Quis furor eſt? iam bella canit.

218. *Inachus vrna*) decorè, quia fluuij cum vrna pinguntur. Noſter lib. ix. de Iſmeno. — *cecidit q; ſoluta.*
Plnus adulta manis, dimiſſáque voluitur vrna
Virgilius vi i. *Calataq; amnem fundens pater Inachus vrna.*

219. *Ia*

219. *Iasiusq; senex*) Abantis filius à quo Græci *Iasiada* dicti. Seruius ad x. Æneid. fratrem Dardani fuisse dicit sed vterinum tantùm. *Græci Iasidæ,*

ibid. Phoroneus) dixi ad lib. 1.

220. *& Bellator Abas*] Lyncei & Hypermestræ, siue, vt alij fabulantur) Belli filius. A quo postea Argiuorum Reges *Abantiadæ* dicti.

221. *Acrisius* pater Danaes, cuius fabula nota est. ibid.

ibid. *Coræbus*] adi Pausaniam Atticis. Nostrum libro 1.

222. *Danai facinus meditantis imago*) qui fratris filios ope filiorum necaret.

224. *vnda fremit vulgi*] Virgilius.

Mane salutantum totis vomit ædibus vndam.

240. *nonnunquam longa tuendo*) non dubito quin hæc commentitia sit lectio, ac omnino scribendum: *non vnquam longa tuendo.* Et si diu intuearis, inquit nunquam tamen discernere posses, quæ gratiosior, aut pulchrior. *Statius corrector.*

248. —*sacriq; facultas,*

Hi fibris) interpunge—*sacriq; facultas,*

348. *fractisq; obtundunt limina syluis*) ex more veteri, quo in omni publica, priuatáq; lætitia receptum, quà templa, quà ianuas ædium, ornari tam floribus quàm ramis, exempla passim obuia. Nunc tantùm ad lucem Papinij nostri, de nuptiis adscribam. *Ritus priscus in lætitia.*

Iuuenalis Sat. vi. *Ornatas paullo ante fores, pendentia linquit.* *Iuuenalis illustratus.*

Vela domus, & adhuc virides in limine ramos.

Catullus in nuptiis Pelei: *Vestibulum vt molli velatum fronde vireret.* *Catullus*

Appuleius lib. iv. *Domus tota lauris obsita. Tædis lucida strepebat Hymenæum.* Author Thebais. *Apuleius.*

——— Non te duxit in thalamos parens,

Comitata primos, nec sua festa manus.

Ornauit ædes, noſter Epiſt. Stellæ.

Fronde virent poſtes.

251.— *inuptam limine adibant Pallada*) Audi Langij ſcriptum librum: *inuptiam lumine.* germanum eſt, reſpicit faces nuptiales. Nam paucis verſibus interiectis inquit.

Præmiſſaſque faces, feſtum nubentibus ignem
Obruit.

254. *Iaſides thalamis: vbi caſta adoleſceret ætas:*
Virgineas libare comas:) interpungo:
Iaſides thalamis, vbi caſta adoleſceret ætas.
Virgineas libare comas. Tertulianus de Anima, *Quis non exinde aut totum filij caput reatu vouet, aut aliquem excipit crinẽ, aut tota nouacula proſecat, pro auita, pro publica, aut priuata deuotione.* Cenſorinus de die natali, cap. 1. *Quidã etiam pro cætera bona corporis valetudine, crinem Deo ſacrum, paſcebant.* adi Plutarchum in Theſeo. Noſtrum Coma Earini: vbi dicam fusè.

267. *Harmonies longa eſt ſeries: ſed nota malorum*
Proſequar vnde nouis tam ſæua potentia donis:) lego:
Harmonies longa eſt ſeries; ſed nota malorum,
Proſequar vnde nouis iam ſæua potentia donis.

Telchines qui.

274. *Telchines ámica*) malefici & impoſtores. de his videndus Iunius in Adagiis, Cent. VI. Adagio, 1. 1.

277. *Infauſtas percuſſum adamanta figuras*) ἀϊχμὰς pro infauſtis figuris, id eſt, notiſſimis caracteribus.

286. *Nonhoc Paſithea*] è Gratiis vna. quam Iuno pro præmio Sõno pollicetur apud Homerum, Iliad. v.

Paſithea ... è Gratiis.

Αλλ' ἴθ', ἐγὼ καί τοι χαρίτων μίαν ὁπλοτέρην,
Δώσω ἐπιμάρψαι, ἣ σφὶ κεκλήσεται ἄκοιτις
Πασιθέη, ἧς αἰὲν ἱμείρεαι ἤματα πάντα.
At tibi ego è Charitum florentem ætatibus vnam
Connubio iungam ſtabili, propriamque dicabo.

Parſi

Parsitheam, quæ omnes vna tecum exigat annos. Adscripsi Homeri versus, cum quia aptè Virgilius illos (vti vides) imitatus est, tum quia tam varia de Gratiis veteres tradidere. Lacedæmonij gratias duntaxat duas colebant, eásque Clitam & Phaenam nominabant. Hesiodus verò (siue quiscunque auctor Theogoniæ) tres agnoscit, sed Euphrosynem Aglaiam, & Thaliam appellauit, quod etiam facit Onomacritus. Hermesinactes vero vetus elegorum scriptor, Pitho vnam de Gratiarûm numero facit Athenienses autem, & ipsi duas tantum colebant, Auxo & Heyemonem. Noster Homerum secutus videtur vtcumque nonnulli augurentur ex eo quod dicat μίαν ἁπλοτέρων: Discrimen eum inter Gratias facere, & quasdam iuniores, quasdam vetustiores agnoscere. adi Pausaniam Bœoticis. *De gratiarum numero, veterum dissensus.*

320. *Et qua non grauior mortalibus addita cura.*
Spes vbi longa venit,) interpunge:
—cura spes vbi longa venit.

327. *fractaque in pectore)* nunquid melius *fractoq; in pectore?* *Diuinatio nostra.*

334. *auroræ pallore virum)* locus rectè habet, tantum ex præcedenti versu *r' primo* ad *τὸ pallore* refer.

337. *hæc ora natare—Fletibus)* inepta & exsensa lectio. Vel puer iudicauerit scriptorum librorum lectionem germanam: *Statius correctus.*

Quoties hæc ora natare?

Fletibus. Quid causæ igitur cur in contextu non reciperem!

nil fœdere rupto,
Connubiisve super moueor: viduáque iuuenta.
Etsi crudus amor: necdum post flammea toti
Intupuere tori: tua me properabo fateri)

lego: *——— nil fœdere rupto,*
Connubiisve super moueor, viduáque iuuenta.

(Etsi crudus amor, necdum post flammea toti
Intupuêre tori tua me, properabo fateri,

341. post flammea) hoc est, primo nuptiarum die. flammeum siquidem vestimenti genus, quod puellæ nubenti ponebatur in capite. Festus. *Flammeo amicitur nubens, ominis boni causa, quod eo assiduè vtebatur flaminica, id est flaminis vxor* [an non subolet glossema!] *cui non licebat facere diuortium.* Iuuenalis de muliere quæ à marito diuerterat. Sat. VI.

Ritus flãmei in nuptiis. Iuuenalis explicatus.

Permutatque domos & flammeo conterit. —

Suetonius Nerone cap. XXVIII. de Sporo: *cum dote & flammeo per solemne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro vxore habuit.* Tertullianus aduersus Valent. *his nuptiis rectè deducendis pro face & flammeo, tuus credo ille arcanus ignis erumpet.* Amb. l. de viduis: *suasimus fateor vt vestẽ mutares, non vt flammeũ sumeres, vt à sepulcro recederes, nõ vt talamũ præparares.*

Suetonio lux. Tertul. & Ambrosius.

345. Atque illum solers deprendere semper.

Fama duces) an non rectius: *at qui?* pulcherrima gnome. Ad quam respexit Seneca de clementia libr. 1. cap. VIII. *Alia conditio est eorum, qui turba quam non excedunt latent, quorum & virtutes vt appareãt diu luctantur & vitia tenebras habent, vestra facta* (Neroni loquitur) *dictaq; rumor excipit, & ideo nullis magis cauendum est, qualem famam habeant, quam qui qualemcunque meruerint, magnam habituri sunt.*

Audiãt recõdant Magni.

352. hic breue tandem Risit Echionius iuuenis) id est *paululum.* breuitas quippe non longitudini solum, sed magnitudini etiam sæpius opponitur. ita breuem parmam, pro parua dixit Liuius: *breues naues*, pro paruis, Tacitus: *breuia oppida.* Ammianus: *breue munus*, alibi noster Papinius: *Breuissimas ades:* Spartanus in Seuero: *breuem suppellectilem*, Vlpianus: breue *poculum:* Lampridius Seuero & hac notione qua apud Ciceronem, qua iurisconsultos nostros, breuis, pro

Breue non vulgata notione.

Com

compendiario libello sumitur hinc & *ad breue*, pro *paulisper dixit Suetonius, Tiberio cap.* LXVIII.

359. Dimittere si quos) malim ego *dimittere, si qua* vt sensus sit Deum hæc vindicaturum, si qua in cœlo Iustitia. Phrasis Poëtis vsitata.

377. & qua vix carmine raro) ex timore Leonis quem Hercules occidit.

401. redierunt montibus vmbræ) manifesta corruptio. Qui enim vmbræ in montibus nugæ. vales habent vmbras, montes iaciunt. Poëta princeps: *Statius correctus.*

Et iam summa procul villarum culmina fumant.
Maioresque cadunt altis de montibus vmbræ.

benè itáque & propriè Lipsi scriptus liber: *redierunt vallibus vmbræ,*

406. pone modum latis) ô nisi è cœlo verba recon- *Fortuna incerta.*
de quisquis hæc legis. *Fortuna vitrea est tunc cum splendet frangitur,* & vt ille ait: *Versatur celeri fors leuis orbe rotæ.* oraculum itaque:

Quis influentis dona fortunæ abnuit?
Expertus est quicumque quam facilè effluant.

408. ——— moueo regnorum gaudia. temet
Dedoceas,) interpunge *gaudia temet*
436. — tibi larga Pelops, lege. *tibi larga, Pelops*
437. anne feret luxu) pro luxui.

422. offendat socer ille senex) locum hunc corruptum esse non præsto, libri scripti tamen consensu præferunt: *offendat sacer ille senex.* quod non sperno. *sacer,* pro *execrabilis. Festus: Homo sacer est is quem populus iudicauit ob maleficium: neque fas est eum immolari: sed qui occidit, parricidij non damnatur, nam lege tribunitia prima cauetur, si quis eum qui plebiscito sacer sit, occiderit, parricida ne sit, ex quo quiuis homo malus & improbus sacer appellari solet,* Afranius fratribus: ——— *ô sacrum scurram & malum.* Turpilius Demetrio.. *Etiam me irrides pessimè & acerrimè.* *Sacer.*

Plautus Bacchides.

Ego sum malus. Ego sum sacer, sceleſtus hac notione *ſacram famen.* Virgilius, *ſacrum libellum.* Catullus, *ſacrum cruorem,* Horatius & Author Thebais, *ſacrum aurum, & ſacram inſaniam* noſter Papinius vſurparunt.

Longi honores vtrumque à principe dandi.

446. non parcit populis regnum breue) ab ore improbo probiſſimum dictum. Cui plena cera ſubſcribit Romanus imperator apud tacitum Hiſt. 11. *Difficilius,* inquiens, *eſt temperare felicitati, qua te non putes diu vſurum:* Quid ergo eſt, vſúne reipublicæ honores longos dare & diuturnos? abnuunt alij, inter quos Dio. qui lib. LII. *ἀμαχρότερόν τε καὶ πολυχρονιώτερον ἀρχὴν ἐπαίρεσι πῶς πολλὰς, καὶ ἐς νεωτεροποιίαν ἐξάγεσι* Longiora & diuturniora imperia, multos attollunt & ad res nouandas impellunt. qui verius? non ego de plebe litteratorum interponam decretorium ſtilum. Si magni tamen honores, in Dionis ſententiam videor iturus: quandoquidem Liuio etiam teſte: *Libertatis magna cuſtodia eſt, ſi magna imperia diuturna eſſe non ſinas.*

Diſtinctione il Luſtratus Statius Suſpectus locus.

450. concilium infrendens.) nunquam erit Vt capias, niſi legas: *concilium, infrendens ipſe ſeu regna negentur.*

488. Quid regnis non vile cupit) nubiloſus locus, quem interpunctionis face illuſtro:

Legatum inſidiis tacitóque inuadere ferro
(*Quid regnis non vile,*) *cupit.* Auxeſis noſtro vſitata.

392. crearis arietibus vrbis.) Quinto loco tribrachum loco dactyli, poſuit. quod alias à Virgilio etiam factum.

Lib. II.

ſectáq; intexunt abiete coſtas.

505. Odipodioniæ domus alitis.) Sphingem intelligit. De qua initio ex Diodoro & Suida ſatis dixi. Qui plura deſiderat, adeat Pauſaniam Bœoticis.

530. *cristasq; videt rutilare comantes.*) miè dictum videtur, nam quomodo cristæ comantes, cum cristæ sint ipsæ comæ, repetiit eandem sententiam lib. 1x. *interdum cristas hilaris iactare comantes.* Quoquidem loco libri scripti nihil mutant, hic verò Lipsij liber & Laurentianus vterque agnoscunt. *Cristæ comantes.*

Galeasq; videt rutilare comantes. ego vulgatam non sperno, nam & alibi in Virgilio legi.

Et conum insignis galeæ cristasq; comantes.

439. *neque hu mora*) lex versus hanc lectionem spernit. Non iuuans scripti, fuit cum legerem, neque *enim his mora.* Quod tamen propius rimanti displicuit cogitemus. *Lib. 3.*

599. *at hinc lapso mutata Pyracmone tennens Fulmina*) manifestum mendum, neque enim τὸ *lapso* idoneam vllam hic sententiam efficit, tu lege indubitanter ex manuscriptis: *Lasso mutata Pyracmone,* Et hic Pyracmon vnus ex Cyclopibus, fulminis vt poetæ fingunt, fabricatoribus. Virgilius. *Statius correctus.*

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontesq;, Steropesq;, & nudus membra Pyracmon. *Libr. 8.*

Sidonius. *spatium non Lemnius illic*
Cen templum lusit Veneri, fulmenq; relinquens
Hic ferrugineus fumauit sæpe Pyracmon.

605. *armantq; virum, sæpe aspera passum*) Suboleuit & hic glossema veteres agnoscunt:

armantq; virum sæpe aspera passus. Quæ germana me iudice lectio.

617. *impulsis nimiis conatibus infans*) nemo sobrius dubitauerit, quin ex scriptis & editione principe legendum: *impulsus nimiis conatibus.*

626. *Intercepta natat prærupto in sanguine lingua,* vnus ex Leodiensibus: *prorupta.* legam. *prorupto,* id est protumpente in sanguine.

630. *Arguerim fama*) vereor vt sincerus & hic sit locus

locus, libri veteres nihil mutant, legendum tamen, nisi valdè iudicij fallor: *arcuerim fama.*

Coniectura in Statio.

658. *quid sequeru timide compendia vitæ?*) non concoquo hanc sententiam, sed à libris destitutus, nihil vltra habeo quod dicam.

Trieterica festa.

662. *non hac trieterica.*) Bacchi orgia intelligit, quæ singulis triennis celebrare mos Græciæ. Virgilius libr. 1 1 1.

Vbi audito stimulant trieterica Bacche.

Orgia.

Cruentis roribus.) Lucanus:

Sanguineis stillauit roribus arbor.

674. *& terræ morientium aspergine manant*] Locum hunc sanum esse, nec Catoni iuranti crediderim. Veteres, cum editione principe, *& terra morientium aspergine manant*, qua lectione nihil pote melius, nihil clarius, admisi itaque fidenter.

686. *Consilio dignata virum, sate gente superbi*
Oneos absentes, cui dudum vincere Thebas

Annuimus] maculosus locus, quem interpunctione emaculo.

Consilio dignata virum. Sate gente superbi.
Oneos, absentes cui, &c.

688. ——— *Iam pone modum, nimiumque secundis*
Parce Deis.] ô verè Solé inter Poëtas longè semper aciem ingenij iaculantem: imbibe victor, nisi seriò, sed serò, plorare velis. Enimuerò optimi ducis officium existimandum est, posse non solum vincendi, verum etiam cedendi tempora perspicere. Ab ore aureo aureum dictum: ὅτι ἐν πολέμῳ δι' τυχίας πλεονάζων, μὴ θυμῷ θράσει ἀπίστῳ ἐπαιρόμενος, *Is qui in bello ob res secundas exultat, non cogitat quam in fiducia se extollat.* Ratio apud Romanæ historiæ principem: *Simul parta, ac sperata decora, vnius horæ fortuna euertere potest.*

Theu. l. 1.

Liu. xxx.

694.

694. ——— *sed fata monentem* *Priuare fide,* ——— nihil verius, nihil certius ob nubilat, siquidem, imo adimit mentem hominibus, quos punire vult, supera illa mens, & cuiuscumque Deus fortunam mutare constituit, eius consilia corrumpit, egregiè ad Papinij nostri hanc sententiam Herodotus lib. ix. Ξεῖνε, ὅ, πᾶσι γρήσιμα ἐκ Θεοῦ μηχανᾶται ἀποτρέψαι ἀνθρώπους δὲ χρὴ πίστα λέγεσι ἐλπίδας κρείσσους, *O hospes qui diuinitus contingere debet homo à se nulla arte dispellet: ac ne verisimilia quidem dicentibus fidem habebit.* *Deus quando punire vult, mentem obnubilat.*

697. *quem crastina vulnere nostro*] nemo dubitabit saltem non imperitissimus, insigne mendum hic latere quomodo enim Meon, manibus exemptus vulnere Tydei? infacetè. Nihil itaque certius lectione veteris membranæ, *quem crastina munere nostro,* *Statius correctus.*

720. *Seu Pandionio*] id est Athenis. Pandion siquidem Erichtei Athenarum regis filius. Lucanus de Pallade, vti hic noster.

Et Pandionias qui cuspide protegit arces.

721. *Aonia diuertis Ithone*) Ithone oppidum Epyræ, Italiæ, Bœotiæ, Lydiæ, Thessaliæ fuit: vti ex Strabone & Stephano colligas. Noster Bœotio intelligit vt ex τῇ *Aonia* apparet, quæ pars montana Bœotiæ, est autem Ithone Bœotiæ Mineruæ antiqua sedes sedes.

722. *Libyco Tritone*] Palus apud quam natalem Mineruæ virgines celebrantes, certare inter se iudicris solebant. vnde & Tritonia Pallas dicitur, causam expressit Apollonius lib. iv. Argonaut.

ἠρῶσσαι Λιβύης πτολίεσσι, αἵ ποτ' Ἀθήνην,
ἦμος ὅτ' ἐκ πατρὸς κεφαλῆς θόρε παμφαίνουσα,
ἀντόμεναι Τρίτωνος ἐφύδασι κυλλώσαντο,
Egregiæ Libyæ Heroinæ Pallada quondam.
Cum patris à capite exiliit clarissima, parmam

Laue

Lauerunt Tritonis aqua, sordesq; puella

Apollonium sequitur Poëtarum vulgus, sed Pausanias atticis, & Herodotus Melpomene, Mineruam non Iouis, sed Neptuni & Tritonidis Paludis filium fuisse tradiderunt. Herodoti verba hæc sunt: πλὴν δὲ Ἀθήνας ἐν φασὶ Ποσειδέωνος εἶναι θυγατέρα καὶ τῆς Τριτωνίδος λίμνης: *Minervam*, inquiunt, *Neptuni fuisse filiam & Tritonidis Paludis.* Verum de his plus satis.

727. *reduce pateat mihi*) libri scripti sine dubio rectè.

Reduci pateat mihi Martia Pleuron. est autem Pleuron Ætoliæ vrbs, patria Thydei.

IOH BERNARTII
AD LIBRVM TERTIVM THEBAIDOS.

SCHOLIA.

Statius correctus.

vers. 18. (*Sic conserta manus*) Spuriam litteram hic adhæsisse structura orationis confirmat, legendum quippe: Si conserta manus. Sensus, ô segnes homines, qui vnum vincere nondum potuistis, si modò venistis ad manus.

24. *nec rudis vndarum portus, sed linquere amicos*
Parior Olenij frustra gradus impulit astri:
Tum fragor) ætatem hærebis nisi legas:
Nec rudis vndarum portus sed linquere amicos
Parior Olenei frustra gradus impulit astri.

Cum fragor) parua mutatio sententiam non parum illustrat.

50. —*haustaq; informis arena.*

Questibus implet agros) respexit morem priscum.

nam

nam non Iudæi solum, quod ex sacris literis notum, sed Romani & Græci, puluere in luctu sese adspergebant. Exempla rara apud auctores, extant tamen, Papinius passim meminit, lib. VI. *Ritus priscus in luctu.*

sedet ipse exutus honore.
Vittarum nexu genitor, squallentiáque ora
Sparsus & incultam feralí puluere barbam

eodem lib. *ipse regesta*
Parthenopæus humo vultũq́, oculosq́ madentes,
Obruit, accesit lachrymarum gratia forma.

libr. V. —*terraq́ & sanguine vultum*
Sordida & hoc lib. 3.
Canitiem impexam dira tellure volutans.

Virgilius lib. X. de Mezentio, in morte Lausi:
Agnouit longè gemitum præsaga mali mens:
Caniciem immundo deformans puluere.

& lib. XII. *it scissa veste Latinus.*
Coniugis attonitus fatis, vrbisq́ ruina,
Caniciem immundo perfusam puluere turpans.

Seneca Tragicus Troade:
Soluite crinem. per colla fluant
Mœsta capilli, tepido Troiæ
Puluere turpes parat exertos
Turba lacertos.

Ch. *coma demissa est.*
Libera nodo, sparsitq́ cinis
Feruidus ora.

58. *Vt plurimum inuisi*) legendum sine vllo dubio vt habent scripti codices: *vt primum inuisi.*

73. *& consanguineo gliscis*) non prima sua notione τὸ *gliscis*, accipiendum, pro *crescis*, sed pro *vehementer desideras*. Papinius etiam alibi pro exultat vsurpauit, libr. VIII. *Statius correctus.* *Gliscis noua notione.*

Spectat atrox hostile caput: gliscitq́ tepentis
Lumina torua videns, imò pro *sauire.*

Achil

Achil.1.*Hos vbi velle acies,& dulci gliſcere ferro*
Dux videt.

92.*Excuſſa procerum mentes,turbataq; muſſant*
Concilia)quam ſcitè ſeruitutem expreſſit, quæ ſub Tyranno ? verum ſibi dici non vult, & maximum regni bonum credit, quod facta ſua populus cogitur tam ferre quàm laudare Miſellus ! Equidem vt nunquam eſt obſcurum quando ex veritate, quando adumbrata lætitia facta Principum celebrentur, ita inuicta veritatis vis, in omnium animos lumen ſuum emittit, & illi ipſi qui eam opprimere nituntur, per latebras tandem quærunt. Fidem fecerit, vel vnus Tyberius, qui *quoquo modo dicta* (Taciti verba ſunt) *vulgari malebat.veritatiſque, cui adulatio officij, per probra ſaltẽ gnarus fieri.* Hæc crux interna, & Nemeſis quæ in penetralibus hæret. At quantò grauior quæ imminet à tergo ? enimuero—*quos cogit metus.*

Vis veritatis.

Laudare eoſdem red dit inimicos metus. Pulchra loquentes iidem in pectore prãua machinantur, adulatione ſibi fidem ſtruunt, vt cum magna mercede fallant,lubet itaque exclamare: Miſer eſt imperator apud quem vera reticentur.

106.*& nemorum Dodona parens.*) Dodonæum oraculum nemini paulo humaniori ignotum, à Pelaſgis conſtructum perhibetur. Primò quercum : deinde duas columbas reſponſa dediſſe aiunt. Tu ſi operæ tibi. Adi Strabonem libro VII. Homerum Odiſſ. ξ.Plutarchum Pyrrho & Pauſaniam Achaicis, Phocicis & Arcadicis. Qui Phænius & Peleæ filias, reſponſa dediſſe dicit, atque hinc fabulam de duabus columbis natam.

ibid.*Cyrrhæaq; virgo*) Apollinis oraculum in radicibus Parnaſſi montis oppido Cyrrha, à Cyrrha Nympha appellatum, *cum Criſſa* priſco nomine diceretur, & ita ab Homero vocetur, huic Circus adia-

Cyrrhæũ oraculum.

cet,

cet, in quo equestres Pythiorum ludi celebrabantur. Consule Pausaniam Phocicis.

127.---inuentaq; monstrant
Corpora procidua, super externosq; suosq;.

Hæ pressant in tabe comas) ab interpunctionibus pessimè affectum locum sic sanaui: *Corpora procidua super externosq; suósque.*

163. miserandáque funera) non displicet, veteres tamen consensu præferunt. *Numerandaq; funera*, ea mente credo, quia inter paucos ceciderant, non in magno prælio.

180. Sidonius ex quo hostes) Cadmus.

192. simili facto) rectius veteres: *similis fato.*

198. bina per ingentes) scitè, nam cum Thebe septem portas habuerit, vt ostendat Nioben XIII. proles amisisse, dicit bina funera per singulas portas elata sentit, vt video, cum Euripide, Ouidio, Sidonio, Seneca Tragico qui VII. filios, totidémque filias, Nioben habuisse, tradidere. Sed Homerus Iliad. vltimo, Propertius lib. II. tantùm XII. fuisse. Sapho verò XIX. Bachillides, & Pindarus XX. alij solùm tres, testatum reliquere. Consule Agellium lib. XX. cap. LXI. qui dissensus & nostro aberrare manum fecit: libro siquidem VI. non XIV. vti hic, sed XII. Niobes proles agnoscit:

—quo geminis Niobæ consumpta pharetris
Squallida bissenas Sypylon deduxerat vrnas.

203. Heu dominum) Acteonem.

204.---verso quod sanguine fluxit.

In subitos regina lacus) respexit fabulam, qua Dirce, Lyci Thebarum regis coniunx, ab Amphione & Zetho, Iouis & Anthiopæ filijs, causæ indomiti equi alligata & per terram diu rapta, tandem in sui nominis fontem conuersa fingitur.

214. Etheoclis asernat) inclinat animus credere

Leniter tentatus Statius.

Niobes proles.

Dirces fabulas.

Coniecturæ.

in Statio. scripsisse poëtam: *Etheoclis acerbat.*

Statius correctus. 227. *etiamnum efflare labores*) ita veteres vulgati: *etiamnum afflare.* quod spurium esse vt ego taceam, sententia loquitur.

248. *Ipse manu Thebas, correptaq; mœnia fundo*
Excutiam, versasq; solo super Inacha tecta
Effundam turres, ac stagna in cærula vertam.

Imbre superiecto) Leuiculum est: sed tamen melius quod Bussidianus & Langianus præferunt: *aut stagna.*

259. *Detumuere*) id est tumorem posuere. Dicam alibi opportunius.

268. *Bella etiam in Thebas socero pulcherrima bella, Ipse paras*) Quis vitium non videt? Socero ne Mars bellat parabat? nugæ, ipse socer erat, & filiam Hermonionem Cadmo iunxerat, quo magis miror nihil hic mutare veteres, tu meo periculo legas licet: *Bella etiam in Thebas socer ô pulcherrime, bella Ipse paras?*

290. *eiectat virus in herbas*) tangit fabulam qua Harmonia Veneris filia, cum Cadmo marito, in serpentem conuersa fingitur.

307. *genitalia fœdera Cadmi*) Lips. liber scriptus *gentilia fœdera Cadmi.* probè, nam affinitatis vinculo Cadmo adstrictus Mars, vti iam diximus.

316. *hos mihi ius*) Deus bone? leuis menda quàm densam sententiæ facit noctem? at dispellunt eam libri veteres, qui cum editione principe legunt, vt restitui, *hoc mihi ius.* De cuius lectionis bonitate dubitari à sano homine non potest, vulgata hic tam conuenit quàm in tragœdia soccus.

Templum Iunonis. 325. *Deuexat Prosymne*) Iunonis templum notat, in Euboo monte, cuius area Prosymna dicitur, ab vna ex Iunonis nutricibus, adi Pausaniam Corinthiacis.

326. *stant*

326. *ſtant fulti puluere crines*) id eſt. pleni ſunt. Siſennius lib. IX. *Cœlum caligine ſtat.* Varro Eumenidibus.——*denique auarus. Quis ſanus? cui ſi ſtet terra & traditus orbis, Curando tamen ac morbo ſtimulatus eodem, Ex ſeſe ipſe aliquid quærat, cogatq; peculi.* Lucillius Sat. V. *Interea ſtat ſentibus fundus.* pro eo quod diceres, cœlum plenum eſt caligine, ſi terra plena ſit, fundus plenus eſt ſentibus. *Verbum ſtare notatione.*

331. *aduerſo cui colla*) locus rectè habet, tantùm τὸ *aduerſo* interpretare: *aduerſarij.*

352.—*ſeruatoremq; cruentum*
Bebrycij nemoru) Amycum intelligit, qui aduenas in Bebrycio nemore, ad cæſtuum certamen prouocare ſolebat, eóſque ibidem, dolo interficere, qui tandem à Polluce & ipſe occiſus eſt.

367. *vitaq; nocens hæc vulnera cerno integer?*) Amplectior Lang. & Leod. ſcriptam lectio nẽ. *vitæq; nocens.*

374. *nec me adeo res dextra leuauit*) vtinam omnes non à ſupremis labiis, ſed è pectore, & vt ille ait ἐκ φρενῶν μυχῶ, hanc ſententiam vſurparemus, quàm bellè nobiſcum ageretur? vix afflauit melior quædam fortunæ aura, ſtatim æquales, dein ſuperiores, poſtremo noſtras ipſi ſpes anteire paramus, inſanis? & Comici verbo *lapide ſilice ſtultiores?* enimuero, quo *Fortuna altius.*

Euexit ac leuauit humanas opes,
Hoc ſe magis ſupprimere fœlices decet.

feri & inculti homines id ſciuere, qui animosè apud Curtium, inculcant, Regum maximo: *arbores magnas diu creſcere, vna hora extirpari.* imbibes tu qui infida fiducia te extollis, niſi ſeriò, ſed ſero plorare velis. quandoquidem non certius ſolem meridie lucere, quàm illud Tragici: *Lib. VII.*

Sequitur ſuperbos vltor à tergo Deus. *Suſpectus locus.*

380. *auditusq; iterum renocet Socer*) verſum in mor-

bo cubare, ego de via medicus pronuntio: sed destitutus à libris, Æsculapijs curandum relinquo.

Statius emaculatus.

490. neque vos auidi promittere bellum) nunquid rectius *auidi promittere bellum?*

405.— cui fida manu proceresq; socérque.

Adstupet oranti) ita vulgati, corruptè vt & cœco apparet, verum ex manuscriptis & editione principe planissimè emergit se veritas, *cui fida manus,* scripsisse ita Papinium non dubitabit qui rationem omnem nondum exuit aut sensum.

Amphiaraus vnus ex VII. qui ad Thebas pugnarũt. Melampus augur.

430. facta infecta loqui) ad illud Virgil. *tam ficti pravíq; tenax quam nuncia veri.*

452. Amphiaraë datur) vnus è septem ducibus huius belli, Oclei filius, quem tradunt rudem planè ac indoctum, cum in domo fatidica, quæ apud Phliasos est, vnam noctem obdormiuisset, statim diuinare cœpisse. Consule Pausaniam Corinthiacis.

453. Phœboq; Melampus) & hic augur magni nominis, meminit inter alios Homerus Odyss. λ. & o. Appolonius Argon. α: Theocritus Idyll. Y. hic ille qui furentes Proëti filias veratro nigrò vel albo, purgasse creditur, tu adi Strabonem lib. IX. qui de vtraque Anticyra atque Elleboro agens, Grammaticorum de ea re pugnam componit.

475. aut frondes lucis) quercum Dodonæam notat: Seneca, Hercule Oeteo — *quercus hanc sortem mihi Fatidica quondam dederat.* dixi alibi.

Hamonis oraculũ.

476. licet aridus Hamon) rectè aridus, quia in Lybia æstuosis admodum, arenosisque locis fanum eius extructum. De Hamonis oraculo si operæ tibi, adi Herodotum lib. II. & Q. Curtium lib. IV.

Branchas Apollinis filius.

478. Niliacumq; specus) Isidis oraculum respicit.

479. Branchus) Apollinis hic filius, qui à patre diuinandi artem accepisse fingitur, templum celebre habuit apud Possideum oppidum & promontorium Ioniæ.

Ioniæ, vide quæ notat Plinius lib. v. cap. xxix. & Strabo xiv. Luctatius Theſſalum fuiſſe ſcribit dilectum Apollini vt Hyacinthus.

480. *Pana Lycaonia*) de Panis fano & oraculo vide latè ſcribentem Pauſaniam Arcadicis, quem non exſcribo, illud breuiter & vno verbo, ſciat iuuentus, Lycaoniæ hic mentionem fieri, non Arcadiæ, quia olim magna Arcadiæ pars, ſeu vt alij volunt, tota Arcadia, Lycaonia dicta fuerit. Diagon verò fluuium, à meride in Alpheum influentem, contra Lynmantum montem, Piſeum agrum, ab Arcadico diuidere, vnde lucem petes præcedent. verſûi. *Oraculũ Panis.*

493. *læuuſq; tones*) ad ſuperſtitionem veterum, qui augiria ſiniſtra optima putabant, à ſinendo: dextra infauſta. Virgil. 11. *Vix ea fatus erat ſenior, ſubitóque fragore Intonuit læuum.* Noſter hic: *Si prohibes, hic necte moras. Dextrisq; profundum Alitibus prætexe diem.* Lux hinc Papinio lib viii. *Quis mihi ſydereos lapſus mentemq; ſiniſtri Fulguris?* trahes huc illud Virg. Bucolicis: *Sæpe ſiniſtra caua prædixit ab ilice cornix.* *Siniſtræ auguria fauſta.* *Virgilius explicatus.*

506. *Non fulminis ardens victor adeſt*) corrige ex codicibus ſcriptis & editione Principe: *vector adeſt.* tangit fabulam qua aquila fulmen ferre fingitur. Statius lib. ix.

—*Vtq; feri vectorem fulminis albus*
Cum ſupra reſpexit olor---

507. *Non venit auguryis melior, quàm vultur*) peſſimè affectum locum, facilè ſanabis, ſi ex veteribus libris mecum legas: *non venit auguryis melior, quin vultur*: Senſus. Aquila Ioui, coruus Phœbe, & noctua Mineruæ, ſacræ aues, ſecundi augurij iudices, nuſquam apparent: ſed vultures & ancipitres paſſim debacchantur. *Statius correctus.*

539. *ſubita face ſolis inarſit*) Capanei ſignum, qui fulgure perijt.

541. tenerae deponitis alae) Parthenopei pueri augurium.

542. hic hosti implicitus) Polinices designatur, qui implicitus fratri obiit.

543. hunc fuga retro voluet agens) Adrastus qui solus euasit ex regibus.

544. Hic nimbo glomeratus) Hypomedon qui aquis obrutus.

545. pascitur immoriens) Tydeus, qui moriens Menalippi caput dentibus lacerauit.

447. qui cadit, agnosco) Amphiaraus ipse, quem terra absorbuit.

Coniectura in Statio.

554. & parto nonnumquam stare quieti) Lips. liber *& porto*, vnde libenter fecerim: *portu:*

Statius correctus.

559. ac non prior) spuriam hic litteram irrupisse, attentus lector haud difficulter videbit, ego eam auctoribus libris reieci & restitui: *at non.*

567. inhonorus fronte sacerdos) placet magis scripta lectio Lipsiani codicis, cui assentitur princeps editio: *inhonorus fronde sacerdos*, adhæsit haud absimile mendum Appuleio l. 1. Metamor. *Equi sudorem fronte curiosè exfrico.* nubilosa sententia, & fallit me meum augurium, an inuenta veritas est? arbitror ego emaculandum: *qui sudorem fronde curiosè effrico.* τὸ *fronde* orationis ductus valde approbat, vocem *effrico*, ipse Appuleius inibi agnoscit: *sordium enormem eluuiem effrico.*

Appulleius correctus.

Statius emaculatus.

597.---Et tunicas chalibum squallore crepantes
Pectoribus tentare, alij cortinia lentant
Cornua) ita optimè veteres, vulgati omnes deprauatè *alijs---Cortinia.*

597. sperat tellus abrupta reuerti) Sicilia.

598. Capaneus) Et hic vnus ex septem Ducibus huius Thebani belli, Hipponoi filius, qui fulmine in oppugnatione vrbis occisus fingitur. Latè Statius lib. IX. & Pausanias Bœoticis, fabulæ causam dedit, quòd

quòd is primus fuerit, qui hostium muros, scalis admotis voluit conscendere, & in ipsa oppugnatione ictu lapidis fuit oppressus. Euripides: ἐκεῖνος (Capaneus.) ἐπλὰ πρὸς βάτης πυργοπέτας πύργων ἄνω δὲ ἐχῃ ἐναύτα τείχη μετρῶν. Vegetius lib. IV. *Qui scalis in obsidione vrbium vtuntur, frequenter periculum sustinent exemplo Capanei, à quo primùm scalarum propugnatio*, lego, *oppugnatio, perhibetur inuenta: qui tanta mole Lapidum fuit obrutus a Thebanis, vt fulminibus dicatur extinctus.* *Vegetius correctus.*

601. *manu progressus auorum*) lege meo periculo: *prægressus auorum.*

619. *Phœbeia ad limina ciuis*) manuscripti consensu, & quidem optimè, pro ingenio Capanei: *Plebeia ad limina ciuis.*

636. *quæ fati exordia cunctis*) Veteres omnes præter. Busl. *quæ prima*, vnde propè est vt credam scribendum, *quæ priua exordia cunctis*, vt sensus sit: quæ singularia exordia cunctis. *Prima* vetustè quæ nobis *singularia.* Lucretius lib. III. *Coniectura in Statio. Priua priscis singularia.*

Quod si fortè animus extrinsecus insinuari
Vermibus, & priuas in corpora posse venire
Credis, —— Lucilius Sat. I. *Ad cœnam adducam, & primum hisce abdouia thymi Aduenientibus priua dabo.* Idem: *Culiculæ accedunt priuæ centonibus binis.* vellem vocem hanc restitutam Appuleio Metamor. II. *Sunt, aio, prima huiusce diuinationis experimenta: nec mirum*, cui rei hic τὸ *prima?* si attendas sententiam turbare videbis, & scripsisse Apuleium: *Sunt, aio, priua.*

639. *non alias tam sæua mihi*) emacula fide iubente me: *sæue mihi.* *Diuinatio in Statio.*

650. *Et tua nonnunquam Tyrrhenus tempora circum Clangoreat*) reposui ex veteribus, structura orationis flagitante: *Et tua non vnquam.* Mens, ita nun-

quam tubam audias. Tyrrheni tubam inuenerunt, & ideo dixit: Tyrrhenus clangor.

Diuinatio in Statio.

774. *ne mihi tunc moneo*) rectius mihi videtur ad sententiæ lucem: *ne mihi te moneo.*

Statius correctus.

669. *aberit clementia Phœbi*) magis ex vero & decoro, si personam Capanei contemptoris Deorum respicias, scripta lectio: *aberit dementia Phœbi.* nec dubium mihi sic quin Papinius ita scripserit.

In Statio coniectura.

705. *quantus amor causæ*) suspectum mihi hic τὸ, *causæ*, & profecto si considerationis oculum propius admoueris, nullam idoneam sententiam videbis, libri non mutant, videtur tamen corrigendum, *quantus amor castæ.*

IOH. BERNARTII.

AD LIBRVM IV. THEBAIDOS, SCHOLIA.

Lariſſea arx. Minerua templum in ea. Simulachrũ ligneum Iouis omnino notandum.

Vers. 5. *de vertice Lariſſeo*) Arx Argiuorum, Lariſſa dicta à Pelagi filia, in qua fanum Mineruæ fuit, varijs signis exornatum, & imprimis simulachro Iouis nobile, enimuero hic ille Iupiter qui in Priami regia, sub Diuo positus, & ad cuius aram, capto Ilio Priamus confugisse, & à Pyrrho occisus scribitur: obtigit verò in diuisione prædæ, Stenelo Capanei filio, & hoc ipso in loco, ab eo, in rei memoriam est dicatus. Quod ideo noto, quia simulachrum hos duos oculos habebat, qua in parte eos homini Deus locauit, tertium verò in fronte. Author Agathacides Asiaticis, & Pausanias Corinthiacis, qui & causam reddit, dignam certò vt hic transcribatur, verba eius hæc sunt: *Habere autem tres oculos idcirco conijcere quis*

posit,

posſit, quod communis omnium hominũ ſermo regnare in cœlo Iouem prædicat. Sed & eum Deum qui ſub terra imperare dicitur, Homeri quidam verſus Iouem nominat.

Iupiter infernus ſimul & Proſerpina Diua.

Æſchylus quidẽ Euphronis filius, ipſum maris etiam regem, Iouem appellat, quare hac ductus ratione, quicunque illum fecit, tres ei oculos attribuit, vnum & eundem ſignificans Deum, tribus, quas Di tres ſortiti inter ſe dicũtur, mundi partibus imperare hæc ille Chriſtiana fide deſtitutus, Chriſtianæ religioni conuenientiſſima tradit.

6. oſtendit Bellona facem) capio Poëtæ mentem: non abs re tamen fuerit monere, occaſione tam huius arcis, quàm facis, Lyncem cùm de quinquaginta Ægypti filijs, vnus eſſet necis periculo liberatus, ad Lyrceum oppidum confugiſſe, atq; hinc face prolata, ſignum Hypermneſtræ dediſſe: ipſam etiam vicißim, à Lariſſa, protuliſſe facem, quo & ſe oſtenderet ſaluam, eamque ob cauſam Argiuos quotannis *feſtum facularum* ſolitos celebrare. Author Pauſanias Corinthiacis. *Feſtum facularum.*

16. & armatos ſimulat ſperare) in vitio verſum eſſe liquidò ex ſententia conſtat. Mens enim, ſimulaſſe vatem proſperum ſe ſucceſſum exercitui Argiuorum ſperare, non verò ipſos armatos ſperare, quo nihil potè ineptius, rectè itaque ex veteri membrana reposui: *& armatis.* *Statius correctus.*

34. nemoris regina ſonori) perſpicuè rectum, & ita in manuſcriptis & editione principe repperi, vulgati infacetè: *Nemoris regina ſorori.* *Iterum.*

43. Luctatur Arion) equus hic Adraſti, cuius in poſterum frequens fiet mentio Poëtæ de eo varia tradidere, nonnulli ex terra ortum aſſerunt. Antimachus Thebaida. *Arion Adraſti equus.*

Ἄδρᾶστος Ταλαῶ υἱὸς Κρηθηΐδαο.

Πεφνὸς Δαναῶν πρὸ ἑταίρετο ἤλασεν ἵππω,
Κηρόν τεραπτόν, Ἀρείοια Θελπυσίωνος.
Τὸν ῥά σ' Ἀπόλλωνος σχεδὸν ἄλτεος Οἰγαίοιο
Αὐτὴ γαῖα νέδωκε Σέβας θυητοῖσι ἰδέσθαι.

alij ab ipso Neptuno procreatum volunt, & huc trahunt illud Homeri:

Οὐδ' ἔχεν μετόπισθεν Ἀρείοια δῖον ἔλαυνεν.
Ἀδρήστου ταχὺν ἵππον, ὃς ἐκ Φεράων γένος ἦεν.

Virgilius Georg. 1. pugnantes sententias componere videtur, dum ait:

---tuq; ô cui prima frementem
Fudit equum, magno tellus percussa tridenti Neptune.

Si modò Arionem hunc intelligit, & prodiisse vult in certamine hoc cum Pallade. Noster Papinius lib. vt nihil nisi domitum à Neptuno scribit:

Ducitur ante alios rutilæ manifestus Arion
Igne iubæ. Neptunus equo (si certa priorum
Fama patet) primus: teneru lasisse Lupatis
Ora, & littoreo domitasse in puluere fertur.

Luctatius verò, passim à Neptuno & Cerere, Arionem procreatum tradidit. Sed de his nugis plus satis, tu si otium tibi, adi Pausaniam Arcadicis.

Charadri fluuij mira vis.

46. *spumantem valle Charadrum*) fluuius Archiæ, quo (Pausania teste) quæ verno tempore potarũt pecudes, mares gignere creduntur fœtuum partem maximam.

Leo Cleonæus.

47. *turritæ mole Cleonæ*) media inter Corinthum & Argos vrbs, à Cleone Pelopis filia, seu, vt alij volunt. Asopi filia appellata adiacet huic vrbi Leonis Nemei, ab Hercule interfecti, specus, quare & idem Leo, à Poëtis Cleonæus dicitur Lucanus: *ille Cleonæi proiecit terga Leonis.* Statius lib. 1.

Illius en speciem quem per Teumesia Tempe
Amphitrioniades fractum iuuenilibus armis
Ante Cleonæi vestitur prælia monstri.

48. *& Lacedæmonium Thyre lectura cruorem*) Historica

ſtorica face opus, ad illuſtrandum hunc locum, quem peto ex Stobæo, apud quem Theſeus ſermone de Fortitudine: *Lacedæmonij* (inquit) *& Argiui, ſuper Agro Thyræo certabant, viſumq; eſt eligere trecentos vtrinque, & qui ex ijs victores fuiſſent habere agrum. Quo facto Orthyades Lacedæmonius, multis interfectis, & ipſe ſaucius, inter mortuos Lacedæmonios iacuit. Duo autem Argiuorũ, Agenor & Chromius ſuperfuere, quibus digreſſu Argos, vt victoriam nunciarent,* Ορθυάδης, verba Stobæi ſunt, πολλὰς λαβὼν σκύλας τῶν πολεμίων, τρόπαιον ἔστησε, καὶ χρησάμενος τῷ τῶν τραυμάτων αἵματι ἐπέγραψεν, Λακεδαιμόνιοι κατ' Ἀργείων. καὶ τοῦτο πράξας ἀπέθανεν. *Orthyades ſpoliatis pluribus hoſtium, trophæum erexit, & vſus vulnerum ſuorum ſanguine, inſcripſit Lacedæmonij de Argiuis: & hoc facto obijt*, refert hæc eadem Plutarchus in Paralelis, quem vide, nam non Papinij noſtri ſolùm, ſed & Flori verbis ab hac re lumen, lib. 11. cap. 11. de Calphurnio Tribunio: *Hoc illuſtrior noſter, quod expeditioni tanta ſuperfuit & ſuperuixerit, licet nihil ſcripſerit ſanguine*, notarat idem hoc Orthyadis factum, nec vnquam capies eius mentem, niſi hiſtoriam hanc ſcias.

Occultior in Statio intellectus.

Orthyadis factum.

70. iam laſſa ceruice) veteres *iam laxa ceruicę*, quod non diſplicet. Senſus, ceruice non pingui, ſed macie & pendenti pelle deformi.

Statius leuiter correctus.

91. Ægion Aranénque) ſcripti Codices & quidem benè *Ægion Arenénque*. Arene ſiquidem Meſſeniæ vrbs, condita ab Apharæo, filio Corphones, Perſei filiæ, qui ei ab vxore ſua Arena nomen impoſuit, vt Pauſanias Meſſenicis tradit.

Arena vrbs.

103. Fletaq; cognatis auibus) fabulam reſpicit, qua Meleagri ſorores, in aues mutatæ finguntur.

106. Herculea turpatus gymnade) Duellum notat quod inter Acheloum fluuium, & Herculem, pro Deianira, fuiſſe, Poëtæ tradidere.

107. ad

Correctus Statius.

107. *adhuc imis*) Lectio hæc à libris scriptis est vulg. *adhuc imos*, adulterina est, vt vel puer viderit. quare fidenter eam lege Iulia rejicio.

Iterum.

129. *tremit ærea classis*) locum hunc sincerum esse non ipsi fidei crediderim, quare & sine vlla hæsitatione expressi scripturam veterem, & editionis Principis: *tremit ærea cassis.*

Diuinatio in Statio.

131. *ferea suta terunt*) Loricas notari mihi compertum, locum tamen sanum esse præstare non ausim. nulla discrepantia in libris, fateor nec quicquam sollicito, solum moneo rectius videri: *ferrea suta tegunt.*

134. *Quinquaginta ardent thalami pater ipse cruentis*
In foribus laudatq; nefas, atque) interpunge — *thalami, pater ipse cruentus In foribus, laudatq; nefas atque inspicit enses.*

139. *& vtroque refringens pectore*) homines & equi.

147. *Antiquam Tyntha Deus*) Hercules.

158. *Deus audit ab Oeta*) decorè: quoniam in Oetea silua crematus Hercules. Seneca Tragicus.

Hercules vbi crematus.

Vt pressit Oeten, ac suis oculis rogum
Lustrauit, omnes fregit impositus trabes.

Cicero, Tuscul. quæst. lib. 11. *Aspice Philoctetum: cui concedendum est gementi, ipsum enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem.* Papinius ipse Hercul. Surrentino.

—ceu tadis iterum lustratus honesti
Ignis, ab Oetea conscenderis æthera flamma.

160. *victa Molorchi*) Arcadicus hic senex, qui Herculem ad Nemæi Leonis expugnationem proficiscentem comiter excepit. Tibullus lib. 1v.

Quin etiam Alcides Deus ascensurus Olympum,
Læta Molorchæis posuit vestigia tectis.
Paruaq; cœlestes pacauit mica, nec illis
Semper inaurato taurus cadit hostia cornu.

Noster more suo, ita hæc descripsit, vt nullus Apel-

les

les in tabula repræsentare posset euidentius, verùm glossographi, vti solent, debaccati, spuriam hanc lectionem intruserunt.

Gloria nota casæ, foribus simulata salignis.
Hospitis arma Dei: paruoq; ostenditur auro.
Robur vbi, & lassos qua reclinauerit artus
Ilice, qua cubiti sedeant vestigia terra.

Statius emaculatus.

Longè enim aliter concepta est vetus scriptura:

Gloria nota casæ, foribus simulata salignis
Hospitis arma Dei: paruoq; ostenditur auro,
Robur vbi & laxos qua reclinauerit arcus
Ilice, qua cubiti sedeant vestigia terra.

concinniùs profectò & elegantiùs Sensus ostẽditur locus in quo clauam, ostenditur arbor ad quam arcum deposuit, ostenditur terra, cui vestigia cubiti iacentis Dei impressa.

Matres texebant chlamides militares.

175. Horrendum non matris opus) nota morem priscum, quo inualuerat, vt matres texerent chlamides militares filiorum Noster lib. VIII.

———*triplici velauerat ostro*
Surgentes etiamnum humeros, & lauia mater
Pectora. Idem lib. IX.
Ipse bus Oebalio saturatam murice pallam,
Lucentesq; auro tunicas (hoc nexerat vnum
Mater opus) tenui collectus in ilia vinclo
Cornipedis læuo clypeum demiserat armo.

186. Et illustres Satyro pendente Celænas) Marsyam intelligit, qui ausus Apollinem ad certamen prouocare, victus & excoriatus est, adi Ouidium VI. Fast.

Firmata sententia viri docti.

202. sat dubium cœtu solante) nihil hic scripti, assentio tamen viris doctis, & omnino legendum existimo, *sat dubium calatho solante*, neque enim decorum pudicæ matronæ cœtus frequentare, aut tali solatio vti absente marito, Argiam decebat. Planè vt absurdum videatur, decoris obseruantissimum Poëtam

hoc

hoc ei adfixiſſe. Noſtram verò coniecturam veterum mos firmat, quo receptum vt etiam regum filiæ, lanificio manus admouerent. Alexander apud Curtium ad Syſigambin matrem Darij: *mater hanc veſtem qua indutus ſum, ſororum non ſolùm donum ſed etiam opus vides, noſtri decepere me mores.* Seneca Hyppolito in perſona Phedræ:

——Palladis tela vacant
Et inter ipſas penſa labuntur manus.

apud Romanos certè matronæ priſcæ ita lanificiis deditæ fuere, vt in fœdere inter Romanos & Sabinos (Plutarchus in Romulo auctor) lex eſſet: vt volentes nuptæ apud viros, quibus coniunctæ erant, manerent, omnium operum ac munerũ vacationem, præterquam lanificij habituræ. Moris etiam erat, vt nouæ nuptæ, quando ad domum mariti deducebatur, colus compta cum fuſo & ſtamine præferretur Plinius lib. VIII. cap. XLVIII. *Lanam cum colo & fuſo Tanaquil, quæ eadem Cicilia vocata eſt in templo Sangi duraſſe, auctor eſt M. Varro, factamq; ab ea togam regiam undulatam in æde Fortunæ, qua Seruius Tullus fuerat vſus. Inde factum vt nubentes virgines comitaretur colus compta cum fuſo & ſtamine.* Et ſicuti Græci *Hymenæum* in nuptijs inclamare conſueuerunt, ita Romani *Talaſſionem*, vnde Martialis.

Nouæ nuptæ Colus prælata.

Inclamatio Thalaſſionis in nuptijs.

Quid ſi me iubeat Talaſſionem
Verbis dicere non Talaſſionis.

cuius vocis originem ad Lanificium refert Varro: quem ſequitur Feſtus: *Talaſſionem Varro, ait, ſignum eſſe Lanificij,* τάλαρον *enim, id eſt, quaſi filum appellari Talaſſionem*: aliter tamen Atilius vetus Hiſtoriarum ſcriptor, Liuius libro 1. Seruius ad 1. Æneid. & Euſebius Chronicis, qui vocem hanc ad omen referunt, & à Talaſſio deducunt, cui coniugium valdè fœlix fuit, rapta virgine vnicæ pulchritudinis, tu eos vide,

vide, ego in gradum redeo.

203. *Aris aduertere crines*) subscribo cognato meo, doctissimo Lipsio, legenti: *Aris aduertere crines*, non firmabo, fecit ante vir magnus Elect. II. cap. VI.

230. *Hinc atque inde moræ iaculis*) non concoquo hæc verba, nisi fortè intelligit, manus impeditas fuisse & occupatas iaculis.

241. *patria arua laccssunt*) nemo damnet, scripti tamen codices consensu agnoscunt: *patria arua*, quòd magis arridet.

Virgilius:— *& Zephyro putris se gleba resoluit.*
Statius lib. VIII.— *niueoq; rigant sola putria nimbo.*
& libro VI.— *huic putri præter tellure iacentem.*
& libro III.— *tunc fessa putri rubigine tela.*
Seneca epist. XII. *Quid mihi futurum est si tam putrida sunt ætatis meæ saxa?*

248. *Parthenopæ rapis*) cuius hic fuerit filius non tam in procliui est quàm imber cùm pluit. Duæ si quidem apud Poëtas celebrantur Atalantæ, Arcadica vna, Iasij: Bœotica altera, Schœnei filia. Noster Parthenopæi matrem Atalantam Arcadicam fuisse, disertè tradit Diodorus Atalantam Bœoticam, seu Schœnei filiam pro nostro stat Ælianus de varia Historia, & Scholiastes Theocriti, pro Diodoro Oppianus: *Parthenopæus & Adrasti pallentis imago*: non Atalantæ, sed Menalippæ filium Parthenopæum fuisse, contendit, adi elegantissimi M. Antonij Mureti in Propertium Scholia. *De Parthenopæo scriptorũ dissensus.*

269. *Cydonea corythos*) thecam sagittarum intelligit. Papinius lib. X. *Corythos theca sagitarij.*

— *cœlestibus implet corython telis.*

Virgilius: — *corythiq; leues humeris, & letifer arcus.* quod notandum tyrunculis, ne à Nonio decipiantur, qui Corython non pro theca, sed sagitta accipit, de dissensu auctorum in vocis huius ortographia, consule *Nonij lapsus.*

sule eruditissimi M. Antonij Del Rio in Herculem Furentem Senecæ commentaria.

272. *Cornipedem trepidos suetum prauertere ceruos*
Velatum gemina deiectu lyncis, & arma
Mirantem grauioris heri, sublimis agebat
Dulce rubens, viridiq; genas spectabilis æuo,
Arcades huic veteres astris, lunaq; priores) obserua τὸ *deiectu*, pro pelle & simul tolle vitiosissimam interpunctionem:----*heri sublimis agebat,*

Arcades priores Luna Poëtis.

Dulce rubens, viridiq; genas spectabilis æuo,
Arcades huic veteres, astris lunáque.

275. *Lunaq; priores*) respexit fabulam, quā Luna nata fingitur, paulo ante bellum, quod ab Hercule, aduersus Gigantes gestum, patrémque habuisse Pallantem quédam, vt tradidit Homerus (siue quiscumque auctor hymni in Mercurium) aut Hyperionem, vt existimauit Hesiodus Theogonia, aut Solem ipsum, vt scripsit Euripides in Phœnissis, in eo certè pleriqué conueniunt, Arcades ante Lunam natos. Apollonius IV. Argon.

Οὐδέ τι τῶν Δαναῶν ἱερὸν γένος ἦεν ἀκοῦσαι
Πευσομένοις οἷοί θ' ἔσαν Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες,
Ἀρκάδες οἱ ἴχ προτέρη Σελήνης ὑδέοντας,
Ζώειν φήγινα ἔδοντες ἐν ἀγρίοις.
Nulli erat auditum Danaum genus Apidanenses
Arcades at soli fuerant olim: Arcades illi.
Qui lunam superare ferunt se tempore & annis,
Cum glandes ederent dispersi in montibus altis.

quo quidem in loco Scholiastes Apollinij, Arcades. Proselenos (quasi antelunares dixerim) ab Aristotele vocatos scripsit.

276. *nemorum vos stirpe rigenti*) Manuscripti consensu: *nemorum quos stirpe rigenti.* tangit fabulam vulgatam, qua priscis temporibus, homines ex arboribus nati finguntur. Noster Papinius hic:

—Quer

—*Quercus, Lauriq; ferebant*
Cruda puerperia, ac populos umbrosa creauit
Fraxinus, & fœta viridis puer excidit Orno.

288. *Aleæ memorale minervæ*) ædificauit hoc templum, Aleus Aphidantis filius Arcadiæ Rex interiecto deinde tempore, cum prius illud subito igne conflagrasset, aliud ipsi sibi ciues erexerunt, magnitudine & structura admirabili, describit latè Pausanias Arcadicis, ad quem te remitto, tantum moneo. Mineruæ Aleæ signum ex ebore fuisse, & ab Augusto Cæsare, debellato Antonio eiusque partibus, inter quos Arcades propè omnes fuere, exceptis Matinensibus, Romam translatum, & in aditu eius fori, quod ab eodem Augusto dedicatum est, positum. Mineruam Aleam vero vocari apud Græcos reliquos, quod diceretur in deorum cum Gigantibus pugna in Enceladum Bigas immisisse, auctor Pausanias dicto loco. *Minerua Alea*

289. *qui tibi Phytræ Ladon—penè socer*) fabulam Apollinis &, Daphnes tangit, & *penè* dicit, quia ante concubitum in Laurum conuersa.

294. *grata pharetrato*) respicit fabulam, qua Iupiter in specie Dianæ fingitur concubuisse Calisto Ladionis filiæ.

299. *& æriſonum Stymphalon*, nubiloso loco, lucem petes à fabula, qua vulgatum Herculem Stymphalidas aues, humana carne victitantes, ærei crotali à Pallade accepti tinnitu, fugasse. Vt Nonius in Dionysiacis, Pisander Camiræus. Charon, Lapsacenus, & Seleucus in Miscellaniis tradiderunt. Seneca tragicus tamen à Medea, Hercule furente & Oeteo, Ouidius denique & alij sagittis interemptas volunt, quibus & Euphorbus subscribit, dum inquit. *Stymphalium fabula.*

Deijcit horriſono quinctо Stymphalidas arcu. adi Strabonem lib. VIII. Pausaniam Arcadicis. Diodorum V.

Statius correctus.

406. *ille Lycaoniæ ritu*) potius est scribi ex manuscriptis: *ille Lycaoniæ rictâ caput asperat ursæ:* nam alicuius feræ pellem, pro galea, capiti imponere, antiquis vsitatum: certè galeis inducere. Silius lib. III.

——— *ore ferarum.*

Et rictu horrificant galeas. Noster lib. 7.

Tela rudes trunci galeæ vacua ora Leonum.

308. *Funereæ tum namque dapes*) respicit ea quæ de Thyeste & Atreo fratribus traduntur.

317. *prædatoris equi sequitur vestigia tigris*) equum pro equitante posuit.

331. *Mirabar cur templa mihi tremuêre Dianæ*
Nuper & inferior vultu Dea visa, sacrisque
Exuuiæ cecidere tolus, hinc segnior arcus) enucleata ex veteri membrana.

Mirabar cur templa mihi tremuisse Dianæ
Nuper & infesto vultu Dea visa, sacrisque
Exuuiæ cecidere tolis, hoc segnior arcus.

priora clara sunt, in tertio versu omnia recensere pergit (vti vides) & inter omina, refert *segniorem arcum*, bene itaque libri: *hoc segnior* non vti vulgati: *hinc segnior.*

Eleutheria sacra.

373. *arsisse Plateas*) oppidum Bœotiæ, apud quod quinto quoquo anno Eleuteria, maximis de cursu propositis præmiis, celebrari solent. Incolis etiam huius oppidi solemne, septimo circiter anno, dies festos celebrare, quæ *Dædala* nuncupantur à simulachris ligneis, originem & ritum latè describit Pausanias Bœoticis, quem adi, sunt enim vberiora quam vt huc transferantur.

Statius correctus.

376. *cui non est scire*) auctoribus scriptis libris litterulam pelle, & rotundissimam gnomen efficies, quæ vulgi ingenium pulcherrimè notat.

——— *cui non & scire licentia passim,*
Et vidisse fuit.—Tacitus in hanc sententiam

Anna

Annalium II. *Vt quis ex longinquo reuenerat, miracula narrabas vim turbinum, & inauditas volucres, monstra maris, ambiguas hominum & belluarum formas, visa, siue ex metu credita.* Idem propius Histor. I. *Vagus primum & incertus rumor mox, vt in magnis mendaciis, interfuisse se quidam & vidisse adfirmant: credula fama inter gaudentes & incuriosos.* Lucanus I.

——— *Sic quisque pauendo*
Dat vires famæ: nulloq; auctore malorum
Quæ finxere timent.

378. Syluestru regina chori) pede presso Virgilium sequitur, qui eadem prorsus de Amatha, Latini vxore, tradidit libr. VIII.

417. & odori sulphuris.) ita omnino legendum ex scriptis codicibus vulgati: & *odoru sulphuru aura.* *Statius correctus.*

453 & Æacos imbres) mei.

481. tu separe cœtu. ea notione dixit, qua *dispare cœtu.* genus loquendi à paucis vsurpatum, quod equidem meminerim.

492. & vellera pressat, an non rectius & vellera prensat?

501. quibus hunc sacrauimus ignem) Lipsij liber, *quibus hunc saturauimus ignem.* victimis videlicet iniectis & combustis.

511. aut ægras functorum carpere fibras) Magorum ritum tangit Appuleius libr. II. *Sed & busto & rogi reliquiæ quædam, & cadauerum præsegmina ad exitiabiles viuentium fortunas petuntur.* Tacitus Annalium II. *reperiebantur solo ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina & deuotiones & nomẽ Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres, ac tabe obliti, aliaq; maleficia, &c.* credo crimen hoc notare Theodosium & Valentinum Imperatores, LVIII. C. de Repud. *Vir quoque pari fine claudetur, nec licebici sine causis apertè designatis, propriam repudiare ingas* *Veneficorum mos*

lem,nec vlla modo expellat,nisi adulteram,vel veneficam, aut homicidã,aut plagiariam, aut sepultorũ dissolutricẽ.

545.Lacte quater sparsas)Tib.lib.1.

Iam ciet infernas magico stridore cateruas,
Iam iubet aspersas lacte referre pedem.

567.his aui mensura dies) quia vnum tantum diem vixerant.

560.——ipse etiam melior,cum sanguis opertas
Inspexi sedes Hecate ducente priùs,quam
Obruit ora deus)interpunge:
——*ipse etiam melior cum sanguis opertas*
Inspexi sedes Hecate ducente,priusquam

561.fletique nepotes) Pẽtheus Actæon & melicerta.

563.respectantem arcus)Fabulam Athamantis tãgit.

564.oppositis Semelen à ventre lacertis) timens prolidum fulmine periret.

570. tristem nosco Lycum) Dirces maritus ab Amphione & Zetho interfectus.

571.Æolidem)Sisyphus.Homerus Iliad.ζ.

Σίσυφος Αἰολίδης ὁ δ' ἄρα Γλαῦκον, τέκε δῖον

573.mutat Aristæo genitus)Actæon.

589. Prætusq; nocens) quia Bellerophontem, innocentem iuuenem, voluit occidere.adi Homerum Iliad.ζ.

590. truncatusq; Pelops) fabulam respicit qua filium Pelopen Tantalus diis epulandum, apposuisse fingitur,Cererémque humerum depastam.

Statius correctus

593.hic grege cõdenso) Emendatio à libris est vulg. *hi grege condenso,*

598.præsignem Meonalauro) vetus: *præsagum*, rectè, quia Vates

641.sontes lege moræ) non variant libri. glossemate tamen infectus locus,nisi fallor.

640.terræ monstra, Deumque —Tela manent) Amphiarai & Capanei obitum tangit. hunc enim terra absor

absorbuit, illum fulmen occidit.

653. tibi arniferos geminæ iam sidere bruma
Orgia. ferre Getas, canumq; virescere dorso
Othrin & Icharia Rhodopen assueuerat vmbra)

Bruma pro anno

Icharia vmbra pro vino.

Duo hic notanda, brumas pro *anni:* poni eleganter sanè, quia apud Getas: *Semper hyems semper spirantes frigore venti.* Deinde obseruandum *Ichariam vmbram* pro *vite* positam. Luctatius: *Icharus comes liberi, qui a Libero vini vsum mortalibus vt traderet sumpsit, quod cum pastoribus exhibuisset potandum, ebrij facti, putantes se veneno tentatos, Icharum interemerunt.*

659. sunt illic ira furorque, &c.] optimus Poëta seriò agens, quod agere non videtur, pessimæ matris Ebrietatis, pessimas proles indicat: possem ad vitæ huius correctionem multa adferre, sed ne extra chorum saltare videar, solum cum Q. Curtio dicam: *magnum illum Alexandrum ingentia animi bona, illã indolem qua omnes reges anteceßit, illam in subeundis periculis constantiam, in rebus moliendis efficiendisq; velocitatem, in deditis fidem, in captiuis clementiam, in voluptatibus permißis quoqæ & vsitatis temperantiam, vnius vini cupiditate perdidisse.*

Ebrietas omnium vitiorum parens.

690. Phœbus ad hæc summo] optimus liber scriptus Lipſ. Phœbus *ad hoc summo*, quod valde amplectimur, *ad hoc* pro *præterea.* Terẽtius Adelphis: *Satis adhoc tua nos frustrata est fides:* Tacitus Hist. 1. *mihi adhoc numeri.* adi Salustium qui frequentissimus in hac phrasi.

812. ab agmine primo] expressi scripturam libri veteris, vulgati inficetè, si sententiam introspicias, *ab agmine primus.*

833. perfurere] perspicua veritas, & ita in codicibus scriptis reperi, vulgati sine dubio deprauatè *præfurere.*

Coniectura in Statio.

844. ——— raptasq; alio de fonte refundit.
Arcus aquas] Lipſ. liber scriptus: *portásque*, quæ

lectio etsi nec ipsa sincera, propius tamen ad veritatem & germanam lectionem accedit, quę vt mihi quidem videtur, est: *potaſq; alio de fonte refundit.*

Arcus aquas. Plautus Curculione:

Ecce autem bibit arcus, pluet credo
Hercle hodie. Prop. libr. 3.
Purpureus pluuias cur bibat arcus aquas.

IOH. BERNARTII AD LIBRVM QVINTVM THEBAIDOS.

SCHOLIA.

Statius correctus.

Vers. 4. *rediere viris animique, minaque.* *Votaq;*,) interpungo: *rediere viris animique minaque Votaq;.*

14. *aruiſq; volant.* pauxilla menda totam sententiam turbat. veteres agnoscunt, *aruiſq; volant*, id sincerum esse ipsi vanitati crediderim: itaque non dubitaui in contextum recipere. Hyperbole est, nam vt multitudinem gruum significet, dicit illas vmbræ fuisse fretis & aruis.

Diuinas pœnas sẽ per experiri impios.

59. *mouet & cœlestia quondam*
Corda dolor, lentoq; irrepunt agmine pœnæ) pulcherrima & verissima gnoma, pœnam quam omnes improbi deo debent: interdum omittit, sed non remittit: ampliat quosdam in iusto suo iudicio, sed non absoluit: debitum statim non exigit, sed cum fœnore soluendum differt. Tibullus.

Ah miser & si quis primo periuria celat,
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Papinius hoc libro: *sed diuum saua per aquor.*

Iusticia & pœna scelerum aduentare videntur.

& VI. *Sed viaet hoc, videt ille Deum regnator & ausis*
Sera quidem manet ira tamen.

Horatius: *Raro antecedentem scelestum*
Deseruit pede pœna claudo.

Quid rarò? imò nunquam, acutissimè magnus ille Plato, v. de lege. Τιμωρία δὶ ἀδικίας ἀκόλουθος πάσης, ἥς, ὁ τε τυγχάνων, καὶ μὴ τυγχάνων, ἄθλιος, ὁ μὲν οὐκ ἰατρευόμενος. ὁ δὲ ἵνα ἕτεροι πολλοὶ σώζονται, ἀπολλύμενος. *Omni iniustitiæ pœna comes est, quam & qui luit & non luit miser est, hic quidem quia non sanatur, ille autem quia vt alij multi salui sint interit.* Quo igitur soluamus nomen quo obstricti sumus supero huic Creditori, cui nemo vnquam decoquet? audiamus Senecam Christianè monentem, Epist. XXVII. *Hoc tibi circa diem mortis præsta, moriantur ante te vitia. Nam sola virtus præstat gaudium perpetuum, securum.*

71. *motus Hymen, versæq; faces.*) alludit ad ritum priscum, non tamen me iudice, ad vulgatum illum quo in luctu receptum, vt magistratum insignia inuersa præferrentur. quod huic loco non conuenit. sed acutissimè more suo, in hac alienatione mulierum à maritis, & odio potiùs, quam dolore, respexit morem quo transfugæ in exercitu, signa vertebant, & arma. Ammianus. lib. XXVI. *Eúmque secuti complures iam gladios quatientes & pila ad Imperatorem transeunt, cum vexillu scuta peruersa gestantes: quod defectionis signum est apertissimum.*

86. ——— *Quater axe sereno*
Intonuit,) Lactatius: *Omnis impar numerus prospera significat, & viuis ascribitur, par infausta, & mortuis datur. Hinc Virgilius notans rem infaustam, & mortem pronunciari prædicans, inquit, quater ipso, in limine portæ subsistit, atque vtero sonitum quater arma dedere.* Hæc ille, etsi fusiùs, an rectè? videtur noster in funere Ar-

Inuersio armorũ defectionis signum.

chemoris: *quater horrendum pepulere fragorem*

Arma: *quater mollem famularum brachia planctum.* at ecce? inibi, *Ter curuos egere sinus*, inquit, & quod magis in infaustissimo illo duello Pollinicis & Etheocleis, ait: *Te nigris auidus regnator ab oris intonuit.* ego me soluo iudicato isto.

108. turpémque iuuentæ.

Diuinatio in Statio.

Flore situm.) Dubius locus, & forte an corruptus, nisi Poëtis vsitato loquendi genere τὸ *in* subaudias. vt sensus sit, si tædet turpem situm in flore iuuentæ perferre, scriptus codex supra eadem manu & editio princeps agnoscit: *Ferre situm*, mihi non displiceat legi: *flere situm.*

118. Virginibus dare tela pater lætusq; dolorum

Vitiosa distinctio sublata.

Sanguine securos, inuenum perfundere somnos?) Danai & Ægypti historiam tangit, scio sed quid, dolorum sanguine perfundere somnos? nugæ. Tu me audi interpungentem: *lætusq; dolorum,*

Sanguine securos iuuenum perfundere somnos,

121. Rhodopæia coniux) Progne.

136. somnosq; super) super somnos ea notione dixit qua vulgariter diceremus, *dum dormio*, vel *inter dormiendum.* noster lib. I.

Non super hos diuum tibi sum quærendus honores.

id est, *inter honores.* Iuuenalis Sat. XI.

Tale super cœnam facinus narraret Vlysses.

id est, *inter cœnandum.* Phrasis Suetonio vsitatissima. Nerone cap. XXII. *A quibusdam ex his rogatus, vt cătaret super cœnam* & Vespasiano XXII *Et super cœnă autẽ, & semper aliàs commissimus, multa loco transigebat.* ac passim alibi. Curtius etiam lib. VIII. *Pudebat amicos super vinum & epulas socerum ex deditis esse electum.*

140. dum tempus agit rem) id est dum opportunitas sese offert.

Virgilius: *iam tempus agit rem.*

136. me

136. *mouet ostia belli*) ita ex scriptis legendum: non vt vulgati, *hostia* Homerus Iliad τ. *Statius correctus.*

——— περὶ πολέμου θύρας δυμένας αἵματος ἔντος;

Ennius & ex eo Horatius:

Belli ferratos postes, portasq; refregit.

Virgilius: *Claudentur belli portæ.*

176. *& in nullis spirat deus integer extis* Luctatius: *est quodam in extis signum quod Deus appellatur, quod si integrum apparuerit, propitium numen ostendit, sin vero dimidium, iratum significat, aut certè non præsens.*

203. ——— *Scythicos armenta per agros.*

Hircanæ clausere leæ) suspecta lectio, quomodo Hircanæ leæ in Scythia? nusquam factum, aut leas in Scythia alibi legi. Lip. liber *scitios* rescribam *siccos armenta per agros.* De hoc ita pronuncio, vt tamen legis Valeriæ beneficium non tollam. *Diuinatio in Statium.*

217. *& indigno soluit sua brachia collo*) diuersa planè sententia in Buslidiano codice extat, & si connexionem orationis respicias, verior: *& indigno non solui brachia collo.* *Statius emaculatus*

222. *obliquumq; à patre genus*) quia ex concubina natus Lucanus: *Obliquo maculat qui sanguine regnum, Et Numidos contingit auos.*

269. *distinxerat vna*

Nubilus) nubilosus à mala interpunctione locus. quid enim vna nubilus? Neuij buttubatta lege: *Vitiosa distinctio sublata.*

——— *distinxerat vna*

Nubilus, indignumque oculis linquentibus imbrem.

289. *illa qua rara silentia, porta*

Stat funesta Venus, ferroq; accincta furente;

Adiuuat.) adumbratus ex Virgilio locus lib. 11.

Hic Scææ sæuissima portas

Prima tenet, sociúmque furens à nauibus agmen

Ferro accincta vocat.

248. *Succedam curru: ita fatus in æra rursus*

Soluitur & noſtros viſus accentibus vmbris,
Mitis iter longè clarauit limite flammæ.

lectio hæc à libris ſcriptis, & editione Principe eſt, à quibus in manifeſta veritate diſcedere religio fuiſſet vulgati malè præferebant. *Secedam curis, ita fatus in aera rurſus— Soluitur, & noſtrum, &c.*

Clarare quid. Plauto, Lucretio & Auſonio lux.

Clarauit) id eſt, *illuſtrauit*, ſeu *clarum fecit*. Plinius Moſtellaria: *ſpeculo claras, clarorem merum*. Lucretius lib. III.

Atque anima claranda meis iam verſibus eſſe

Idem lib. IV. *Clarandum eſt planè ſi res exponere aggemus*. & lib. V. *Claricitat latè ſilentia ſæcla ferarum*. Auſonius: *Pollet Ariſtides veteres qui clarat Athenas*.

322. *Nos tantum)* ita veteres vulgari, *nox tantum*. de cuius lectionis corruptione dubitari à ſobrio homine non poteſt, quid enim malum hic τὸ *nox?* cum paulo ante Poeta ſcripſerit: *Exoritur pudibunda dies*.

324 *ſceptrum ſuper arma patriſq;*
Iniicio,) optimè veteres, *armaq; patris*.

347. *—agunt Minyæ)* Argonautæ. Luctatius à *Minya rege Theſſalorum omnes Argonautæ Minyæ appellati ſunt*.

402. *Deprenſæq; cadunt volucres)* lectio hæc pura à ſcriptis libris eſt. vulgo *Depreſſæq;*

419 *—ſubnectere malo.*
Voce manuq; rogat) interpunge: *malo,*
Voce, manúque rogat.

442. *Aquilonia pignora fratres)* Cales & Zethes, Boreæ & Orithyæ filij, fabulam quam poeta hic tangit, latè explicant Apollonius II. & Valerius Flaccus IIII. Argon. vide & Pindarum Pithiis.

Leniter tentatus Statius.

450. *ardet iter,)* Lipſ. & bruſl. *audet iterum*. quod referri poteſt ad Hylam: ſi vulgatam retinere velles, diſtinctione te euoluas oportet: *ardet iter*, & accipe cum Luctatio, τὸ *ardet*, pro ſplendet. Virgilius, *Tirióque*

rioq; ardebat murice.

460. *forsitan & nostræ*) ita scripti, & editio princeps vulgati *forsitan & vestræ*, quod spurium fateri, nec Pythonij dubitauerint. *Statius correctus.*

482. *Lemnos celebratur alumnis*) nihil sollicito. Lipsij tamen optimus codex, acutè: *Lemnos clamatur alumnis*, alluſum haud dubiè ad patientium clamorem Lucinam inuocantium.

439. ——— *discriminat æthera plaustris*
Anguis & vsque notos, alienúmque exit in orbem inepte, tu interpunge: *Anguis & vsque notos alienumque, &c.*

491. *illos & scopulis*) na'im: *illos è scopulis.*

578. *Siue Deus, vtinamq; Deis concessa voluntas*) interpolatitia lectio: veteres *Siue Deus, vtinamq; Deis concessa voluptas.* Mens. Siue Dis facer es, atque vtinam facer esses. *Coniectura Statio.*

581. *linguaque secat fera vincla trisulcæ*) Ouidius:
Martius anguis erat cristis præsignis & auro,
Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno,
Tresq; micant linguæ. Seneca Philosophus Medea:
Hic fera serpens corpus immensum trahit
Trifidamq; linguam exertat. Alluſit suo more aptè vti semper decima illa musa Plautus, taxans homines qui aliud promptum in lingua, aliud clausum: gerunt in pectore. *Plautus lux.*

Cui huc aduenisti nos captatum migdalybs.
Bisulci lingua, quasi proserpens bestia?

564. *figitur hasta solo*) veteres: *figitur alta solo*, nec dubito quin recte, iam antea enim dixit: *volat hasta tremens.* *Statius correctus.*

592. *fracta gemuistis arundine Fauni*) Lactatius: *cana & ferula coronantur Fauni* scitè igitur serpentis mortē lugentes, hæc ornamenta sua cominuisse, dicit Poëta.

644. *quam*

644.—*quam me prius ima ſub umbras*
Mergat humus? veteres melius *quæ me prius*: ſimile eſt illud Sinonis apud Virgilium: *Heu quæ nunc tellus inquit, quæ me æquora poſſunt—Accipere?*

645. *-ſimul hæc terráque & ſanguine vultum*
Sordida) interpunge: *-ſimul hæc, terráq; & ſanguine, &c.*

Proſecare exta.

651. *dederat proſecta Tonanti*] ad morem veterum dixi, qui exta cocta ſolebant proſecare, vnde & proſecta dicebantur, ac partem adolebant, partem conſecrabant & ſacerdotibus dabant, partem ſibi apponebant. Suetonius Auguſto: *cum forte Marti rem diuinam faceret, nunciata repente hoſtis incurſione, ſemicruda exta, rapta foco, proſecuit, atque ita prælium ingreſſus victor rediit.* Adi eruditiſſimum Arnobium li. II. aduerſus Gent. & Gallorum doctiſſimum Adrianum Turnebum. Aduerſariorum xv. cap. VII.

Statius correctus.

678. *ſociæ veritus commercia vittæ*] ad hanc certiſſimam correctionem præiuerunt libri veteres vulgo legitur commercia vittæ tranſlatitiè & ſine acumine noſtra lectio ritum ingerit, cuius apud veteres frequēs mentio (frequens vſus, ea gratia viſum mihi hoc loco (iuuentutis ſaltem cauſa) quæ ſparſim ad hanc rem legi collecta vulgare, Vitta faſcia antiquis, qua circum caput crines religabant. Cappella: *Vitæ ſunt quæ crinibus innectuntur, quibus fluentes religantur capilli & vittæ dicti quod vinciant.* faſcia hac, ſiue vitta, matronæ imprimis diſcretæ à virginibus, caſtæ à meretricibus Plautus milite: *Vtique eam hic ornatam adducas matronarum modo: Capite comto crines, vittaſq; habeat, aſſimilétque ſe tuam eſſe vxorem.* Amata latini vxor ad matronas apud Virgilium:

Vittarum apud veteres quis vſus. Vitta quid. Vittæ matronarum.

—*Io matres audite, vbi quaque Latinæ*
Soluite crinales vittas, capite orgia mecum.

Sumebant nuptiarum die. Propertius lib. I v.

Qua

Quæ mihi deducta fax omen prætulit illa
Traxit ab euerso lumina nigra rogo.
Et Stigio sum sparsa lacu nec recta capillis,
Vitta data est, nupsi non comitante Deo.

Vittæ matronæ quãdo sumebant.

pertinet hpc illud Capellæ libr. 1. de nupt. philol. *Iuno quoque expurgatioris auri splendente vena, addiderat crinibus, sociare vinculũ.* accommodo & Papinij locum, Epithalam. Stellæ & Viol.—*dat Iuno verenda vincula* quod autem pudicæ à meretricibus discriminatæ vel ex vno Tertulliano disces, de cultu mul. *Quid minus habent infœlicissimæ illæ publicarum libidinum victimæ, quas si quæ leges à matronis & matronalibus decoramentis coercebant, iam certè sæculi improbitas honestissimis quibusque fœminis, vsque ad errorem dinoscendi coæquauit.* Quid enim aliud *matronarum decoramenta*, quam vittæ, stola instita? hinc scitè Ouidius castas à parum casto scripto remouens:

Vittis discretæ matronæ à meretricib.

Este procul vittæ tenues insigne pudoris.
Quæque tegis medios instita longa pedes.

mos hic ex Græcia Romam migrasse videtur, signatæ enim apud Athenienses meretrices, pariter Veste à matronis discretæ, vt notant Suidas & Artemidorus. lib. 11. cap. 11. Cæterum, firmam hanc opinionem paululum concutit Valerius Flaccus, qui vittas etiam in virginibus agnoscit. libr. v 1 1. *Vltima virgineis tum flens dedit oscula vittis.* iuuat Flaccum Papinius noster qui Achilleidos 1. introducit Vlissem, inter dona virginibus oblata, etiam vittas offerentem: imò signatè ornasse se vittis virgines scribit:

Nodus innexus.

gemmatis aut cingunt tempora vittis. ne turbemur vel solo amictu facile vitauimus hæc tela, virgines etiam vittam habuerunt, sed simplicem. matronæ duplicem, author affirmandi Propertius lib. IV.

Idem solutus.

Mox vbi iam facibus cessit prætexta maritis
Vinxit & accepta altera vitta comas.

Vittatæ virgines.

& Va

& Valerius Max.lib.v.cap. 11. qui & originem tradit, *In quarum honorem*[loquitur de Camilli matre & vxore] *Senatus matronarum ordinem benignissimus decretis adornauit. Sanxit namque vti fœminis semita viri cederent, confessus plus salutis reipub.in stola, quam in armis fuisse, vetustisq; crinium insignibus nouum vitæ discrimen adiecit*, vittatæ igitur matronæ sed nec omnes, nec solæ. Non omnes:quia ingenuis proprium hoc ius non libertinis ita exaudio Tibullum:

Libertinæ vittas non habebant.

Sit modo casta doce, quamuis non vitta ligatos
Impediat crines,nec stola longa pedes.

Tibullus explicatus.

Non solæ: quia vittati sacerdotes, vittati vates, & tanquam vates Poëtæ. Noster hoc loco quem restituimus, de Licurgo Iouis sacerdote. Tacitus Annalium 1. *Sacerdos apud arã Vbiorum creatus raperat vittas.* D. Ambrosius epist ad Valentinianum. *Vix septem vestales capiuntur puellæ. En totus numerus quem infulæ vittati capitis, &c.* Virgilius Papinius lib x.

Sacerdos & Poeta vittati.

Nec procul Æmonides Phœbi trivixq; sacerdos
Infusa oui sacra redimibat tempora vitta.

Iuuenal. Sat. iv. de virgine Vestali: *cum quo nuper vittata iacebat.*

Sanguine adhuc viua terram subitura sacerdos.

Virgilius de Heleno: *Exorat pacem diuum vittasq; resoluit.*

De Poëtis noster Epicedion in Glauciam:

Et nunc(heu)vittis & frontis honore soluto
Infaustus vates. Idem Achilleidos 1. *Nec mea nunc primis albescunt tempora vittis.* hoc tamen discrimine, quod quà sacerdotes, quà vates vittas haberent, vel oliuæ,vel lauri ramo intextas. Papinius lib. 1.

Discrimen inter vittas sacerdotũ & matronarum.

Huc gemini vates sanctum canentis oliuæ
Fronde comam,& niueis ornati tempora vittis.

Virgilius lib. 111. *Rex Anius, Rex idem hominum Phœbique sacerdos.*

Vittis

Vittis & sacra redimitus tempora lauro. Ab hac mente capies nostrum hoc eodem libro.

Palladios oleæ Mopsi gestamina ramos cur enim oliuæ ramum gerebat Mopsus, nisi quia vates? Statius noster lib. 1. *Nec me ventura locuto*

Sæpius in dubio auditus Iasone Mopsus

adde his Papinium lib. 1 v. —*vatem vultu Parnasia monstrant*

Vellera, frondenti crinitur cassis oliua. idem inibi:

———*cernis Chroniumque, Chroninque*

Plegeaq; & nostram præsagum Mœona lauro?

illud etiam non indignum monitu, infulam & vittas veteres sæpe confundere Seneca Tragicus Agamennone:

Infula scriptoribus idem quod vitta.

Sed cum sacratas de ripis infulas?

hinc pro honore sacerdotali, *infulas* posuit Seneca Philosophus epist. x 1 v. *Hæ litteræ non dico apud bonos, sed apud mediocriter malos, infularum loco sunt, &* apud mediæ ætatis scriptores *infula* pro *qualibet dignitate.* Ammianus, Cassiodorus, Symmachus videntor, quibus adde ex iure nostro, L. 1. C. vt omnes Iudices, &c. *vel qui administrationis maioris infulas meruerint.* Tertio, Deorum statuæ vittis insignitæ. Virgilius.

Seneca explicatus.

L. 1. C. vt omnes Iud. lux data Dij vittati.

Corripuere sacram effigiem, manibusq; cruentis

Virgineas ausæ diuæ contingere vittas.

ibidem *Sic ait & manibus vittas, Vestamque potentem*

Æternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Iuuenalis Sat. v 1. *Paucæ adeo Cereris vittas contingere dignæ.* Hinc vt religione mouerent, supplices etiam vittas præferebant noster lib. x 1 1.

Vitta in supplicio.

Ipsa manu, ramosq; olea, vittasq; precantis tradit, Virgilius lib. v 1 1.

Multi nos populi multa ne temne, quod vltro

Fra

Præferimus manibus vittas, ac verba precantum) &c. apud eundem Ænead. lib. VII.

Optime Graiugenum cui me fortuna precari
Et vitta comptos voluit prætendere ramos.

Horatius: *Vnico gaudens mulier marito*
Prodeat iustis operata diuis,
Et soror clari ducis, & decoræ
Supplice vitta:

Tacitus Historiarum I. *Cum haud ignari discrimine sui Vicnnenses velamẽnta & insulas præferentes* & Spartianus Iuliano? *Hæc cum Iulianus videret, senatum rogauit vt virgines Vestales & cæteri sacerdotes, cum senatu, obuiam exercitui Seueri prodirent & præsentis insulis rogarent.* Et ab hac causa templorum fores vittis ornatæ. Noster lib. V I.

Vittata templa.

Pande fores superum vitamq; templa Saleis
Nubibus, & peculum fibris spirantibus imple.

Propertius lib. I V. *Fœminea loca clausa Deæ, fontésque piandos.*

Impune, & nullis sacra retecta viris,
Deuia punicea velabant limina vitta.

& ipsæ aræ Virgilius:

Et aræ.

— *stant manibus aræ Cæruleis mæsta vittis, atraq; cupresso.* etiam sacris operaturi. Dido ad Nutricem apud Virgilium:

Operaturi sacris vittati.

tuq; ipsa pia tege tempora vitta.

Victimæ vittatæ.

Sacra Ioui Stygio, quæ rite incepta paraui, Perficere est animus. Ouidius: *Dumq; parat sacrum, dum velat tempora vittis.*

imo ipsæ victimæ vittatæ. Noster Achilleidos II.

vittata genitrix placata iuuenca est.

Sino apud Virgilium.

——— *vittæque Deûm quas hostia gessi.*

Ouidius III. de Ponto, eleg. III. de Oreste & Pylade, Dianæ immolandis:

Spar-

Sparsit aqua captos lustrali Graia sacerdos,
Ambiat vt fuluas infula longa comas.

Qui ritus facem prælucet, tenebricosis certò, ei qui hæc ignorat, diuersorum Authorum locis, & imprimis Lucretij. 1. de Iphigenia immolanda: &

Cui simul infula virgineo circundata comtus,
Ex vtraque pari malarum parte profusa est.

Lucretius explicatus Tragico lux.

Seneca Tragicus Hippol. de Theseo:

—presserant vittæ comam. Quia tanquam victima videlicet ad Minotaurum missus. Idem Tragicus de Atreo cùm fratris filios immolaret:

Post terga iuuenum nobiles religat manus,
Et mœsta vitta capita purpurea ligat.

Suetonius de eo qui pro salute Caligulæ se deuouerat: *Cunctatem pueris tradidit verbenatum, infulatumq; qui votum reposcentes per vicos agerent.* Hinc denique capies qui noster sibi velit lib. XII. Dum de Menecæo ait: —— *vittisq; decorus Accubat*, causa: quia dijs tanquam victima deuotus, postremo quicquid venerabile efficere veteres volebant, vittis ornabant: hinc vittatæ naues. Plinius:

Suetonius illustratus Occultior in Statio intellectus.

Vittatã nauẽ Dionysius tyrannus Platoni misit obuiam.

Vittatæ naues.

Vittatæ faces nuptiales. Auctor Thebais:

—non te duxit in thalamos parens
Comitata primos, nec suas festas manu
Ornauit ades, nec sua latas faces
Vitta reuinxit, vittati postes ædium in quibus noua nupta deducebatur. Lucanus nuptiarum festiuitatem describens lib. II.

Faces nuptiales & fores mariti.

Infulaq; in geminos discurrit candida postes.

Isidorus lib. IX. cap. vlt. ex Seruio: *Moris fuit vt nubentes puellæ simul ac veniissent ad limen mariti, postes antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis & olco vngerent, & ideo vxores dictæ quasi vnxores.* Plinius lib. XXIX. cap. II. *Lanis auctoritatẽ veteres Romani etiam*

religiosam habuere, postes à nubentibus attingi (lege *ea eingi*) *iubentes*, præmia vittata in ludis. Virgil.

Sic ait, & geminum pugnæ proponit honorem,
Victori velatum auro vittisque iuuencum.

Præmia in ludis. Vittatæ arbores. Noster lib. 11. —*arbore casta*
Nectent purpureas niueo discrimine vittas.

Vitta in arboribus. Prudentius contra Symmachum

Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Sustineat, cadit vltrici succisa bipenni.

Sed nos satis exspatiati in viam redeamus.

Statius correctus. 687. *inter rapida agmina*) vocem reposui ex fide scriptorum librorum, vulgati: *inter trepida agmina*, ineptè, qui enim conuenit Tydeo fortissimo viro, trepidationem exercitui tribuere, iam ad hostem alacriter tendenti?

Iterum emaculatus. 709. *Alipidum curru*) ita vulgati, inficitè, veteres optimè: *Alipedum cursu.*

IOH. BERNARTII.

AD LIBRVM VI. THEBAIDOS, SCHOLIA.

IV. Sacri agonai Græciæ. vers. 5. *Graium ex more decus*) Quatuor in Græcia certamina sacra fuerunt, Olympia, Pythia, Isthma, Nemeæa, vt nemini paulum humaniori ignotum est: singulorum hic distinctè mentionem facit Papinius, ne ego faciam limites Scholiorum vetant, præsertim cùm fecerint ante me alij, quos exscribere non mihi libentia. Tu si operæ tibi (vt nouitios omittam) adi vel vnum Pausaniam, & habebis plus satis, illud vno verbo iuuentus sciat, qui in vno ex illis certaminibus vicerant, *Hieronicos* dictos, Suetonius Ne-

Hieronice qui dicti.

ron

rone cap. XXIV. *ac ne cuius alterius Hieronicorum memoria aut vestigium extaret, subuerti ac vnco trahi, abjiciq; in latrinas omnium statuas & imagines imperauit,* qui verò in quatuor hæc coronati fuerant, periodi victores. Festus: *Periodos dicitur & in carmine lyrico parte quadã, & in soluta oratione verbu circumscripta sententia, & in gymnicis certaminibus periodum vicisse dicitur qui Pythia, Isthmia, Nemea, Olympia vicit, à circuitu eorum spectaculorum,* quàm glorioſum autem fuerit viciſſe, non ex Cicerone modò diſces, qui pro Flacco aſſerit id, *apud Græcos prope maius & glorioſius, quàm Romæ triumphasse,* ſed ex Vitruuio, qui ſignatè lib. IX. *Nobilibus athletis qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Græcorum maiores ita magnos honores instituerunt, vt nõ modò in conuentu stantes cum palma & corona ferant laudes sed etiam cùm reuertũtur in suas ciuitates cum victoria, triumphantes quadrigis in mœnia, & in patrias inuehantur aquè Reipubl. perpetua vita constitutis vectigalibus fruantur,* nec apud Græcos modò antiquis temporibus Hieronicis hic honos tributus, ſed etiam Romæ Alexandri Imperatoris conſtitutione (quæ in noſtro codice extat l. 1. de Athletis, lib X.) ab omni ciuili munere immunitas. *Periodi victores.*

7. *crinem detorsit Oliua*) ſcripti codicis conſenſu, *crinem deterſit Oliua*, quidni rectè? illud aptè etiam, quod oliuam exprimit, nam de Olympico certamine agit, in quo Oleaſtri frondibus victores coronati, ſicuti in Pythiis Mala ex fano Apollinis, in Iſthmicis Pinu, in Nemeis denique ex Apio vnde Iuuenalis: *Diſcrimẽ coronarũ in Agonibus ſacris. Iuuenalis lux.*

—*Graiciq; apium meruisse coronæ*, notandum etiam non tam ipſos victores quàm patriam illorum coranatam. Plinius XVI. cap. de coronis: *Nouissimè & in sacris certaminibus vsurpatæ, in quibus hodiéque non victori dant, sed patriam ab eo coronari pronunciatur.*

30.—*sedet ipse exutus honore*

Vittarum nexu genitor) de vittis ad librum quintum satis diximus. Illud obiter hic nota, vittas, positas in luctu. Noster Epicedio, in Glauciam:

Vitta posita in luctu.

Et nunc (heu) vittis & frontis honore soluto,
Infaustus vates, vexo mea pectora tecum.

Thebaidos XI.

Non habitu quo nota priùs, non ore sereno.
Sed vittis exuta comam, fraternáque bella
Ceu soror infœlix pugnantum, aut anxie mater
Deflebat, clarum hoc, sed non expeditum. Noster lachrymis Etrusci: Pietatem cum vitta ad exequias vocat. *Huc vittata comam niueoq; insignis amictu*

Mitibus exequijs ades, & sunt præterea scriptorum loci, qui adstruere videntur, vittas sumptas, non positas in luctu, Soluam aut scindam, opportuniùs hunc nodum in Syluis:

44. lachrymis excusant crimen obortis) Leuicula hæc emendatio à Bussidiano codice est, sed quæ ad sententiæ lucem facit vulgati corruptè, *crimen abortis*.

Statius correctus.

64. Linus intextus) fabulam tangit, quam latè explicauit ipse Statius libro.

77. cinctusq; sonantes) Balteum militare notat, aureis bullis distinctum. Virgilius lib. XII.

—infœlix humero cùm apparuit alto
Balteus, & notis fulserunt cingula bullis.

Bullæ militares.

Sidonius Panegyrico Antenij:

—bullis hostilibus asper
Applicat à leua surgentem balteus ensem.

Bullæ puerules.

Erat & alia bulla (vt hoc obiter dicam) quam ingenui pueri, Senatorum liberi, apud Romanos gerebant. Æmilianus apud Macrobium Saturnalium III. cap. XIV. *Ductus sum in ludum saltatorium, plus medius fidius, in eo ludo vidi pueris virginibusq; quingentis, in his vnum (quo me maximè Reipub. miserum est) puerum bullatum Petitoris filium.* Iuuenalis Sat. XIV.

—ludit

—ludit & heres
Bullatus, paruoq; eadem mouet arma fritillo.

hinc bullatæ *nugæ*, pro *puerilibus*. Persius lib. v.

Non equidem hoc studio bullatis vt mihi nugis
Pagina turgescat. Capies ab hac mente Iuuenalem Sat. XIII.—*dic senior bulla dignissime*, id est, qui inter pueros referaris intelliges etiam Virgilium lib. VII. de puerili agmine scribentem:

Persius & Iuuenalis explicatur.

—it pectore summo
Flexilis obtorti per collum circulus auri.

Virgilio lux data.

Denique scito cùm togam virilem pueri sumerent, bullam Laribus dicari solitam. Persius Sat. v.

Bulla dicata laribus.

Cùm primum pauido custos mihi purpura cessit,
Bullaq; succinctis Laribus donata pependit.

95. Nymphas etiam mutasse superstes) ride hominum stultitiam: qui non contenti innumerabiles penè deos finxisse, mortales etiam quosdam ex iis credebant. Capella: *Panes, Fauni, Satyri, Syluani, Nymphæ, Fatui, Fatuæq;, vel etiam Fanæ, à quibus fana dicta, quod soleant diuinare, hi omnes post prolixum æuum moriuntur vt homines*, adi Pausaniam Phocicis, & Apollonij Scholiasten, imò quod magis ridiculum, præesse arboribus putabant Nymphas, earúmve mortem ab arboribus interitu dependere. Ouidius.

Vana persuasio de Nymphis.

Naida vulneribus succidit in arbore factis.
Illa perit, fatum Naidos arbor erat;

pertinet huc Virgilij locus lib. III.

Multa mouens animo Nymphas venerabar agrestes.

respexit Seneca Hercule Oeteo:

Et quercum fugiens suum,
Ad vatem properat Dryas.

Cur enim veneratur Nymphas Æneas? nisi quia metuebat, aliquam earum se læsisse in arbore, cuius ramos vulserat, & ex qua sanguinem stillare videbatur. *Quercum suam* dixit Seneca? nisi quia huic Dryas

annexa, vt credebatur, pretium operæ hæc talia monere, vel vt intelligas Papinij mentẽ Tiburtino Manlij.

Quid te qua medij seruata penatibus arbor
Tecta per & postes liquidas emergis in auras,
Quo non sub domino sæuas passura bipennes?
Et nunc ignaro forsan vel lubrica Nais
Vel non abruptos tibi demet Hamadrias annos.

respicit fatuam hanc opinionem.

Statius correctus.

109. non grassante Noto:) probè probum hoc à MSS. est vulg. *non crassante*, quod superno: vtcunque nonnulli *crassator*, pro *grassator* Tullium dixisse credant, decepti veteri scriptura, quæ C. & G. fæpius confundit, at in omnibus meis manuscriptis signatè scriptum: *grassante.*

120. Cum signum luctus cornu graue mugit adunco
Tibia, cui teneros suetum producere manes
Lege Phrygum mœsta) Ouidius:
Tibia funeribus cantabat, tibia ludis.

Statius ad puerorum funera restringere videtur, quod aliàs non obseruaui, nisi apud Luctatium, qui, *iubet religio* (inquit) *vt maioribus mortuis tuba, minoribus tibia caneretur.* Hæc ille, nec malè de tuba, vt ex Propertio, Ouidio aliisque notum Suetonius tamen non in viri solùm, sed virorum principis tibiam agnoscit: *Tibicines & Scenici artifices vestes quam ex instrumento triumphorum, ad præsentem vsum inducrãt, detractã sibi, atque discissam iniecere flammæ*, nisi triũphale id fuisse funus dicas, & omni instrumento musico ornatum, sed occludit tibi posticum istud idem Ouidius, qui Tristium 1. ait:

Iulio cap. LXXXIV.

Tibia funeribus conuenit ista meis, verius itaque Papinium ad originem respicere, & velle apud Phryges, næniam ad tibias primùm cantari solitam in funere infantium, quod verum est, & Phrygum hoc inuẽtum, vnde Catullus *barbaram tibiã* vocauit, nam licet Latini, qui libera Repub. scripsere, Barbaros vocent om-

nes præter se & Græcos : & ij qui sub Principibus, omnes qui non erant sub imp. Romano, Poëtæ tamen sæpe intelligunt solos Troianos, vt sciunt vel tenuiter harum litterarũ periti, vetus Poëta apud Ciceronem: *astante ope barbarica*, id est, Troiana. Lucretius, Horatius alij vendentor, morem etiam præficarum, & canendi ad tibias in funere, ex Phrygia in Italiam per comites Æneæ translatum, Varro auctor, de vita populi Romani, lib. IV. *Barbari qui Latinus.*

126. *arsuraq; fercula*) ad morem dixit quo amici, dona ad odorem vel gustum pertinentia, in rogum defunctorum iacebant. Virgilius VI. *Munera in rogũ.*

Auersi tenuere facem, congesta cremantur
Thurea dona, dapes, fusò crateres oliuo.

Papinius Epicedio in Glauciam:

— quid ego exequias & prodiga flammis
Dona loquar? mœstóque ardentia funera luxu?
Quod tibi purpureo tristis rogus aggere creuit,
Quod cilicum flores, quod munera graminis Inai,
Quod Arabes Pharijq; (palam est vidiq;) liquores
Assuram lauare comam--

Et Epicidio Pileti Vrsi:

— odoriferos exhausit flamma Sabæos,
Et cilicum messes, Pharijq; excepta volucri
Cinnama, & Assyrio manantes gramine succos.

plures non laudo, solùm adscribam Tertul. de Resurrectione carnis, absque ritus huius face denia caligine pressum locum: *At ego magis ridebo vulgus, tunc quoque cùm ipsos defunctos atrocissimè exurit, quos postmodùm gulosissimè nutrit, ijsdem ignibus & promerẽs & offendens ô pietatem de crudelitate ludentem sacrificat an insultat dum crematis cremat?* hæc in rogum: si verò anniuersariæ fierent exequiæ, super aras extructas deponebant dona. Virgilius V. *Tertullianus explicatus.*

Nec non & socij, quæ cuique est copia, lati

Coniectura in Statio.

Dona ferunt, onerantq; aras, mactántque iuuencos.

155. hoc tantum) nunquid rectiùs, *hæc tantùm?*

163. matre magu) veteres, *nate magu*, quòd propiùs rimanti germanum apparebit.

193. At genitor sceptriq; decus cultusq; Tonantis
Iniecit ipse rogo) præter ea quæ ad odorem aut gustum, etiam pretiosissima quæque defunctis, aut sibi carissima, vrebant. Homerus Iliad. ζ.

Ἐγγέα τῷ γε ἄνακτι παραπλῆες κύνες ἦσαν.
Καὶ μφὶ τῷ ἐνέβαλε πυρὴ δύο δειροτομήσας.

Seneca Tragicus Herc. Oeteo.

Hic rodus (inquit) nulla quem capiet manus.
Mecum per ignem flagret —

De Herc. furente: —*ipsa Lernais frequens*
Pharetra telis in tuos ibit rogos.

Noster lib. xi. *Accipe nate tui noua libamĕta triumphi.*
Accipe & hoc regimen dextræ, frontisq; superbæ
Vincula, quæ patri nimiam gestanda dedisti.

Idem lachrymis Hetrusci:

—ferat ignis opes haredis, & alto,
Aggere missuri nitido pia nubila cœlo
Stipentur cineres. Idem Epiced. in Glauciam:
——capit omnia ferre
Prodigus, & totos melior succedere census
Desertas exosus opes, sed non capit ignu
Inuidus, atque arctæ desunt in munera flammæ.

Crines in rogum coniecti.

Decemuiri in legibus xii. tabularum, compedes (vt sic dicam) huic stultitiæ iniecerant, sed praui mores bonas leges vicerunt: Cicero de legibus ii. *Iam cætera in xii. de minuendo sumptu, translata sunt de Solonis ferè legibus. Extenuato igitur sumptu tribus recinijs & clanis purpureis, & decẽ tibicinibus, tollit etiã lamentationem*, respiciunt Decemuiri hunc ritum, & nolunt plus quàm tres vestes, cum mortuis vri vel condi, viri docti qui aliter exponunt, fallunt & fallun-

luntur

Juntur, illud etiam dignum duxi monitu, quà apud Græcos, quà Romanos moris fuisse, vt morituri pulcherrimas vestes sumerent, in quibus moriebantur & comburebantur. Consule Diogenem Laertium in vita Socratis, Liuium. Velleium Paterculum lib. II. Plinium Epist. lib. II. epist. vlt.

195. *Cæsariem ferro minuit*) & hoc maximi doloris indicium apud priscos, in exequiis alicuius capillos decidere, barbam radere, crines tumulo imponere, aut in rogum coniicere. Alcæus epigrammatographus: *Cicero explicatus.*

Πᾶσα σοὶ οἰχομένῳ Πυλάδῃ κακύεται Ἑλλὰς
Ἄπλεκτον λαίτανιν χροῒ θερεχθέϊ.
Extinctum luget Pylades te Græcia tota
Ad viuam tonsis cribus vsque cutem

Iphigenia in Tauris apud Euripidem:

Τύμβον τε χῶσον, καπίθες μνημεῖα μοί.
Καὶ δάκρυ, ἀδελφὴ, κὴ κόμας δί' τῷ τέφει.
Tumulúmque congere, & monumenta imponito.
Comas sepulchro det soror cum lachrymis.

Tragicus Hyppolito:

Placemus umbras: capitis exuuias cape,
Luceráq; frontis accipe abscissam comam.

Propertius: *Illa meo caros donasset funere crines,*
Mollius & tenero poneret ossa rogo.

Papinius noster Epiced. in Patrem:

Exere semirutos subitò de puluere vultus
Parthenope, crinesque afflato mente sepulti
Pone super tumulum.

Ouidius: *Mixta bibũt molles lachrymis vnguenta fauilla.*
Vertice libatas accipiúntque comas.

& exempla plura sunt, quæ non exscribo, diluam potiùs loca, quæ diuersam sententiam adscribere videntur. Venuleius I. C. l. xxxix de iniuriis: *Vestem sordidam rei nomine in publicum habere, capillumve sum-* *Nodus ex I. C. Sue-*

tonio, & Agellio.

mittere nulli licet: nisi ita coniunctus est affinitate, vt inuitus in reum testimonium dicere cogi non possit. Suetonius Iulio, cap. LXVII. *Diligebat quoque vsque adeò, vt audita clade Titurina barbam, capillumq; summiserit, nec ante demiserit quam vindicasset*, & clariùs de Caligula in morte Drusillæ: *Mœroris impatiens, cùm repentè noctuq; profugisset ab vrbe, transcurrissetq; Campaniã, Syracusas petijt: rursúsque inde properè redyt, barba capillóque promisso.* Ecce crines in luctu non positi sed nutriti, nec id Principum æuo solùm, sed & prisca Rep. Agellius de Africano: *Eúmque cùm esset reus neque barbam desisse radi, neque non candida veste vti, neque fuisse solito cultu reorum.* Quid statuemus in pugna tam manifesta? pacem quam facilè componam. Exteris in luctu deponere crines vsitatum, non Romanis, excipio mulieres, de quibus quà Propertius, quà Ouidius, qui enim possent viri, cùm comam aut barbam non nutrirent? primúsque Hadrianus Imperator barbam Romæ reduxit, vt notat Xiphilinus, & probant nummi, ideóque barba summissa: cùm aliàs foret rasa: luctus erat signum. Cæterùm in exteris ipse Suetonius morem ponendi barbam in luctu, agnoscit. Caligulæ cap. 11. in morte optimi Germanici: *Reguloſ quoſdam, aiũt, barbam posuisse, & vxorum capita rasisse ad indicium maximi luctus.* Pergebam sed à latere tragulam mihi inijcit Cicero, qui barbam etiam in Romanis agnoscit, pro Cœlio *non hac barba qua ista delectatur*, euello hoc spiculum leui nisu: de iuuenibus illi sermo, qui barbam alebant ad vigesimum primum ætatis annum vsque, quo plerique ponebant, vt auctor est Macrobius in Somnium Scipionis. Dico *plerique*, nam non omnes. Caligula xx. anno posuit, Augustus demùm XXI. testes laudo Suetonium & Dionem, quos tu cupidè lector vide. Dies positæ barbæ sanè lætus erat & festus, muneráque peti ac dari

Barbam Romæ reduxit Hadrianus.

c. x. libro 11.

tum

eum solent quò pertinet illud Iuuenalis:

Ille metit barbam crinem hic deponit amati
Plena domus libis venalibus.

Iuuenalis explicatus.

Dio lib. XLVIII. Ammianus XVII. videntor.

211. Spumantesq; mero paterae verguntur) Homerus Iliad. ξ. in funere Patroclis.

Οἶνον δ' φυσάεμφος χαμάδις χέε δῦνε δὲ γαῖαν
Ψυχὼ χλλῆσκων πα ξηλλῆα δειχῦα.

Virgilius: *Ille è concilio multis cum millibus ibat*
Ad tumulum, magna medius stipante caterua.
Hic duo ritè mero libans carchesia Baccho
Fudit humi, duo lacte nouo, duo sanguine sacro.

214. versis ducunt insignibus) & hoc, proprium luctus signũ. Ouidius, seu potiùs Pedo, elegia ad Liuiam.

Quos primos vidi fasces, in funere vidi,
Et vidi versos indiciúmque mali.

Virgilius: —— *tum mœsta phalanx Teucriq; sequuntur* Æneid. XI.
Tyrrhenique duces & versis Arcades armis.

217. ter curuos egere sinus) decursionem funebrem respexit, cuius apud veteres antiquissimus vsus. Lucanus lib. VIII.

Decursio funebris.

——totus vt ignem
Proiectu mœrens exercitus ambiat armis.

Virgilius XI. *Ter circũ accensos cincti fulgentibus armis*
Decurrere rogos.

Tacitus: *Honoriq; patris Princeps ipse cum legionibus decucurrit.* adi Homerum Iliad. ζ. decursionem hanc Græcis, & Liuiũ li. XXV. etiã Pœnis vsitatam scribentes. Annal. II.

224. Raptúmque suis libamen ab armis quisque iacit) Virgilius XI.

Conijciunt igni galeas ensẽsque decoros,
Frenáque, feruentésque rotas——Suetonius Iulio: *Tibicines & scenici artifices vestem, quam ex instrumento triumphorum ad præsentem vsum induerant, detractã sibi iniecere flammæ, & veteranorum militum legionariꝝ* Capue. LXXXII.

armæ

arma sua, quibus exculti fuerus celebrabant.

238. *Rescidaiam nouies cœlo dimiserat astra*

Lucifer) iterum ad morem Romanum alludit, quo mortuis nouo demùm die parentabatur. Glossæ veteres: *Nonendialia ἐννατα ἡμέρα νεκρῶ ἀγόμενα.* Donatus Phormione: *In nuptijs septimus dies instaurationem voti habet, vt in funere nonus quo parent alia concludantur,* à quo more Dio scribit, Adrianum Cæsarem, Plotina mortua, per nouem funeris dies puellatum incessisse, & hinc est quòd in nouellis Iustinianus noster, *in nonum diem fieri μνήμας, defunctorũ,* scribit, Vide quæ notauit amplissimus eruditissimúsque Torrentius ad Suetonium. Nerone cap. xxxiii.

243. *rerumq; effectus in illo*) scripti non dissentiunt, amicissimus tamen Antonius Sucquetius, candidissimis moribus, optimi ingenij adolescens, laudatissimi viri, amici nostri, à quo elogium veritas nunquam spernet veræ prudentiæ, humanitatis ac doctrinæ, filius tentat legere:

—rerumq; effictus in illo Ordo decet causas:

Placet, ipse Statius, lib. v. *—cedrique & roborẽ in omni Effictam.*

Statius emaculatus.

237. *& obiectis geminis vmbonibus*) sine cunctatione expressi scripturam veteris membranæ, vulgata pœnè exsensa: *& abiectis.*

268. *exin magnanimum series antiqua parentum. Inuehitur*) & hic denuò morem Romanum notat, quo sicuti dij quotannis Circensium diebus in carpentis traducebantur: ita memoriæ conseruandæ causa, mortuorum imagines ludis illatæ, iisque locus publicus quasi ad spectandum assignatus, adeóque sella posita. De his Suetonius, *Classibus tẽpestate perditis exclamauit, etiam inuito Neptuno victoriam se adepturum, ac die Circensium proximo solemni pompæ simulacrum Dei detraxit,* recte inquit, *pompæ,* nam traductionem hanc

ita

ita indigetabant. Prudentius : *Fertur per medias vt publica pompa plateas Pilento residens mollit.* Allusit Plautus Milite : *Quæ me amba obsecrarunt, vt te hodie quasi pompam illam praterducerem.* Appuleius : *Dum pompa Deæ moliebatur*, id est, incipiebat procedere. Virgilius: ——*pars ducere muros, Molirique arcem*, id est, incipiebant extruere. Terentius : *Dum moliuntur, dum comuntur annus est*, id est, dum incipiunt ordiri, annus est anteaquam absoluant. Sed ad rem : De mortuis satis clarè Dio lib. LIII. Μαρκέλλῳ δὲ καὶ εἰκόνα χρυσῆν, καὶ στέφανον χρυσοῦν, καὶ θρόνον τε ἀρχικὸν ἐς τὸ θέατρον ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς παρήγυρεισφέρεσθαι, καὶ ἐς τὸ μέσον τῶν ἀρχόντων καὶ τελευτήσαντα αὐτὰ τίθεσθαι ἐκέλευσε. *Marcelli (defunctus is erat) & imaginem auream & coronam auream & sedem curulem Romanis ludis in theatrum inferri iussit, mediamq; illam poni inter sedes editorum.* Consule eundem lib. XLIV. Siphilinum Seuero, & ante omnes Liuium, lib. II. *Moliri quid.*

288. —*paruoq; Alcmena superbit*
Hercule, tergemina crinem circundata Luna) Lepidè, quia tribus noctibus Hercules satus, nec te turbet quod *tergemina* dicat, nam *tergimini*, non *sex* aut *seni* veteribus, sed *tres* aut *terni*. Catullus de Cerbero: *Cui tres sunt linguæ tergeminúmque caput.* Papinius lib. VIII. ——*atráque ditis*
Flumina, tergeminósque mali custodis hiatus.
Virgilius de Luna:
Tergeminamq; Hecaten, tria virginis ora Dianæ.
cùm Luna sit apud superos, Hecate vel Proserpina apud inferos, Diana in terris.
Statius: *Si te tergeminis perhibent variare figuris.*
Lucretius V. de Geryone cui tria corpora affingunt:
Quidve tripectora tergemini vis Geryonai.
de fulmine quod trisulcum volunt, Statius equo Max.
——*aut Iouis: ignem*

Tergeminum quid. *Catullus explicatus.*

Terge

Tergeminum—de sagitta humana & trisulca, idem lib. XI.

Aspera tergiminis acies se condidit vncis.

De iure trium liberorum idem ad Menec. ob prolem:

Ius tibi tergeminæ dederat lætabile prolis.

De triuio in quo Laius necatus, Seneca Oedipo:

Tergemina qua se sparsit in campos via.

imò quod omnino notandũ tibi, tu Tyro, *septẽ gemina* pro *septẽ*. De Roma Papinius Epithal. Stellæ & Viol.

Quis septem gemina posuisset mœnia Roma.

Idem XVII. Consul. Imp.

Et septemgemino iactantior æthera pulset,

Roma iugo, septem colles Romæ fuisse, notius est, quàm vt explicari debeat, hoc potiùs monebo, obseruasse me, parum adhuc vulgò obseruatum, diem festum Romæ fuisse, seu sacrum, quod septem his montibus fiebat, idque dictum *Septimonium*, docuit me omnis antiquitatis peritissimus scriptor Tertullianus, libro de idololatria: *Tam Minervalia Minervæ, quàm Saturnalia Saturni, quæ iam seruiculus sub tempore Saturnalium celebrare necesse est, etiam strenæ captandæ, & septimontium, & brumæ, & carę cognationis honoraria exigenda omnia.*

360. *quis sydera ducat Spiritus*) respicit Platonicorum dogma, quo omnia spiritu diuino gubernari dicuntur, vnde Poëta:

Principio cælum ac terras campósque liquentes,
Lucentémque globum Lunæ, Titaniáque astra
Spiritus intus alit.

366. *Dumq; Chelyn lauro*) ad Cytharædorum morem: Luctatius: *Cytharædis mos finito carmine, coronam detractam capiti, cytharæ subligare.*

375. *Peliacu hic cùm famularer in arnis*) respicit fabulam, qua Iupiter Aesculapium fulmine occidisse fingitur, quia mortuos medendi peritia in vitam re-

uocaret,

uocaret. Apollinem verò Cyclopas, fulminis fabricatores, sagittis confeciſſe, ob eam cauſſam à Ioue è cœlo relegatum, omnium rerum inopia preſſum, Admeto Theſſaliæ regi paſcendis armentis operam locaſſe. Orpheus Argonauticis.

Ἀδμήτου δ' ἀφίκανε φέρβιόθειν ὅτε περ Πάϊς
Ἠπείρων ἐπόησε Διὸς δ' ἠλεύατο μῆνιν,
ὃν νεκάτοι Κύκλωπας ἀμειλιχέτοιπιν ὀιστοῖς
ἐν φθιτοῖσινέπεφνε, Ἀσκληπιὸν εἵνεκα λώβης

Pindarus Pythicis:

ἦ ἀγνὸν Ἀπόλλωνα
ἀνδράσι χάρμα φίλοις,
ἄγχιστον ὁ ταύρων μύλλων.

Sortibus veteres pleráque ordinaſſe.

389. *Etiam ſortitus Protheus verſarat ahena Caſſide*) Sortibus antiqui ſæpiſſime & maximis in rebus vtebantur. Sorte iudices eligebantur. Suetonius Iulio: *ac ſorte iudex in reum ductus*) Sorte munia magiſtratum diſcreta. Idem Octauio cap. xxx. *Spatium vrbis in regiones vicoſq; diuiſit: inſtituitque vt illas annui magiſtratus ſortito tuerentur.* Prouinciæ proconſulibus ſorte adſignatæ. Scriptores paſſim omnes, ſignatè Suetonius Octauio XLVII. *Prouincias validiores & quas annuis magiſtratuum imperijs regi nec facile, nec tutum erat, ipſe ſuſcepit, cateras proconſulibus ſortito permiſit.* interpretor hinc noſtrum Papinium Syluarum v. ad Criſpinum: *Mille vrbes Aſiæ ſortito rexerit anno.* At ille idem tamen alibi non ſortem, ſed lectionem agnoſcit? lib. I. Syl. Sot. pro Rut. Gal.

—*Cum tanti lectu rectoris habenas*

Statius occultior intellectus.

Gallice fortuna nõ admirante ſubiſti, ita eſt, agnoſcit, ſed de Legato Cæſaris illi ſermo, qui non ſorte, ſed dilectu in Prouinciam mittebatur, dico fusè in Notis meis ad Pandectas noſtras. L. I. de offic. Præſidis. Sed ad rem. Sorte legati mittebantur hinc Tac. Annal. IV. *Vicit pars quæ ſortiri legatos malebat, etiam medijt*

dys patribus annitentibus retinere morem. Sorte virgines Vestales lectæ. Idem cap. xxxi. *Sacerdotũ & numerum & dignitatem sed & commoda auxit, præcipuè Vestalium virginum. Cumq; in demortuæ locum aliam càpi oporteret. ambiréntque multi ne filius in sortẽ darent.* Deniq; quod ad lucem huius loci, sors in ludis maximè recepta. Idem Suetonius Nerone xxi. *Sorticuláque in vrnam tũ ceteris demissa, intrauit ordine suo,* ita in vrbe, & inter vrbanos: at in militia *galea* pro *vrna* vtebantur: quo respicit noster dum ait, *versatur ahena casside*, & Virgilius: ——— *deiectamq; arca sortem Accepit galea,* & Æschylus τρίτῳ δ' Ετεόκλῳ τρίτος πάλος ἐξυπλίᾳ πήδησον ὄμφακα κρᾶναι. denique Augustus ex Magistratibus (exceptis Consilibus) singulos, ex Senatu xv. sorte legere solitus erat, qui per sex menses sibi in consilio essent, hinc Suetonius cap. xxxv. *Sibiq; instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotijs ad frequentem Senatum referendis ante tractaret,* ita initio: at postea & numerum auxit & authoritatem: nam xx. electi, & statutum, vt quæcumque cum his & Consulibus egisset, rata essent, non nimus quàm si in Senatu acta fuissent, tempus etiam v i. mensium, annuum factum. Dio lib. xliii. & xliv. author.

Suetonius lux.

407. minor est, minor impetus ignis) præit ad aliam, & sanè veriorem lectionem Lips. scriptus liber *minor est, Iouis impetus igni*, lego & interpungo:

Amnibus hybernis minor & Iouis Impetus igni.

optima ista mente, maiori impetu ferebantur, equi, quàm hybernis temporibus flumina, aut quàm ipsum fulmen.

440. Sperauit flexa circum compendia metæ) alludit ad mortem quadrigarum curriculum agitantium, solent illi diligentem operam dare, quo metam attingere quidem viderentur, sed non tangerent. Horatius:

Currus in circo agitantium mos.

Sunt quos curriculo pulverem Olympicum

Colle

Collegisse iuuat, metáque feruidis
Euitata rotis. Theocritus. εἰδ', λα ἵππους δ' ἐξελάσασθαι ὑφ' ἁρματιὴ περὶ νύσαν Ἀσφαλίως κάμπτον τε τροχὼ σύριγξα φυλάξαι Ἀμφιτρύων ἓν παῖδα φίλα φρονὰν ἐδίδαξεν Αὐτὸς. Sensus est, *Docuerat Amphitryj ipse filium suum, ita equos currui iunctos agitare, rotaque modiolum circum metam inflectere, vt eam vitaret*, adi Homerum Iliad. ψ. & Sophoclem in Electra.

451. *Lassa veluti ratione.)* ferri potest, cur tamen veterem non audiam *lapsa veluti?*

458. *Hic furor in laude est)* proba hæc scriptura à veteri nata est. vulgata, *hic furor in laude est.* *Statius correctus.*

469. *Vix dum cœptus equis labor, & iam puluere quarto campum ineunt)* nihil hærebam, sed optimus Lipsij scriptus codex me stetit. in quo legitur: *vix præceptus.* elicio elegantem & acutã sentẽtiam: *vix ter cœptus.* alluſum sine vllo dubio, ad morem certantium in Circo qui septem spatia decurrere debebant, priusquam metam attingerent. Seneca epist. xxx. *Fateor ergo ad hominem mihi carum, ex pluribus me causis frequentius venisse vt scirem an illum toties eundem inuenirem, nunquid cum corporis viribus minueretur animi viger, qui sic crescebat illi, quomodo manifestior notari solet agitatorum lætitia, cum septimo spatio palma appropinquant.* Diuu. Hieronymus in vita diui Hilarionis. *Hoc siquidem in Romanis vrbibus, iam inde seruatur à Romulo, vt propter fœlicẽ Sabinarum raptum, ab ipso quasi consiliorum Deo quadriga septeno currant circuitu.* Propert. II.

An quisquam in medijs persoluit vota procellis?
Cum sæpe in portu fracta carina natet.
Aut prius infecto deposcit præmia cursu,
Septima quam metam triuerit ante rota?

Septem spatia in circo.

Qui lectionem spuriam hic intruserat, quo flagro dignus fuit?

473. *Dextérque exerrat Arion)* probissima vox, op-

timis auctoribus nota, sed imperita librariorum sæpius corrupta. Quadriiugarius, apud Agellium: *Deinde Gallus irridere atque linguam exertare.* Busl. codex: *exerrare* optimè. pro eo quod linguam extra os proiectam per irrisam reciprocare: Agellius ipse lib. xv. capit. 11. *Atque etiam hoc Plato ibidem dicit, non defugiendas esse neque respuendas huiusmodi exhortationes.* adfectus locus, sed nec Æsculapius melius fecerit medicinam quàm Lipsius noster, qui legit: *huiusce modi exerrationes*: & transfert ad primas quasi allucinationes mentis ante plenam ebrietatem.

487. *redit illa fames*] mens equi Diomedis Thraciæ regis, quos Chromis agebat, humanis carnibus vesci soliti, videntes Hippodamum in terram iacentem, illum dilacerare voluerunt.

Statius emaculatus.

490. *victorq; & collaudatus abisset*] qui hunc versum corruptum negat, licet mero meridiè lucere dicat, nihil credam. Victor ne Chromis? planè falsum est Amphiaraus palmam tulit. [quod statim audies] quem proximè secutus admetes, nihil itaque certius lectione veteris membranæ & editionis Principis: *Victusq; & collaudatus abisset.* rectè cõllaudatus, quia spem victoriæ sibi ipsemet præcidere maluit, quam prolapsum Hippodamum lædere.

Iterum.

524. *Increpitans sceptrúmque leuem*] ita veteres vulg. *Ascheton increpitansq; leuem.*

534. *vertere seu monstri victor*] meo periculo reponas licet: *Vertere seu monstris victor.*

617. *ferit ostia metæ*] nemo dãnet, scripti libri tamen præferunt: *ferit ostia portæ.* quam lectionem noster cõfirmare videtur, hoc eodem libro, *irrupit clamore fores*

Tertio.

620. *totóque parant decedere circo*] Busl. *parant descendere circo.* quæ proba est lectio. Nam sedisse formâ Theatrali spectatores, ex precedentibus liquet.

642. *pressaq; leuat, suspiria palma*] Idem Busl. & Lang.

Lang. *prensaq; leuat*, quod valde amplectimur.

691. *Atque illi exemplo cui spes infringere dulce Immodicas fortuna venit*) expressit eandem sententiam lib. x. *& sors ingentibus ausis rata comes.* Nam *sors* (vt hoc obiter dicam) pro fortuna aut *casu*, quà poëtis quà historicis notum. Manilius lib. I.

Atque ipsum esse Deum, nec fortè coisse magistra.

Curtius lib. v. *Eludant, licet. quibus fortè ac temerè humana negotia volui, agique persuasum est: equidem aterna constitutione crediderim, nexuq; causarum latentium. & multò antè destinatarum, suum quemque ordinem immutabili lege percurrere.* Tacitus Hist. II. *seu dolo seu fortè surrexerit parum compertum.* idem lib. IV. *Apud Germanos inconsulta ira: Romanus miles periculorum gnarus, ferratas sudes: grauia saxa non fortè iaciebat.* id est non casu & sine iudicio aut delectu. Salustius de bello Iugurt. *Falsò queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla atque aui breui sorte* (lege forte) *potius, quam virtute regatur.* *Manilio & Curtio lux.*

699. *& multum te Maia nate rogato*) quia palæstris præest Mercurius Arnobius adueria Gent. III. *Mercurius ceroma pugillatibus, & luctationibus præstat, & cur inuictos omnes non perficio quibus praest?*

758. *fretum Polluce magistro*) dicam alibi oportunius.

756. *& erecto timeat spectacula voto*) deformata hæc à deformatis hominibus, quibus nihil bonum nisi tritum. Lip. scriptus liber: *& erecto timeant spectacula*, quod probè probum est. *spectacula* dixit pro *spectatoribus*, notione optimis authoribus familiari. ita *matrimonia* pro *matronis*. Liuius libr. x. *& conuocatis plebeis matrimoniis conquesta de iniuria patriciarum*: sic *ministeria pro ministris* Iuris Consultus Vlpianus l. vij. de officio proconsulis. *Ministeria quoque militaria si opus fuerit ad curatores iuuandos dare & venalicia pro vena licet.* l. v. de iure delib. *veluti iumenta aut venalicia* *Emaculatus Statius.* *Prisca phrasis.* *Liuius & Vlpianus explicati.*

Properio & Tacito laudata.

ita *coniugium* pro *coniuge*. Prop. lib. III. eleg. X.

Vxorem fusis stat pia turba comis.
Et certamen habent leti quæ viua sequatur
Coniugium, —qua eadem notione Tacitus Annalium XII. dixit: *quod coniugium principis denotionibus petiuisset:* ita *amicitias pro amicis*, & *familiaritates* pro *familiaribus*. Suetonius Tiberio c. LI. *Testamentum eius pro irrito habuit, omnesq; amicitias & familiaritates, etiam quibus ea funeris curam moriens demandata intra breue tempus afflictis*, sic *necessitudines* pro *necessitudine iunctis*, idem frequenter, signatè Tiberio cap. I, *odium aduersus necessitudines, in Druso primum fratre detexit*, & Curtius libr. IV. *crederes Alexandrum inter suas necessitudines flere*. sic *amplexus* pro eo qui amplectitur Petronius satyrico *dij siuant vt amplexus meos in crucem mittam*, sic *conuiuia* pro *conuiuis*. Papinius ipse Heruc. Sur. —*ne quo conuiuia migrent*. ita *bella* pro *bellatoribus*. Idem libro XI. —*nudoq; sub axe reliqui Infœlix bellum*—*& regna* pro *rege* libr. II. *Hei mihi num quis adest chari Polyniciad ignes. Etsi regna vetant*, id est, licet prohibeat rex Creon sic denique *noxam* pro *reo qui nocuit*, Iurisconsulti nostri, *odium* pro *odioso*: comici *præsidia* pro *præsidiarii custodias* pro *vinctis*, *seruitia* pro *seruis*, scriptores passim vsurparunt.

Suetonius, Curtius Petronius explicati.

348. ——— *& brachia latè*
Curua tenent) importunissimum glossographorum genus hic iterum debacchatum est. exculcandum enim τὸ *curua*, male inculcatum: probum quidem verbum, sed quod Papinius tamen nunc non vsurpauit. posuit ille *vara tenent*. Vt ex Lipsi. bono, bonæ scriptoris libro didici. displicuit haud dubiè magis stellis spinosis, quia vetus & vulgo non lectum, certè neglectum, at nos illud retinebimus. *cum vtrum cuiuis* antiquis. Lucilius Saty. libr. XVII. *Comperne-*

Statius emaculatus.

ant veram fuisse Amphitrionis ἄσκησιν. Varro 11. de Re Rust. *cruribus rectis ac potius varis quam variis.*

Persius Satyr. IX. —*vel cum fallit pede regula varo.* idem Stat. v. *Varo reguſtatum digito terebrare ſalinum.* hinc *obuarare* idem quod *peruertere, detorquere in prauum ſenſum.* Ennius. Persius illustratus & Ennius.

Nam conſiliis obuarant, quibus tamen concedit hic ordo.

851. Alpini veluti regina cupreſſus) Attigit, vt videtur Papinius hic guttam è flumine Lethes. Nam in alpibus nuſquam cupreſſi, niſi fortè ſpeciem pro genere poſuit, quod non inepte affirmare poſſumus.

905. vbi hæc nuper Thebarum fœdera plagæ) littera detracta, egregiè ex manuſcriptis emaculauit: *vbi hæ nuper.* Statius correctus

913. Sanguinis aduerſi) hæc priſca & proba lectio. non vt vulg. *ſanguinis auerſi.*

931. Campum emenſa breui fatalis ab arbore tacta.
Horrendum riſu per quas modo fugerat auras.
Venit arundo retro, verſumq; à fine tenorem.
Pertulit, & notæ iuxta ruit ora pharetræ.
Quis fluere occultis rerum neget omnia cauſis?
Fata patent homini piget inſeruare, peritq;
Venturi promiſſa fides, ſic omnia caſum
Fecimus, & vires auxit fortuna nocendi) hos alieni loci inceſſores verſus pelle, & ex libris veteribus lege:

Quis fluere occultis rerum neget omnia cauſis?
Fata patent homini, piget inſeruare. peritque
Venturi promiſſa fides: ſic omina caſum
Fecimus, & vires auxit fortuna nocendi.
Campum emenſa breui, &c.

non inficiabuntur homines eruditi hunc eſſe ordinem horum verſuum.

IOH. BERNARTII AD LIBRVM SEPTIMVM THEBAIDOS, SCHOLIA.

Statius correctus.

vers. 4. *boreámque elabere saltu*) reposui Brusl. libri scriptam lectionem: *boreamque illabere saltu.* quam & Princeps lectio agnoscit.

Iterum.

10. *Atque vbi se posita*) pauxilla, menda, quam alienam à Poetæ mente sententiam efficit! libri calamo exarati: *Atque ibi seu posita respirat cuspide manors (quanquam inuisa quies) seu quod reor, &c.* quod audacter expressi.

Tertio.

15. —*atque omne quod Isthmius vmbo*

Detinet) absque lectione veteri esse probam lectionem putes, verùm cum scripti consensu agnoscant *Distinet*, haud verebere expellere τὸ *detinet.* Sensus: Marti imperatum vt concitaret, quidquid secluditur.

Statius correctius.

ab Isthmo, id est, totam Poloponesin:

26. *nunc lenis bellis*) vetus probo & prisco more *nunc lenis belli.*

29. —*sit mite bonúmque*

Numen) veram hanc Papinij lectionem esse, ne Carneades quidem dubitauerit, qui dubitare in omnibus solet. vult sine dubio deprauatè sic *mite.*

Iterum.

35. *Arctoa labentem in cardine portæ*) eieci vocem perperam inculcatam, & ex scriptis reposui, *arctoa labentem cardine portæ.*

Tertio.

70. *ipse subit currum*) impura hæc deputant veteres. *ipse subit curru.*

91. *vina solo fundens cinerem placabat adrastus*) Virgilius libr. v. *vinaq; fundebat pateris, animamq; vocabat Anchisæ magni.*—

104. eadem sibi quisque volebat] cum sententiam considero, melius iudico, certè clarius. *eadem sibi quisque vouebat.*

217. hic pauor attonitis] veteres vt reposui: *hac pauor* qua emendatione nihil certius. *Diuinatio in Statio.*

133. ter contorsit equos] audi veteres, *ter concussit equos*

160. nec Styge iurata, nec pellicis arte rogatus] sicuti tum quando ad Semelen cum fulmine venisti.

163. Parrhasiũq; nemus] vbi Calisto à Ioue cõpressa.

170. & ad inspirata rotari buxa] adi magni Scaligeri castigationes in Propertium.

181. *Thracem, sylvasq; Lycurgi*] *notat fabulam, qua* Lycurgus Rex Thraciæ, Dryantis filius, nutrices Bacchi vrbe Nisa latitantes, persecutus ipsum Bacchum fugasse fingitur.

181. anne triumphatos] id est per triumphum ductos. Virgilius Georg. iij. *Bisq; triumphatas utroque ad littore gentes.* *Triumphatos patiendi significatus.*

Horatius Car. iij. *triumphatisq; possit*
Roma ferox dare iura medis.

Ouidius de Pont. ij. eleg. ij.
Adde triumphatos modo Paones.

184. — *cara subnouit ab arce — Hostiles Tritonis aquas* tangit fabulam qua Neptunus fingitur Athenas submergere voluisse.

186. *Epaphum* filium Iouis & Io.

187. *Cyllene*] in qua vrbe Mercurius dicitur natus.

190. *Nycteidos ardor*] Antiopes. Zeti & Amphionis matris.

191. *nostro fœlicior igne Taurus*] ad fabulam Europæ.

209. *Vt crimina mittam Doricæ*] fabulam Tantali respicit, qua filium Diis epulandum apposuisse fingitur.

221. *tunc regia iuno queretur*] reformaui in germanum sententiæ habitum ex veteribus & editione principe, in queis: *nunc regia*, optimo sensu. Iuno *Statius corre-ctus.*

enim Adrasto, eiúsque exercitui fauens, meritò conqueri debebat, quandoquidem victoria penes Thebanos erat futura,

222. *mentémque animúmque recepit.*) ferri potest, sed an germanum? negant scripti, qui præferunt, *mentemque, habitumque recepit.* Scriptis verò libris subscribit ipsæ orationis nexus: nam paulo antè scripsit Papinius.

Non crimis, non serta loco, dextramq; reliquit
Thyrsus, & intacta ceciderunt cornibus vuæ.
Ergo vt erat lachrimis lapsoq; inhonorus amictu.

Habitus quid Latinis. Probe itaque nunc dictũ *habitum* ipsum recepisse: *habitum* siquidẽ pro *cultu* Papinius solet vsurpare l. xi.

Non habitu quo nota prius, non ore sereno.

Sed vittis exuta comam——— Vt etiam Suetonius frequenter signatè Caligula bap. ix. *Quia manipulario habitu inter milites educabatur.* Aliter Isidorus, qui lib. ix. cap. xxii. discernit habitum à cultu, *habitus enim ad naturam pertinet*, inquit, & hac notione vsurpat Liuius lib. iv. *visus illi habitus*, id est, qualitas, atque adeo etiam Sallustius, Bello Iugurthino: *cuius de natura & habitu diximus*, alij Scriptores fere semper *habitum*, pro *forma rei cuiusque* accipiunt. Exempla cuius obuia Apuleius *habitum* ad cultum, *habitudinem* ad qualitatem refert, libro i. *Vir vt habitus & habitudo demonstrant ornatissimus.* Plautus etiam pro cultu agnoscit interdum, qui & diuersa, sed eleganti notione dixit Pœnulo, *Modus omnibus in rebus optimus est habitu soror*, id est, optimus qui habeatur. Idem Sticho: *Is habitu haud probus*, id est, non est bonus qui habeatur. Vir eruditus in amplis illis suis Commentariis, comminiscitur hic potiùs quam commentatur.

Plautus explicatus contra virum doctum.

229. *ire duces*) id est, venire. Virgilius:

Vos nunc à nauibus iris.

234.

234. *metiri decreuit opes*) elegant. vet. *decernit opes.*

232. *per ingentes Homolaidis*) flagitante sententia ex scriptis proposui. *Homolaidas.*

Primi Pelleas arcu fregere sariſſas.

809. ——— *vmbrantem hunc aſpice latè.*

Hipſea quadriiugos clypei ſeptemplice tauro.

Lana ter inſuto ſeruant ingentia ferro

Pectora) mala interpunctio sententiæ bonæ iniuriam facit. tu lege.

Vmbrantem hunc aſpice latè — *Vitioſa*

Hipſea quadriiugos clypei ſeptemplice tauro — *diſtinctio ſublata.*

Lana ter inſuto, &c.

235. *Apſopus genuiſſe datur*) *hoc eſt genuiſſe datur*) *dare* pro *dicere* Virgilius Bucolicis. — *Dare pro dicere.*

Sed tamen iſte Deus qui ſit, da Tityre nobis.

Horatius Sat. VIII. *da ſi graue non eſt.* — *Horatio lux.*

Quæ prima iratum ventrem placauerit eſca.

Terentius Heaut. *Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo.* Hinc apud I. C. noſtros *dare ſententiam*, pro *dicere & proferre.* Modeſtinus l. XXVIII. de re lud. *Duo iudices dati, diuerſas ſententias dederunt, & dare* ſimpliciter eadem notione Vlpianus lib. xxvij de liberali cauſa: *ſi enim liquebit, contra libertatem dabit*, in qua ſignificatione vſus eſt & Plinius lib. vij epiſt. v *ſecundum reos dedit.* — *Iridem Terentio.*

325. *donec vix tonitru*) diuerſam planè, nec malam ſententiam præfert Lipſ. ſcriptus liber, *donec vi-tonitrus.* probat ſcriptam princeps editio. — *Statius emaculatus.*

327. *in cœlum afflare vapores*) litterula mutata illuſtro ex veteri tenebricoſum locũ, *in cœlum efflare vapores.* — *Euripus*

333. *reſtuumq; meatu* ——— *Euripum*) maris pars inter Aulidem & Euboam inſulam, vt omnes ſciunt. quam ſepties die ac nocte reciprocare, Plinius. Strabo, aliiq́ue tradidere, ſed ab iis recedit Liuius, *& fretum ipſum Euripi*, (inquiens) *non ſepties die, ſicut* — *Diſſenſio ſcriptorum de Euripo.*

fama fert, tẽporibus statis reciprocat, sed temerè in modũ venti, nunc huc illuc verso mari, velut monti præcipiti deuolatus torrens, rapitur. D. Gregorius Nazianzenus tradidit Aristotelem, cum non posset naturam Euripi inuestigare, tædio animam efflasse. imò Iustini martyris testimonio, se in profundum illius præcipitans. demersus est. At mihi de hac re Amonius vel Laërtius. Cœterũ tu qui in litteris tyro scito, *Euripum* veteres sæpius pro fossa ponere, qua ludi circundabantur sceptorum loco, exaudio ita Tertullianum aduersus Hermogenem: *Ecce autem si dicam ciuitas extruxit theatrum & circum. Scena autem erat talis, & talis, & statua super Euripum, & obeliscus super omnia ferebatur.* imò pro canali seu ductu aquarum silientium. Plin. in epi. *Quid Euripus virilis? & gemmeus.* vitruuius lib. vij. *Pinguntur enim portus, promontoria, littora, flumina, fontes, euripi, fana, lucis montes, pecora, pastores.*

Aristotelis mors.

Statius correctus.

334. teq; vltima tractu] locus deformatissimus vt quilibet videt, qui connexionẽ orationis attẽdit. Sed quid multis conceptis verbis iusiurandum dabo, Papinium scripsisse: *quãq; vltima tractu*, atque ita scripti, à quibus recedere in manifesta bonitate religio fuisset.

Narcissi fabula.

340. Narcissum) quæ de Narcisso Poetæ fingant, sciuere omnes (Lucillij verbo) priusquam Theognis nasceretur. illud non æquè vulgatum sororem Narcisso geminam fuisse, cùm oris specie, omni ex parte similem, tum verò coma & vestitu nihil differenti: solitos simul venari, ea cum fortè diem suum obisset, ventitare illum ad fontem solitum, qui in Hedonaco Thespiensium vico est: in quo cum suam, intueretur vmbram, ac suam omnino esse non ignoraret, ob similitudinem tamen quæ inter ipsos fuerat, tanquam si non suam, sed sororis imaginem, præ oculis haberet, desiderij ex eo sui, solatium aliquod capere consuesse. Auctor Pausanias Bœoticis:

346. *Parnassum vtrumque*) duo Parnassi vertices in vno Phœb. in altero Bacchus colebatur. Lucanus IV.

——— Parnassus gemino petit æthera colle
Mons, Bromio, Phœboque sacer, cui numina mixto
Delphica Thebanæ referunt trieterica Baccha.

Tragicus Oedipo: *Gemina Parnassi nivalis arx trucem sonitum dedit.*

Cespitij tribunalis mos.

734. *cùm rector ab aggere cæpit.*) ad morem Romanum respexit, quo tribunal imperatoris semper in castris cespiticium, Plutarchus in Pompeio: Βήματος δὲ ἐκ ἔνιος, ἀλλὰ τῷ στρατιωτικῷ χωμάτι φαθάσαντος, ὃ ποιοῦσιν αὐτοί, τῆς γῆς ἐκλομὰς ζαθείας λαμβάνοντες, καὶ κατ' ἄλλων σωτιθέντες, &c. Ammianus XXII. *Ipse aggere glebali assistens, coronaq; celsarum circondatus potestatum, talia ore sereno disseruit*: Noster.

Hic suetus dare iura parens, hoc cespite turmas
Adfari. Sidonius Pau. Soceri.
Concurrunt proceres, ac milite circunfuso
Aggere composito statuunt ac torque
Castrensi mœstum, donantq; insignia regni.

Lucanus de Cæsare concionante.

——— stetit aggere fulti
Cespitis intrepidus vultu, meruitq; timeri
Non metuens. mos hic non prisca solum Republica, sed & tempore Principum retentus. Tacitus Annalium I. *Simul congerunt cespites, extruunt tribunal.* Plinius Panegyrico Traiani: *Decora facies consulis: multa post sæcula tribunal viridi cespite extructum, nec fasciis tantùm, sed pilorum signorumq; horrore circundatum.* Vopiscus probo: *ab omnibus acclamatum est: Probe Auguste. Dij te servent, deinde concursu & cespitium tribunal, appellatusq; Imperator.*

Statius correctus.

396. *——— cerne en vbicunque nefandæ*
Excidium moliris auis) nihil sani ex hac lectione elicias. Quid enim hic de nefanda auè? nugæ. Re-

scribe

scribe ex veteri: *en vbicunque nefandus.*

453. Belli suprema paratem) Sententiam insistens, nunquid rectius legeris, *belli suprema parentum?*

Coniectura in Statio.

502. multoq; latus perfulgurat auro) Lips. liber *perfulgurat ense*, vere & eleganter: nam respicit ad morem Romanum, quo Principibus nusquam non satellites aderant cum gladiis ad latus.

Statius emaculatus.

512. te conscia mater Decipiant? maiore medicina egent hæc quam superiora, nam vulgatam hanc non solum sententia, sed ratio Latini sermonis spernit. expressi ego scriptam, *te conscia mater Decipiam?*

523. quid me oro docet, quodve ista Pelasgi vbera? rescribe: *quid me docet? quid me ista Pelasgi vbera?*

574. quippe nihil grassata fames) ita vet. vul. *crassata.*

585. Aurigamq; impete vasto) pro *impetu* Lucretius libro VI.

Aut hominum tanto membrorum ex impete natum

592. fide ad mœnia versas) & hoc scriptis debes vulg. *versa.*

Statius correctus.

611. Quæ modò tam mites) tota sententia labat fulci ex veteri mutata litterula: *Qui modo tam mites.* Sensus Græci qui modò tam mites fuerant, visis Iocastæ & filiarum eius lachrymis, auditis precibus, ipsam & natas iam repellunt.

Litui in Bello.

623. & litui bellum inuenere secuti) non nubis solum sed & lituis excitare militum animos, veteribus vsitatum. exempla passim obuia, qua apud nostrum, quà alios tantum Senecam iam aduocabo qui Tgyeste:

Iam silet murmur graue classicorum
Iam iacet stridor litui: strepentis.
Alta pax vrbis renocata latæ est.

rectè *strepentis* nam incuruus erat lituus, vt ex festo discimus: ideóque sonum streperum, & acutum edebat Ennius:

Inde loci lituus sonitus effudit acutos.

noto

noto libentius, quia eleganti metaphora optimi auctores, *lituum* pro *impulsore* vlurpant. Cicero ad Atticum: *existimare Q. Fratrem lituum meæ profectionis fuisse.* quam phrasim operæ est iuuentutem intelligere, adi omnino Agellium, lib. 1. cap. xi. de vario priscorum ritu in præliis. *Ciceronis lux.*

646. *cornu deprensus achiua*) lectio hæc à veteri membrana est vulg. *deprensus achiuo*, contra rationem Latini sermonis, neque enim arcum intelligit, sed hastile à cornu.

Virgilius: *volat itala cornus.* Noster lib. 11.

— subit ore cauo Theumessia cornus.

657. *Brachiaq; in manicis*) manicas habere, veteribus molle ac effœminatum. Poëta princeps: *Manicæ molliciē notant.*

Et tunica manicas, & habent redimicula mitræ.

Plautus Pseudulo: *manuleatam tunicam habere hominem decet?* allusit suo more elegantissimè Romanus Sophus, *Seneca epist.* xxxiii. *Apud me vero Epicurus est & fortis, licet manuleatus sit.* *Seneca explicatus.*

664. *Cirrhæa monstrauit apollo iuuenca*) respicit fabulam, qua traditur Cadmus Apollinis oraculo bonē secutus, & vbi procupuit, illic Thebas condidisse, & ex bouis vocabulo regionem ipsam Bœotiam nominasse.

670. *cubilibus altis*) quis negabit cum veteri legendum cubilibus atris?

683. *Erumpensq; sinus*) interpolarunt homines ferreq; frōtis, scriptura & editio vetus: *ereptusq; sinus*, quod retinendum est: dixit ea notione qua *palatus* pro *Palans*, & similia dicimus vide Scholia ad lib 12.

698. *Funus erat*) præiuerunt ad hanc leuiculam emendationem, sed quam sententia flagitat, scripsit libri vulg. *funus erit.*

733. *— fas & mihi spernere Phœbum,*

Si tibi collatus diuum sator) notat fabulam, qua Iupiter Aeginam Aesopi filiam rapuisse fingitur, Aso-

pen.

pen. se Ioui opposu sse. Statius:

furit amnis, & astris
Infensus bellare parat (nondum ista licebant
Nec superis stetit audaces effusus in iras,
Conseruitque manus, nec quem imploraret habebat,
Donec vi tonitrus submotus & igne trisulco
Cesit.

Hipseus itaque Asopi filius: Liceat mihi (inquit) ô pater resistere Apollini, cum tu non fueris veritus ipsum Iouem repellere.

758. vittatam attingere Mantho] secutus sum libros veteres. Omnino enim legendum *vittatam*, non vt vulgati *vitatam*. Nam vates hæc Mantho. Vide quæ de vitiis notaui ad extremum lib. v.

771. tandem se famulum) verus hic vetus: *tandem se famulo.*

Statius correctus.

505. contento bellona mari) non dubitabit saltem non stultissimus quisque legendum, vt ex Buslidiano reposui, *contempto bellona mari.*

IOH. BERNARTII
AD LIBRVM OCTAVVM
THEBAIDOS.
SCHOLIA.

vers. 26. *Et eadem pollice damnant*) Pollex veteribus & fauoris & alienationis index. Si fauerent pollicem premebant. Plinius lib. xxviii. cap. ii. *Pollices, cum fauemus: premere etiam prouerbio iubemur.* Si auerso animo forent, pollicem vertebant, quæ vsque adeò maleuola nota, vt non alio signo interfici gladiatores, populus iuberet.

Pollices premere. Pollicem vertere.

Iuuenalis Satyr. ii.

Munera nunc edunt, & verso pollice vulgi.

Quem

Quemlibet occidunt populariter:
Prudentius de Vestalibus.

——— *pectusq; iacentis*
Virgo modesta iubet conuerso pollice rumpi.

tu totum hunc locum ita interpunge:

Fata ferunt animas & eodem pollice damnant,
Vincit opes, non vt vulgari. *damnant. Vincit opus.* mens poetæ. Parcarum stamina morientium multitudine superari.

92. ——— *assistunt lachrymis atque igne tumentes.*

Cocythos, Phlegethónque) nomina horum fluuiorum nusquam non obuia: qui plenè de iis instructus esse volet, adeat Platonem in Phœdone, Homerum Odyss. λ. Apollonium 11. Argon. Pausaniam Atticis, Hesiodum in Theogonia.

30. *& Styx periuria diuum Arguit*) sanctissimum Pœna eo diis iusiurandum per Stygem, Poetas fingere, lippis *ram, qui* & tonsoribus notum, non perinde vulgatum, quæ pœ- *peieras-* na proposita iis, qui per aquam Stygiam peierassent, *sent per* tradidit eam Hesiodus in Theogonia, cuius versus ad- *Stygem.* scribam, vel vt ridere possis si tibi lubentia.

Η' δ' ὲ μῦ ἐν πέτρης ϖροφέϕ μέγα πῆμα θεοῖσιν,
Ο'ς κεν τὶν ἐπίορκον ἀπολείψας ἀπομόσσι
Α'θανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος ὀλύμπου,
Κεῖται γήπολμος τελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν.
Ουδὲ ποτ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἴρχεται ἆσον
Βρώσιος, ἀλλὰ τε κεῖται ἀνανσιδυὲς ἀν ἄυδ'ος
Στρωτοῖς ἐν λεχέεσσι κακὴν δι' ἐπὶ κῶμα καλύψας.
Αὐτὰρ ἐπεὶ νοῦσον τελέση μέγαν εἰς ἐνιαυτόν,
Α'λλος δι' ἐξ ἄλλε δίχεται χαλεπώτατος ἆθλος.
Εννᾶτες δὲ θεῶν ἀπομείρεται αἰνὲ ὄντων
Ο'υδὲ ποτ' ἐς βωλὴν ἐπιμίσγεται οὐδι' ἐπὶ δαῖτας
Εννέα πάντ' ἔτια δέκατον δ' ἐπιμίσγεται αὖτις
Εἰρέας ἀθανάτων, οἳ ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Τοῖον ἀρ' ὅρκον ἔθεντο θεοὶ Στυγὸς ἄφθιτον ὕδωρ.

Sen.

Sententia hæc est. Si quis Deorum cœlestium periurarit, per aquam Stygis, toto integro anno nectare & ambrosia abstinere debet, humi iacet, mutus & lethargo oppressus post annum, maiora illum manent supplicia: nam per nouem annos in exilium pellitur, procul à deorum cœtu ablegatur, Decimo demum anno pristinam conditionem recipit. Hæc ille. Cæterum cur hic honos Stygi tributus sit, variè traditur. Isacius voluit, quia Styx coniurationem deorum, aduersus Iouem, illum vincire volentium, patefecerit: alij quia Stygis filiæ, victoria, Vis robur, Zelus, Ioui aduersus Titanas opem tulissent.

Saturnus in inferno.

45. *miserúmque patrem:*] Saturnum, nam & hunc non solum à Ioue vinctum, Poetæ finxerunt, sed cum fratre Iapetho, in terrarum coniectum. adi Homerum Iliad. Υ. & magnum Platonem stultitiam hanc ridentem, in Eutiphrone.

47. *Stygio prætextam Hyperiona cælo.*] Hyperiona pro Sole dixit. vt poetæ solent. Prisci varia de eo fabulantur. Diodorus Saturni fratrem fuisse, qui Solis ac Lunæ cursum primus obseruauit, & mortalibus tradidit Luctarius solis equum dicit, aliter quam Ouidius, qui Metam. II. inquit.

Interea volucres Pyrois Eous & Aeton
Solis equi, quartusq; Phlegon ———

Statius correctus.

49. *& vtrumque tenebo Tyndaridem.* ad fabulam, qua fingitur Pollux immortalis, mortalem fratrem Castorem vicaria morte redimere, quod adeo se diutius non permissurum, minatur Pluto, vt vtrumque apud inferos sit detenturus.

56. *patuerunt limina portæ*) longè melior in Lipsi. scripto libro concepta lectio: *tacuerunt limina portæ.* Cum Cerberus abductus videlicet inibi non amplius latraret. π' *patuerunt* probum aliàs hic spurium nam vt Maro cecinit:

Noctu

Noctes atque dies patet atri ianua ditis.

non igitur signate propter absentiam Cerberi.

60. Sed dura melior violentia legu) tenebricoso loco lucem petes à fabula, qua dicitur, Orpheo restituta ab inferis coniunx ea lege, ne respiceret. Mens, melior fuit lex, quàm ego ipse Pluto, nam dulcedine cantus impetrauit à me vxorem, sed impetratam perdidit, violando legem.

69. nostruq; hæc omnia sunto Prima odijs) emendatio hæc à libris scriptis est, vulgata, *hæc omnia sunto*, nec sana est, nec sani quicquam ex ea elicias. Duellum (inquit Pluto) Polynicis & Etheoclis, omen erit belli, quod ego fratribus Ioui & Neptuno inferam, hac iniuria meritò commotus. *Statius correctus.*

90. — ô cunctis finitor maximè rerum) Varro lib. IIII. de lingua Latina: *Diespiter dicitur, infimus aër, qui est coniunctus terræ, vbi omnia oriantur, vbi aboriuntur, quorum quod finis orcus dictus.* Diespitrem eundem esse cum Dite, & pueri sciunt.

102. scit iudicis vrna) quam fabulam respiciat, nullus ignorat, verùm origo fabulæ non omnibus innotuit, omnis enim hæc de vrna Minois fictio, ex veterum more nata, qui vt pleráque sortibus decernebant (dixi alibi) ita à iudicijs etiam sortes non repellebant. Cicero VII. in Verrem: *Quod ab eo pridie cùm multis lachrymis eum oraret, impetrare non potuerat, id ei postero die venit in mentem è lege Rupilia sortiri dicas oportere, eduxit ex vrna tres, ijs vt absentem Heraclio condemnent imperat: itaque condemnat.* Horatius: *De vrna Minois.*

Ceruius iratus leges minitatur & vrnam:

132. inferni vitatur honore sepulchri) non discrepant scripti, in Lugdunensi editione tamen inuenio: *Vittatur honore*, erit fortè qui nos id reposuisse vellet ex more veteri, quo vittæ in sepulchris. Cæcilius Androgyno: *Sepulchrum plenum taniarum, ita, vti assolet.*

Varro lib. v 1. de lingua Latina: *Cum ad sepulchrum ferunt frondes atque flores, addunt nunc lanas, sed velatas frondenteis comas*, ego ritum hunc non ignoro, retineo tamen vulgatam, quàm requirit ipse orationis ductus.

151.—*sed Mopsus idem, trepiduſq; ferebat*

Statius emaculatus.

Auctor idem) Manifestissimum mendum, quod ex scriptis libris sine vlla hæsitatione emaculaui: *trepiduſque ferebat Actorides*, non firmo: cùm neminem tam ineptum futurum autumem, qui vulgatam spuriam, nostram germanam non credat.

194. *Elysias dedit inseruare volucres*) *Seruare* solemne in auspicijs verbum. Cicero pro domo sua: *negant fas esse agi cum populo cum de cœlo seruatum sit.* Noster (vti vides) componit, quod & lib. v1. fecit:

Fata patent homini, piget inseruare.

Ammon cornutus.

201. *cornigeri vatis nemus*) Ammonem intelligit, qui sub forma arietis in Lybia colebatur. Phœstus Macedonicis:

Ζεῦ Λιβύης Ἄμμων κερατηφόρε κέκλυθι μάντι.

Iupiter hæc Ammon audi cornute Ly'umque

Vates. — Hæc ad cornigeri, cur nemoris signatè faciat mentionem tradit Luctatius, *qui in Syrtibus*, inquit, *in eo tantùm loco vbi Iouis Ammonis templum est, nemus inuenitur.*

202. *Quercus anhela Iouis*) dixi alibi de hoc oraculo, cæterum eleganter, vt Luctatius monet, *anhela quercus*, dicitur, ad similitudinem vatum, qui deo pleni & anhelantes responsa dabant.

Statius correctus.

241. *Semper in aspectum*) veteris membranæ hæc scriptura est, & sine dubio Papinij. Mens. Oedipum qui hactenus latuerat, & à nemine visus fuerat, in publicum prodiisse vulg. *semper in aspectum*.

259. *qualis post longæ Phineas*) Rex Thraciæ, cuius cibos turpissime fœdebant Harpyiæ, notior fabula quàm vt explicari debeat.

277. *atque orbum vitæ decus*) interpolatitia lectio Buſi. manifeſto verſu, *atq; orbum vitæ decus*, dixi alibi.

290. *Sumere tunc artus ipſumq; onerare veretur.*

Patrius equum) Cedo quis Palæmon hæc capiet? aut quis Oedipus explicabit, quid ſibi velit, *ſumere artus patrius?* non lõgos logos. Fatebuntur mecum omnes qui ſunt ſuæ mẽtis, Legendum vt ex manuſcriptis repoſui: *ſumere tunc arcus*, reſpexit ad ritum Perſarum, apud quos *arcus* inſigne Regiũ. Dio, li xl. x. de Phraate Perſarum Rege, ad quem Antonius legatos miſerat: *aurea ſella ſedens ἐγ τὴν νευρὰν τῆ τόξ ἐ ἐλλων.* id eſt, *Arcus ac neruum arcus pulſans*, nunquid audax nebulo, qui ignarus huius rei germanam lectionem deprauarat? *inſigne regium.*

300. *& cumulos frugum*) perſpicua veritas, & ita ſcripti conſenſu, vulg. *& tumulos frugum.*

309. *te velox machina cœli Aëre pendentem vacuo*) ad veterum opinionem, qui terram ab aëre vehi credebant. Luctatius: *Mundum opinantur æternum: terram aiunt pendere aëre ſuccinctam, vnde Lucanus, Dum terra fretum terramq; leuabit aër.* Manilius. I.

Eſt igitur tellus mediam ſortita cauernam,
Aere & toto pariter ſuſpenſa profundo.

Macrobius Satur. I. cap. XXI. *Quæ natura cœli eſt, cuius ambitu aër continetur, qui vehit terram*

321. *deceat diſtinguere fine*) authoribus libris, ſententia mirè comprobante, detraxi ſpuriam litteram, vulgati, *finem.*

352. —*ſeptemq; excurſibus hærent.*

Ogygijs, it ſorte Creon) interpunge: *hærent. Ogygijs in ſorte Creon.*

386. *pellitur & patriæ, qui mente nouiſſimus exit*
—*Lucis amor*) profero, quod in ſcriptis eſt: *& qui mente.* Senſus amor liberorum, coniugum, patriæ, & qui diutiſſimè tamen adhæret, etiam vitæ amor pellitur.

418. formidanda non vna morte sagitta) quia & ferro & veneno lætales.

439. Laudataq; verbera matri) notat Spartanorum ritum in educatione puerorum. De quo Tertullianus ad Martyres. *Nam quod hodie apud Lacedæmonios sollemnitas maxima est διαμαστιγωσις (flagellatio) nō latet: In quo sacro ante aram nobiles quique adolescētes flagellis affliguntur, astantibus parentibus & propinquis & vti perseuerent adhortantibus,* meminit Cicero Tusc. II. allusit Plautus Captiueis, vbi Parasitos. *Laconas plagipatidas*, vocat Videndus & Seneca de prouidentia cap. IV. Originem non ita vulgatam tradit Luctatius simulachrum Dianæ quod in Tauros fuerat & humano sanguine consueuerat placari, in Laconiam transtulisse Orestum: & ne intermissione sollenium numen offenderetur, inuentum vt pueri super aram impositi, tamdiu flagris cæderentur, donec sanguis effluueret, qui instar sacrificij esset, adi Ouidium III. de Ponto, eleg. VII. hæc origo videtur fuisse huius moris, quem tamen postea Lycurgus, fortè desitum, reuocauit & fortitudinis patiētiæq; palæstrā esse voluit.

Pueri apud Spartanos verberati.

444. trucámque tamen percussit Acetes) optimè, nam dextram intelligit vulgati contra rationem Latini sermonis: *truncúmque.*

Statius emaculatus.

460. Qualiter hyberni summis duo montibus amnes
Franguntur: geminásque cadunt in plana ruina,
Contendisse putes vter arua arbustáque tollat
Altius: aut superet pontes)

Pessimè ab interpunctionibus affectu sic sanaui:

Qualiter hyberni summus duo montibus amnes
Franguntur, geminâque cadunt in plana ruina.
Contendisse putes vter arua, arbustáque tollat,
Altius aut superent pontes.

Statius correctus.

495. Hasta viri trans pectus) reformo in pulchriorem sententiæ habitum ex Lipsij scripto libro, in quos

per

per pro *trans* rectissimè vult enim hastam per armos, & pectus transiliisse,& pariam secum abstulisse.

514. Tu patrem cœlumq; mihi (quis tanta relatu
Aequet) habe totas, si mens exscindere Thebas.

ego tibi affirmo interpungendum:

Tu patrem, cœlúmque mihi: quis tanta relatu
Aequet? habe totas, si mens exscindere, Thebas.

549. Ipsa diu inspectu latum prædixerat astru
Vraniæ) Lipsij liber: *ipsa diu potis*, vnde elegantis ingenij & doctrinæ iuuenis Gerardus Buitevvegius noster, dum nuper vna deambularem, acutè elicuit, *ipsa diu positu*, & refert ad thema natalicium, placet rei & amicissimi hominis causa. *Coniectura amici nostri.*

156 soceros nec tristibus actis Auersatus erat sponsum) nox in hac sententia cuius tenebras qui penetrare possis non video, nisi vocibus paulum compositis & correctis: *socerum nec tristibus actu, Auersatus erat sponsam.* Sensus Atym non spreuisse Ismenem, ob Oedipi & Iocastæ facinora *Statius correctus ex coniectura.*

583. necesse nec hasta) extensa verba. Litterula mutata illustrant scripti, *nec ense nec hasta.* *Emaculatur Statius.*

585. abiecit iaculum) haud damnes, tamen germanius censeam: *adiecit iaculum.*

615. Tacitæ præponderat exul) notat affectum humanum, qui erga miseros semper magis pronus. Iocasta apud eximium illum Auctorem Hebræis:

Vtrumque quamuis diligam affectu pari,
Quo causa melior sorsq; deterior trahit,
Inclinat animus, semper infirmo fauens
Miseros magis fortuna conciliat sui, compar sententia apud Tacitum Annal. XIII. *Siue verum, seu periculis commendatus retinuit famam, siue experimento.* Mens. Siue reuera non segnis illi indoles fuit, siue pericula & ex periculis fauor hanc illi famam circundederunt. Papinius ipse libro II.

—seu quos mouet exul & hasit Tristibus aucta fides.

642.—namque hanc solam moribunda precatur
Vox generi) veteres, *namque hoc solum.*

650.—lachrymásque in vulnera fudit) scripti libri: *in lumina fudit,* quod magis ad meũ gustum: præcedit enim, *Tunc quia nec genitrix iuxtà, positusq; beata Morte pater, sponsa munus miserabile tradit Declinare genas.*

690.—retroq; datum Thebana regebant.

Arma decem) spurium hoc, sed depurant scripti libri: *Thebana regebant.*

731. Latera inclinantia parma) ad morem priscum dixit. Duces enim in prælio morientes in clypeo veteres ponebant. Virgilius x.

—At socij multo gemitu lachrymisq;,
Impositum scuto referunt Pallanta frequentes.

Idem xi. *At Lausum socij exanimũ super arma ferebãt.* Statius ipse hoc libro:

Fertur Atys seruans animam iam sanguine nullo,
Cui manus in plaga, dependet languida ceruix

Exterior clypeo, pertinet huc animosum illud Spartanæ mulieris dictum, cùm filio clypeum traderet: *Aut cum illo, aut in illo.* Mens. tac redeas, non amisso clypeo, aut honestè occubens in eo reseraris.

747. ceruice reportat terga cruentatum) correxi fidenter ex scriptis: *terga cruentantem.* *Statius emendatus.*

758. iamq; inflexo) ita veteres, quod probè probum est, vulg. *Namque inflexo.*

IOH. BERNARTII.

AD LIBRVM NONVM THEBAIDOS, SCHOLIA.

Coniectura. *vers. 20. illis nuda odia)* olere mendum videtur: & licet

licet non varient scripti, præoptem ego: *illi nuda odia.* *in Statio.*

68. *Iam Thelamona pium.*) qui Meleagrum ita dilexit (auctor Luctatius) vt Theseus Pyrithoum.

95. *validam simul elicit hastam. Non pudet hos manes, hoc, &c.*) corruptam & hanc scripturam arbitror. Libri veteres in eo adiuuant quòd referant, *hos manes, hæc infamantia bellum funera*, quæ tamen medicina huic ægro nondum faciet vitam, auguror legendum, & nisi rectè caussam non dico, quin artem diuinandi in perpetuum desinam: *validam simul ejcit hastam*, iudicabit eruditus lector. *Statius emendatus.*

129. *dum spes nulla metus*) nihil mutemus, sanus hic locus, tantum τὸ *spes* non prima sua notione, sed pro *metu*, accipe.

162. *versare in sanguine vidi*) potior est scriptorum librorum lectio: *lapsare in sanguine vidi.* Noster lib. v. *Lapsare.*

— *vidi lapsare cruenta*
Vulnere Mirmydonis. Poëta princeps:
— *& in multo lapsantem sanguine nati.*

Tacitus hist. 1. *Lapsantibus equis & cataphractarum pondere.*

178. *victorq; vlulatus*) notandum iuuentuti τὸ *vlulatus* etiam in gaudio.

182. — *siue gradum, seu frena effundere*) mens, siue pedes, siue eques sequeretur sequentia interpunctione sic illustro, ——— *ingens*
Limes vtrimq; datus: nusquã arma, manusq; quiescãt,
(*Nulla viri feritas.*)

254. ——— *& flamine primo*
Abiatum tellure mori) Sensus, nisi primo flamine, quod Parcæ nerant, negatum illi fuisset, in terra mori, respexit veterũ stultum errorem, qui anus illas in ipsa natiuitatis hora, vnicuique incuitabiles leges præscribere, credebant. Catullus in nuptiis Pelei:
Talia diuino fuderunt carmine fata.

Vitiosa distinctio.

Carmine, perfidiæ quod post nulla arguet ætas.
262. *Spicula, iam clypeosq; leues arcúsque remissos.*

Vnda vehit) piget & pudet minuta hæc monere, & tamen nisi æternum caligare velis, legendum:

Spicula iam clypeósque leues arcúsque remissos
Vnda vehit.

204. *illic luctantur corpora leto,*) restitui ex scriptis, vulg *illis.*

Statius emaculatus.

328. *non Anthedonij tegit hospitis inguina pontus*
—*Blandior*) nihil pote melius hac sectione scriptorũ librorum, qui suppoſuerant *inguina portus*, litare debuerant bonæ Menti. Glaucum intelligit, cui Anthedon patria. Papinius Prometij:

—*subitis qui perdidit inguina monstris*
Glaucus, adhuc patrijs quoties allabitur oris,
Littoream blanda feriens Anthedona cauda.

344. *apposuit cumulo sed densior amnis*) fieri non potest quin attentus lector hic hæreat, cui adiutorium libri veteres: *si densior*, perspicuè rectum, ideóque non timidè in contextu recepit.

Iterum.

349. *Aspice quas fluuio cædes, quæ funera portem*
Continuus, telis, altóque adopertus acerno) vitiosissima interpunctio, tu lege:

—*funera portẽ, Cõtinuus telis altoq; adopertus acerno.*

402. *Leucothean planxisse ferunt*) fabulam Ino & Melicertis tangit, pueris iam decantatam, vel ex vno Ouidio Metam. IV. quem non exscribo, illud sciat iuuentus, Ino hanc, Mututam matrem, ab antiquis dictam: eandémque esse cum Aurora Cicero I. Tusc. *Ino Cadmi filia nonne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nobis.*

Matuta mater.

Lucretius lib V.

Tempore iam certo roseam Matuta per oras
Aetheris auroram defert, & lumina pandit.

Si de Matuta plura desideras, adi Plutarchum in Camillo,

millo,& Problem Cicer.iii.de Nat.Deor. Liuiũ li. vi.

423. *falsa nunc improba fronte Cornua, nunc vetitam currus disiungere Phœben, Dotalésque rogos,decepta, ue fulmina vidi*) Fabulas Europæ, Alcumenæ, & Semeles ordine tangit.

501. *nec vltra Passurum*) libri non discrepant, nec tamen mihi persuadent locum syncerum esse: iudicent docti.

519. *Theseos ignis vbi est*) lucem pete ab extremo lib.xiii

523. *ceu ventis alte conflata resedit*

Tempestas) vitiosè quis non videt?in libris veteribus est.*alte cum flata*,puto ego germanum esse:*alte cum elata*. *Diuinatio in Statio.*

572. *crine dato passim*) nunquid rectius : *crine dato passum?* Ouidius : *Passis sedet capillis, Vt solet ad gnati mater itura rogum.* *Iterum.*

Virgilius:*Crinibus Iliades passis*—

589. *armaq; curua suum, & vacuorum terga leonum*) Turbata hæc & implexa, distinctione euoluo : *armaq; curua,suum & vacuorum terga leonum.* *Interpunctio vitiosa sublata.*

635.— *miseræ sine funera matris*

Audiat ille precor) intelligi potest, sed ad longè meliorẽ sententiam præeunt scripti:*audiat ille prior:*

638. *verentem crinibus aras*) manifesta corruptio, quam norma versus spernit vet. *verrentem*, exigua, sed aureola emendatio, quam vt liquidò verum in contextum admisi : respicit morem priscum : crinibus enim passis templa matronæ in suppliciis (proprium in hac re hoc verbum) *verrebant*. Liuius libro iii. *Strata passim matres, crinibus templa verrentes, veniam irarum cœlestium exposcunt.* Idem libro xxvi. *Matronæ circa deũ delubra discurrũt, crinibus passis aras verrentes.* Appuleius lib. v. *Tunc Psyche veri fletu rigans deæ vestigia, humúmque verrens crinibus suis.* Ma- *Emaculatus Statius.* *Mos verrendi aras.*

mertinus Panegyrico ad Maximianum: *Matres Italæ pensa manibus abiecerũt, paruos liberos abreptos ad tẽpla traxerũt, ibi ædes sacras passo capillo suo quaq; verrebat.*

644. — *cum fratrem nube coruſca*

Adſpicit haud ſolitum viſu) lego, *cum fratrem in nube coruſca. Aſpicit haud ſolitũ viſu.* Sensus, vidit Diana Phœbum in nube, non eo vultu quo consueuerat.

730. *Coryton telu*) dixi de voce hac alibi, hic addo Luctatium subtilius distinguere. *Coryton*, inquit, *theca ſolius arcus dicitur, ſicut pharetra ſagittarum, ſagma ſcuti*, nunc tamen Coryton pro pharetra posui.

Cõiectura. 876. *cauſaq; patebant*) haud damnes, tamen purius censeam: *cauſaq; patebant.*

881. *Et prenſis concuſſa comis, ter colla quaterq; ſtare negant*) Luctatis: *morituris ſolent erigere capita comas concutiendo ſiue vellendo, quaſi renocent illis cenſum*, ritus alibi mihi non lectus. Scio præsecari solere crines morientibus, vnde illud Virgilij: *Nondum illi flauum Proſerpina vertice crinem Abſtulerat.* (Macrobius v. Satur. cap. xix. videatur) sed nihil ad lucem huius loci.

IOH. BERNARTII.

AD LIBRVM X. THEBAIDOS.

SCHOLIA.

Teſſera quid. Vſus teſſera. Teſſera frumentaria.

17. *dat teſſera ſignum*) teſſera antiquis breue lignum, cui signum inscriptũ vel insculptũ: hinc Polybius. l. vi. πλαστῶν. tesseram vocat, & Plin l. xv. c. xviii. Ligustrum, cuius lignum molle & tractabile, tesseris aptissimum scribit vius Teſſeræ quà in pace, quà in bello. In pace, præcipuè triplex, nam aut *frumentaria* ea, aut *ludrica*, aut *hoſpitalis*. Frumentaria ciuibus tenuioris

fortunæ

fortunæ in principio cuiusque mẽsis distribuebatur, ea accepta ad horrea publica ire licitũ: petitũ frumentum gratis, meminere compluries Iurisc. nostri. Vlpianus L. 11. De Iud. *Si libertis suis tesseras frumentarias emi voluerit, quamuis maior pars hereditatis in provincia sit, tamen Romæ debere fidei cõmissum solui, dicendũ est: cum apparet id testatorẽ sensisse ex genere cõparationis.* Paulus L. XLIX. de Leg. 11. *Si Titio tessera frumentaria legata sit.* Ludicra, à principib. luxu diffluentibus introducta. Xiphilinus Nerone: πάντα μὲν γὰρ τὰ πολυτελέστατα, ἃ ἄνθρωποι, ἐδίουν, πάντα δὲ καὶ τὰ ἄλλα τὰ τιμιώτατα, ἵππους, ἀνδράποδα, ζεύγη χρυσᾶ, ἀργυρᾶ, ἐσθῆτα ποικίλην, ἐδίδου διὰ συμβόλων. Σφαῖραι γὰρ μικραὶ γεγραμμέναι, ἃς ἕκαστοι αὐτῶν ἔχοντες, εἰς τὸ ὅμιλον ἐξέπεμπεν, καὶ ἐδίδοτο ὅ, τι τῶν ἐκείνων ἥρπασαν. *Omnia enim lautissima quæ homines edunt, & omnia alia maximi pretij, equẽs, mancipia, iumenta, aurũ, argentũ, vestẽ variã, tessiras dabat. Nã globulos paruulos eorũ quidquid pictum habentes in plebem mittebat, & quod quis rapuisset, dabatur.* Hospitalem iuuẽtus vt intelligat, scire debet. Hospitij necessitudinem non inter priuatos modò, sed reges, populos, oppida, veteribus contrahere solemne. Liuius I. v. de Timasitheo Liparensi: *Hospitium cum eo Senatusconsulto factũ est, donaq; publicè data.* & lib. VII. *Nihil nobis tota nostra actione P. C. difficilius neque molestius est, quam quòd cum Eumene nobis disceptatio est, cum quo vno maximè regum & priuatim singulis, & (quod magis nos mouet) publicum ciuitatis nostræ hospitium est.* Cicero in Verrem VII. *Homo nobilissimus hospes tuus, cuius tu domi fueras, quem hospitem appellaueras, eum cum illa auctoritate & miseria videres præditum, non te eius lachryma, non senectus, non hospitij ius atque nomen, à scelere, aliquam ad partem humanitatis reuocare potuit? Sed quid ego hospitij iura in hac tam immani bellua commemoro? qui Stheum hospitem suum*

Tessera hospitalis.

in tres

in reos retulerit. Hospitij huius contracti signum (signatè inter priuatos) tessera erat, quæ vtrinque dabatur. Plautus Pœnulo: *Si ita est, tesseram conferre si vis hospitalem, eccam attuli.* A. Ci. *Agedum huc ostende: est par probe, nam habeo domi.* POE. *O mi hospes, salue multum, nam mihi tuus pater, hæc mihi hospitalis tessera cum illo fuit*, allusit lepidè, vti solet, idem Comicus Cistellaria: *hic apud nos iam Alcesimarche confregisti tesseram*, nouam, sed aptam more suo, ab hoc ritu vocem formauit Tertullianus de Præscrip. *Communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & contesseratio hospitalitatis, quæ iura non alia ratio regit quam eiusdem sacramenti vna traditio*, memini aliquando eruditè de hoc loco differentem me audiuisse, eruditissimum Theologum, Petrum Bernartium, cognatum meum, virum planè (veris non ambitiosis laudibus vtor) antiquæ vitæ, doctum pariter & probum. Ad bellum iam venio, in quo frequens etiam tesseræ vsus signatè ad colligendum militem, ad excubias, ad pugnam. De tessera ad colligendum militem accipiendus est Virgilius VII. *Classica iamque sonant: it bello tessera signum:* & Papinianus noster lib. VII. *longo fugit ordine velox tessera.* De ea quæ ad excubias apertè idem Statius:

—dat tessera signum
Excubijs, posita vices — exempla passim obuia in historia Romana. Nec ideo tamen velim existimes, Papinium, more suo, Græcam litem Romano iure decidere, nam & apud Græcos tesseræ huius vsum fuisse disertè asserit Pausanias Phocicis, imò apud Persas Xenophon, lib. III. & VII. Tesseram ad pugnam fuisse, elicias ex Taciti loco Historiarum III. *Eadem vtraque acie arma, crebris interrogationibus notum pugnæ signum*, rectè ait, *interrogationibus*, nam vocalis ea Hirtius de bello Africano: *Cæsar sign.*

Plauto lux.

Tertullianus explicatus.

Tesserarũ vsus in bello.

Ad colligendum militem: Virgilius explicatus.

Tessera ad excubias.

Quæ nota etiam Græcis & Persis Tessera ad pugnam.

Tacitus explicatus.

Fælic

Fœlicitatis dato, quo admisso in hostem ire contendit, interpretor ab hac tessera Valerium lib. 1. cap. v. *Cum Græcum versum exprimere vellet* (Brutus) *ad illud potissimum Homericum referendum animo tetendit, ἀνδὰ μοῖρ' ἐλόν κ. τ. λ. ἔτανεν ὑς. qui Deus Philippensi acie a Cæsare & Antonio signo datus, in eum tela convertit*, respicit hanc etiam Suetonius Octauio, cap. xvi. *Sub horam pugnæ tam arcto repente somno devinctus, vt ad dandum signum ab amicis excitaretur.* Denique scito vti *frumentariæ tesseræ* erant, ita *olearias*, quibus oleum, *cœnarias* quibus cœna, *nummarias* quibus nummi præberentur, fuisse. Postremò obseruabit iuuentus, Principum æuo, ita inoluisse tesserarum vsum, vt per tesseram quælibet mandata darentur. Suetonius Galba: *Solemni fortè spectaculo plaudentes inhibuit, data tessera vt manus penulis continerent.* Ammianus: *Per tesseram edicto itinere* dico, *Principum æuo* frequentiæ caussa, nam libera Republica etiam vsus. Liuius: *Tesseram vesperi per castra dedit, vt ante lucem viri equique curati & prandi essent.*

Hirtius illustratus. Valerius & Suetonius explicati. Olearias. cœnarias, nũmarias tesseras Per tesseras manu data data. Cap. vi. Lib. xxii. Libro xxviii.

56. *Peplum etiam dono*) ita mos vetus, vt in supplicijs, peplum matronæ deabus offerrent. Virgil. 1.

Peplum in supplicijs.

Interea ad templum non aquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplumque ferebant
Suppliciter tristes, & tensæ pectora palmis.

61. — *thalamo disponsa Tonantis*

Expers connubij & timidè posituræ pudorem) Bonum hoc, sed non germanum. Libri veteres siquidem consensu, lectionem præferunt, talento contra non caram: *timidè posituræ sororum*, acutè, quo verbo omnem Venerem complector. Papinio meo digna sententia. Mens. Timidè Iunonem vincula naturæ rupisse, & à sorore ad vxorem transiisse, quod peculiariter ipsi conuenit τὸ *pudorem* translatitium est, & omnibus commune. Quis tam inamœnus, vt elegantis

Aureola in Statio emẽdatio.

gantissimam hanc emendationem non exosculetur?

85. *Aethiopaúq; alios*) nam duplices Æthiopes, Occidentales & Orientales. Homerus Odyssea α.

Duplices Aethiopes.

Αἰθίοπες τοὶ διχθὰ δεδαίαται, ἔσχατοι ἀνδρῶν,
Οἱ μὲν δυσομένου ἠελίου, οἱ δ' ἀντολίοιο.

Statius leuiter tentatus.

95. — *licet omnia clament*
Littora) non displicet vetus lectio: *licet horrida.*

Statius correctus.

128. *dubiis mixtúsque*) veteres ἀρχαικῶς, *dubium mixtúmque.*

135. — *tacitoq; per æthera curru*
Fertur) scripti codices & editio princeps: *cursu fertur* quod omnino malim. Somno siquidem non currum, sed alas Poëtæ adfingunt. Euripides Hecuba:

— ὦ πότνια χθὼν
μελανόπτερύγων μάτηρ ὀνείρων. Tibullus II.

Postque venit tacitus fuluis circundatus alis
Somnus, & incerto somnia nigra pede.

Somnus alatus.

Propertius: *Dum me iucundus lassam sopor impulit alis.* Silius lib. X. — *quatit inde soporas*
Deuexo capiti pennas, oculúq; quietem
Irrorat — nec visum nostro dissentire, quinimò signatè hoc eodem libro:

— *cùm verò humentibus alis* *Incubit* —

& Achilleidos I. — *totis vbi somnus inertior alis*
Defluit in terras —

Statius correctus.

145. *& medio affatu verba imperfecta reliqui*) à veteri membrana est, vulgata quæ subdititia est lectio: *& medio afflatu.*

168. *Bonus, instigabat Apollo*) Lips. liber *instigaret*, lego *instigarat.*

De vita beata, ca. XXIII.

166. *consumptáque brachia ferro*) Nihil possum meliùs quàm Romanæ Philosophiæ princeps Seneca: *Cùm sistrum aliquis concutiens ex imperio mentitur, cùm aliquis secandis lacertis suos artifex, brachia atque humeros suspensa manu cruentat, cùm aliqua genibus per*

viam

viam repens vlulat, laurumque linteatus senex & medio lucernam die præferens, conclamat, iratum aliquem deorum: concurritis & auditis & diuinum esse eum, inuicem mutuum alentes stuporem, affirmatis.

167. — quatit ille sacras in pectora pinus) respicit morem horum fanaticorum, qui in simulato isto luctu pectora sibi tundere soliti pinu. Claudianus.

Cymbala ferre licet, pectusq; illidere pinu.

Lampridius Commodo: *Isiacos verò pineis vsque ad perniciem pectus tundere cogebat.* *Claudianus & Lampridius illustrati.*

168. — sanguineosq; rotat crines) Catullus:

Vbi cymbalum sonat vox, vbi tympana reboant,
Tibicem vbi canit Phryx curuo graue calamo,
Vbi capita Menades vi iaciunt hederigera.

Lampridius Heliogabalo: *iactauit autem caput inter præcisos fanaticos, & genitalia sibi deuinxit, & omnia fecit, quæ Galli facere solent.* Vlpianus: Iurisconsultus, L. 1. §. apud, de Ædilit. edict. *Si seruus inter fanaticos non semper caput iactaret,* adi Plutarchum lib. 1. Sympos. quæst. Sec. vl. & Pindarum.

171. Domúmque verendam signorum) alludit ad ædiculam sine templum, in quo, religionis causa, Aquila & signa seruabantur in exercitu Romano: Herodotus lib. IIII. ὡς δὲ ἐσῆιμσι εἰς τὸ ϛρατόπεδον, εἰς τι τοῦ νεὼ ἵνδα τασημήια καὶ τὰ ἀγάλματα τῶν ϛρατοπέδου τούτων ἱδρυται. *Postquam in castra venit, & id sacellum in quo signa & imagines exercitus adorantur,* nec velim te mirari quod introducit, duces apud signa, seu in principiis, consultantes, nostri enim quam Papinius amet exprimere Romanos mores, illi verò præcipuos castrorum actus apud signa celebrant. Ius illic dictum Liuius lib. XXVIII. *Tribunos tamen iura reddere in principijs sinebat.* Concionari inibi solet Imperator. Tacitus: *contractos in principia milites insit cum silentio audire,* litte-

Templum signorum in castris.

Actus Castrorũ solemnes apud signa.

rę publicæ ibi lectæ. Spartianus Fescennio: *Itaque missi litteras recitandas ad signa.* Iuramenta illic exacta. Tacitus: *iureiurando peti cautum apud signa.* Animaduersio denique, non nunquam & illic. Frontinus lib. IV. Stratag. *M. Cato memoriæ tradidit in furto comprehensis, dextras esse præcisas, aut si leniùs animaduertere voluisset, in principijs sanguinem missum.* dico, *nonnunquam*, quia vt in oppidis animaduersio extra muros, vbi & carnifex & vespillones habitabant (Cicero pro Rabirio, Artemidorus lib. I. C. IV. Tacitus Annal. II. videntur) ita alias in castris extra vallum. Consule Senecam de ira, lib. I. cap. XVI. Tacitum Annal. I. Hirtium de bello Africano, Caphurnium declamatione VII. in ipso argumento.

175. *& magnis loca desolata tuentur Regibus*) id est, spoliata seu relicta. *Desolatus* siquidem *μονωθεὶς solus relictus.* Tacitus Annal. I. *mox desolatus aliorum discessione.* Idem lib. XII. *desolatus etiam seruilibus ministerijs.* Virgilius XI.

Dissectiq; duces, desolatiq; manipli. inibi.

—sat funera fusi

Vidimus, ingentes & desolauimus agros, colonis videlicet ad bellum abductis, cui compar sententia Papinij nostri lib. V. *Delectus cui desolauimus vrbes* abductis ciuibus & lib. I.

—quod desolata domorum tecta vides, & lib. IX.

—Desolatúmque magistro agmen.

179. *--- & laterum custos*) intelligit eum qui Græcè dicitur πλαγιοφύλαξ, *qui lateribus nauis præest.* Pollux lib. I.

Coniectura in Statio.

205. *Edocui lapsus suade eia vlciscere ferro.*

Nos saltem dixit) malim ego: *vade eia.*

337. *nunquam apta latenti Turba dolo*) lectio hæc à manuscriptis est, nec quin germana sit quisquam sanus, aut pro sano dubitauerit, vulg. *nondum apta.*

246. *tribus ordine deni)* tentabam legere: *tribus ordine denu.*

264. *Cernitu expositas turpi marcore cohortes) Pro pudor) Argolicas, hinc ausi obsidere portas?* pessimè ab interpunctionibus laborans locus, tu rescribe: *Cernitis expositas turpi marcore cohortes (Pro pudor?) Argolicas hi ne ausi obsidere portas? neque* enim, quod ineptissimè vulgata præ se fert, somno obruti Græci iacebant, sed Thebani & indignantur vates, somnolentos hos, ausos fuisse obsidere Argiuorum castra.

Statius vit. ossissima distinctione liberatus.

299. *traxerat in somnis cythera)* maculosum hoc, eluunt scripti: *traxerat insomnis*, id est, peruigil. vide quæ notaui ad lib. 11.

321. *Quarta soporiferæ superabant tempora noctis.)* veteres noctem in quatuor vigilias distribuere sohtos omnes sciunt. respicit huc Papinius. Illud non perinde vulgatum, Romanos initio, in ortum & occasum solum diem distribuisse, adeò vt x 11. Tabulis, nusquam horarum facta fuerit mētio. Censorinus Auctor & Plin lib. VII. *Duodecim tabulis ortus tantum & occasus nominatus: post aliquot annos adiectus & meridies, accenso* Coss. *id pronunciante.* recte *pronunciante* dicit, quia horæ postea inuentæ, non signo campanæ, vel instrumento, vt hodie apud nos, sed arbitrio solius magistratus diuidebantur. Varro libr. v. de lingua Latina: *Hoc idem Casconius in Actionibus scribit, Prætorem accensum solitum tum esse iubere, vbi ei videbatur horam esse tertiam, inclamare horam esse tertiam, itémque meridiem & horam nonam.* Deinde excogitatum, vt dies sicssti & hax semper esset xii horarum, quæ pro tempore anni, longiores vel breuiores forent. horæ verò clepsydris discriminarentur. Nox præterea quatuor vigilias haberet, singulæ vigiliæ tres horas, & quando vigilia mutaretur, signum daretur buccina. Vegetius, lib. III. cap. VIII. Liuius lib.

Horæ initio Romanis incognitæ.

Excogitatæ imperio. Magistratus. Postea clepsidru diuisa.

322. *& honor non omnibus astris*]quia Lucifer tantum lucet.

331. *quamuis patientior artus ille*) *figurata locutio.* quamuis patientiores artus habeat, id est, *Tydei membra dura sunt, & non cito tabescunt* Lucretius.

452. *vt afflictos turbarem ego proditor Argos*) veteres nec dubito quin sincerius, *turparem ego.* Lucretius l. 1.

Turpare

Aulide quo pacto Triuiai Virginis aram
Iphianassai turparunt sanguine fœde
Ductores Danaum delecti -- vetus poeta apud Ciceronem. Tuic. quæst. lib. 1.

Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euitari.
Ionis aram sanguine turpari.

Tacitus hist. v. *Suæ abstinent memoria cladis, quod ipsos scabies quondam turpauerat.*

Coniectura in Statio. Non frequens phrasis. Statius correctus.

436. *interea claro*) cogitabam leuiter., *interea caro.*

456. *ni pectore toto Obstet aperta parens*) ita scripti vulgati pessimè. *in pectore.*

465. *illicita cœli de Lampade tactos*) id est fulmine

467. *ipse vltro conuertit equus* (ex fide librorum sic edi volui vulg. interpolatitie: *conuertit equis.*

488. *est vbi dat vires nimius timor*) verissimum est. & vt ocellus Historicorum Curtius, inquit: *ignauiam quoque necessitas acuit, & sæpe desperatio spei causa est* imbibet victor, & si sibi suisque consultum velit, nunquam spem omnem hosti abscindet.

Timor interdũ vires addit.

495. — *primus quem cæstibus ipse ligarat*
Tyndarides nitidi morientis conuexa magistri

Statius correctus.

Respicis, auerso pariter Deus vtcidit astro. Quis quis hanc lectionem intrusérit, velleri mihi dicerent qua fiducia hoc fecerint, libri veteres quos non dubitaui audire, --- *primus quem cæstibus ipse ligarat Tyndarides, nitidi morientis conuexa magistri, &c* Mens Alcidamam ad cæstuum certamen à Polluce formatum

morien

morientem sustulisse oculos in cœlum, vbi magister eius sydus, quod stat m etiam tanquam abominaretur discipuli mortem, se abscondit. Nostri lib. VI.

——— *sed socij fretum Pollucem magistro.*
Norant & sacras inter creuisse palæstras.

Seneca Philosophus Medea:

Sedet Castore cum suo
Pollux castibus aptior.

Arnobius li. I. *Castores, equos vnus domitare consuetus alter pugillator bonus, ideo non Castor sed pollux dicitur.* nec recedit ab his Virgilius, dum ait: *Talis Amyclæi domitus Pollucis Cyllarus.* Nam vt ibidem inquit Seruius: *Castor domitor equorum fuit, sed fratrem pro fratre posuit Poetica licentia.*

517. *at patulas saltu transmittere fossas*
Horror equis hærent trepidi atque immane pauentes
Abruptum mirãtur agi,] Sũptum videtur ex Homeri Iliad. VI. apud quem Hectoris equi pariter describuntur resistentes, & timentes in summo labro fossæ. *Homeri imitatio.*

——— ἵππῳ δὲ ἑκάστῳ
Τόλμων ὠκὺ ποδὶς μάλα δ' ἴχνιά ζον ἐπ' ἄκρῳ.

χείλεϊ ἐφεστάότες locum hunc ita edi volui cum in vulgatis turpi errore legeretur. *Abruptum mirantur equi.* probas scio lector, & gemina ionem a mala manu fuisse vides: illud vno verbo, occasione huius vocis *abruptum* moneo eleganti metaphora, Tertullianum aduersus Praxam dixisse, *si tam abruptè vtamur*, id est, tam præcisè & sine limitatione & Valerium lib. VIII. cap. I. *abruptæ spei*, id est, spei perditæ, prorsus abscisæ.

569. *sic vbi puniceo pastor raptus ab antro*
Armatas exegit opes.
——— *penitusq; reperta.*
Punicibusq; canu exesæq; arboris antro.

587. *quia ne ante duce*] MSS. *quiáne ante duci*] Virgilius

Statius emaculatus.

——— *Quiane auxilio iuuat anxelenatos.* Idem: *Heu quanam tanti cinxerunt aequora venti.* Catullus:—*quémne ipſa reliqui.*

592. *Vincamur, pietas, pone ira altaria virgo*] lege: *vincamur pietas*

623. *nunc age quis ſtimulos*) ita veteres, ſine dubio

Statius correctus.

rectè vulg. *nunc age qui.*

Vitioſiſſima interpunctio.

625.—*memor incipe Clio*
Sacula te quoniam penes & digeſta vetuſtas.
Diua Iouis ſolio iuxta comes] non erit, vt explicent etiam Quindecimuiri fatalium librorum, niſi interpungant,

—*memor incipe Clio,*
Sacula te quoniam penes & digeſta vetuſtas.
Diua Iouis ſolio iuxta comes,
659.———*toruiſque ligatur.*

Vitta comis (nam laurus erat.) Senſus. Virtutem cum ſe aſſimilaret eſſe Mantho, tantum vittas ſumpſiſſe, non laurum, vt dicebat vatem. quia laurum ſemper penes ſe habet, ideoque non habuit neceſſe aliunde petere.

Statius emaculatus.

669 *Fulminis haud citius radiis afflata cupreſſus,*
Combibit infeſtas & ſtirpe, & vertice flammas
Quam iuuenes) à ſcriptis libris hæc emendatio vulg. mendoſiſſimè qua iuuenis.

699.—*male cuncta miniſtrat*
impetus) veriſſima gnome, & celeres plerumque celeris pœnitentia. ſed eadem, ſera atque inutilis ſequitur. Intellexit id magnus Imperator, qui prudenter apud Liuium: *Omnia audentem* (inquit) *contemnet Annibal, nihil temerè agentem metuet. Omnia nos properanti dara feſtinatio improuida eſt & cæca.* Subſcribit princeps Hiſtoricus, qui ſapienter affirmat. Δύο μὴ ἐναντιώτατα τῷ ἀνδρὶ, τάχος τι καὶ ὀργὴ *Duo aduerſiſſima rectæ mentis celeritas & ira.* quarum pò-

Feſtinatio conſiliis mixta.

sterior nunquam vtilis, prior interdum. Nam actioni in primis grata. Enimuerò vt rectè inquit Demosthenes: Exord. xxii. *δεῖ μὲν βουλεύεσθαι ἐφ' ἡσυχίᾳ, ποιεῖν δὲ τὰ δόξαντα μὴ ἀναβάλλεσθαι.* *Consulere quidem oportet lentè, consulta exequi festinanter.*

Actioni grata.

Statius correctus

712. *téque iterum sæuis, iterumq;*) postulante libro scripto, lege versus suffragante, hanc lectionem admisi vulg. *sauisq; iterum.*

754. *agit æquore campi:* obserua tui qui in studiis tyro, æquor Latinis scriptoribus, quicquid planum est, nec solum de mari, sed etiam de terra, fluuio & cœlo dici. Noster lib. xii.

Æquor quid Latinis.

Iamque in puluereum furiis hortantibus æquor
Prosiliunt.—

Lucretius iii.

Voluitur & plani raptim petit æquora campi.

Cicero: *Babilonii in camporum patentium æquoribus habitantes.* Virgilius iv.

Viridésque secant placido æquore syluas.

Accius Atreo.

Sed quid tonitru turbida torno,
Concussa repentè æquora cœli,
Sensimus sonore?

Papinius i.

Horrendos etenim latices stygia æquora fratris.

808. —*Viden' vt iugulo consumpserit ensem*) nihil mutemus, nam & Maro dixit:

Viden' auo gemina stant vertice cristæ.

835. —*metitur culmina visu,*
Innumerosque gradus, gemina latus arbore clusus
Aerium sibi portat iter)) interpunxi: *Innumerosque gradus*, paraphrasis scalarum est.

902. *nõ tamẽ hæc turbãt pacẽ Iouis ecce quierãt (urgia)* Leuicula interpunctione illustro sententiam quæ in dẽsa nocte: *Non tamen hæc turbant pacem Iouis esse, &c.*

IOH BERNARTII AD LIBRVM VNDECIMVM THEBAIDOS, SCHOLIA.

Statius correctus.

verſ. 21. *at vaga palantes*) hanc lectionem ſcripti libri & editio princeps approbant, ſententia flagitat. vulg. *aut vaga.*

Suſpectus locus.

2. *rauci tunc comminus vrſi*) vt ingenuè loquar, nõ ſatis præcipio cur raucedinem vrſis tribuat. Fuit, cùm diuinarem legendum: *raui tunc comminus vrſi*, à colore deducto epitheto, ſed adhuc delibero.

Forſan correctus.

29. *ex agmine vallum*) licet libri nihil mutent, tamen magis γνήσιον me iudice, *examine vallum.*

Diuinatio in Statio.

43 *Alternis procumbit ager.* Sic legendum ex optimo Lipſ. codice, non vt vulgus alternus.

Statius emaculatus.

46. *exuuias imitata Dei* (ſuſpecta hæc mendi dudũ habui: ſed idem liber ſcriptus deduxit me ad veri latebras, præfert enim: *imitata tui*, lego: *imitata ſui.*

Iterum. Tertio.

75. *dextraq; innixa*) non dubito quin verior ſcriptura vetus: *dextraq; innexa.*

122 *quo fas erat*) nunquid purius: *qua fas erat.*

124. —*dignuſq; mea procumbere dextra*) rectè Buſl. codex tamen non male prefert, *auſuſq; meam contemnere dextram.*

125. —*cur mœſta inſignia tantum fleuerat*: : ænigma hoc, ſoluam tamen etſi non ſim Oedipus. interpunge: *cur mœſte inſignia? tantum fleuerat.*

Vitioſa diſtinctio ſublata.

162. *nunc ſaltem exoluere fas ſit.*

Quæ merui (ſcis nempe ſocer) licet alta recondas
Vulnera, & afflictum generi verecare pudorem.

Ille ego ſum) vitioſiſſima interpunctio, tu diſtingue: —*nunc ſaltem exoluere fas ſit.*

Quæ merui, ſcis nempe ſocer, licet alta recondas.

Vulnera & affectum generi vereare pudorem,

128.ac tu care socer] sententiam insistens ex veteri reposui,*at tu.*

203.correptumq; iniecit equum) impura hæc,depurati ex scriptis.*iniecit equo.*

209. *præuertit vota*) Lips. scriptus liber, *Peruertit vota*,genus sermonis notum vel ex vno Plauto.

210.Summe deum) *tibi namque mea primordia Thebæ*
(Liueat infandum licet Argos & aspera Iuno)
Debent Sidonios]pessimè interpunge:
Summe deum,tibi namq; mea primordia Thebæ
[Liueat infandum licet Argos,& aspera Iuno]
Debent.

257.non desunt Regi comites] acutissimè idem liber scriptus,*non desunt regni comites.* notat signatè aulæ illa mancipia,quibus nihil magis familiare. quam omnia principum siue honesta,siue inhonesta laudare. *Perpetuum malum regum* [Curtij verba sunt] *quorum opes sæpius assentatio quàm hostis euertit.* Verissima vox. quæ vtinam personet aures magnatum. *Adulatores principatuipsos.*

285.& ritè nefasto)*ritè*,pro :*itu* dixit

373.liceat vultus fortasse supremos Noscere dilectos) quis dubitauit quin legendum vt ex scriptis reposui:*supremum.* *Statius correctus.*

399. opus ipsa nouarat Mœoniu. Argia modis) cur Mœoniis? quia ex Lydia (ita postea est vocata Mœonia : fuit Arachne lanificij peritissima,quæ Mineruam prouocauit?haud inepte hoc dixeris.

428.Ipse quidem regnis multum & venerabilis æuo.
Sed quid apud tales? quis non sua pignora curæ
Extet honos) malim ego : *Sed quis apud tales?* Mens, erat quidem reipsa venerabilis Adrastus, sed quæ veneratio apud eos,quibus nec pignora curæ?

437.Quam scyta).

440.exploratiq; furentum.

In digitis armenta videt) locum seu ligamen intelligit, quo mediam hastam veteres religare solent, vt iaci longiùs posset. Duxit hinc elegantem Metaphoram Tertullianus, aduersus Marcionem lib. v. *Iniustitiæ auctorem & dominatorem totius sæculi nummum scimus, cui famulatam videns Phariſæorum cupiditatem, amentauit hanc ſententiam, Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ.*

442. ——— *ac fata morantem*

Conuerſumq; iugo propellet Arionа) noli ambigere, quia verior sit ſcripta lectio: *ac fata monentem.* nam (vt ait Luctatius) Arion Neptuni filius diuinabat.

443. ——— *qualis.*

Demiſſus curru læua poſt præmia ſortis.

Vmbrarum cuſtos, mundiq; nouiſſimus hæres.

Palluit amaſſo veniens in tartara cælo) Plutonem intelligit & fabulã reſpicit, qua Iupiter, Neptunus, Pluto vniuerſi hanc machinam diuiſiſſe ſorte finguntur.

454. *premit à ſtridentibus hydris*) præſto legendum: *aſtridentibus.*

542. *altè enſem germani in corpore preſſit,*

Quàm malè iam plumis imis tegit inguina thorax.

inſigne mẽdũ parua labe contractũ. Nam literulam detrahe, & germanam lectionem effeceris: *Qua male.*

585. *nigri ſulcator auerni.* veriorem lectionem præferunt calamo exarati, *pigri ſulcator Auerni.* Noſter Epiced. in patrem.

—pigro tranſmiſit auerno.

Cauſa minor.

Idem lib. VIII.

Sæcula nouæ notionis.

Tunc regemunt pigrique lacus, vſtæque paludes.

592. *expectent ſæcula ripas*) notione non cuilibet è plebe litteratorum nota, *ſæcula, pro hominibus* poſuit, nec id ſine ratione, vel auctore. Enimuerò vti recepta apud Latinos phraſis eſt, *væ ætati tuæ*, pro

væ tibi

væ tibi: ita cum ætas hominis *sæculo* concludatur non absurdè pro licentia, pro homine *sæcula*, Noster vsurpauit. præsertim cùm locupletissimum auctorem habeat Lucretium lib. v.

inde loci mortalia sæcla creauit. & inibi.

Tum tibi terra dedit primum mortalia sæcla, id est, homines, & iterum, *Lanigeraq; simul pecudes & bucera sæcla*, pro ipsius *bubus*. *Lucretius explicatus.*

626. *talia conquestus*) interpolarunt homines inuenusti, & extruserunt proprium Papinio verbum, *dequestus*, quod scripti agnoscunt. Noster lib. 1.

—similesq; notos dequestus & imbres.

Sidonius lib. IX. epist. IX. *Longum tacere nos vir sacratissime in commune dequestus es.*

646. *ramos moritura legebat*) *ligabat*. respicit fabulam, qua fingitur Erigone Icari filia, Penelopes soror, à baccho in specie vuæ compressa, cum patrem à pastoribus insuper occisum reperisset: seipsam de arbore suspendisse, sed ramo fracto in terram decidisse, inter astra translatam, & signum Zodiaci factam, quod Virginem appellant.

661. *Primum adeo sauis imbutus amoribus aula Indicium*) Ignotus ille, sed magnus auctor Thebais, ab hac mente:

——tam ferum & durum geris.

Sauumq; in iras pectus, & nondum imperas?

Quid sceptra faciem?

Et Seneca Thiest.

Vt nemo doceat fraudis & scelerum vias:

Regnum docebit.) adeò omnes fere cum Pindarico illo Tantalo:

μέγαν ὄβον χατανέγκαι ἀδύνατοι:

magnam fœlicitatem concoquere non possunt. *Statius emaculatus.*

680. *iam tumulis iunctos socios, iam mœnibus arces.*) pessimè quà de verbis, quà de interpunctionibus af-

fectus locus; sed Pharmacum ex scriptis quod huic ægro faciet vitam.

Iam tumulo victos, socios iam mœnibus arces?
730.— & hic quondam solio sublimis & armis
Septus opem miseris, & iura petentibus æquus
Supplicibusque dabat: cui nunc ex agmine tanto
Vna comes] mirãtur vicissitudinem hanc, qui ea tantùm prospiciunt quæ ante pedes sunt: at non illi quos altiori quadam aura cana Prudentia afflauit. didicerũt quippe à sapientissimo romanorum: *Horæ momentum interesse intra solum & aliena genua.* Velut in Eurippo sursum deorsumque omnes volui. Nec tamen ideo deiiciuntur cum serio imbiberint eiusdem Sophi sonitum: *In secundo nemo confidat, in aduersis nemo deficiat, alterna sunt vices rerum: quid exultas? ista, quibus veheris in summum, nescis vbi te relictura sint. Quid iacet? ad imum delatus es? nunc est resurgendi locus.*

Vicissitudo omnium rerum.

IOH. BERNARTII AD LIBRVM XII. THEBAIDOS. SCHOLIA.

Statius correctus.

vers. 30 *cum capulis hostilisq; manus*) litterulam ex fide MSS. adiice, & germanam lectionem habebis: *cum scapulis.*

Captiui ad rogũ iugulati.

68. *spirantes super inferias.* ad morem veterem dixit quod in cæca illa errorum fouea prolapsis, persuasum defunctorum animos humano sanguine propitiari, ideóque captiuos ad bustum iugulare solebant. Homerus Iliad. ω

Δώδεκα δὲ Τρῶων μεγαθύμων υἱας ἀμύμων
Χαλκῷ δηιόων.

Virgilius Æneid. XI.

Vinxe

Vinverat, & post terga manus, quos mitteret vmbris
Infernas caso sparsuros sanguine flammas.

156. *Siculosq; licebit Exorare deos.*) Lactantius. *Iupiter Aethnam nympham compressit, quam cum Iune prosequeretur, illa terræ imploranit auxilium & in sinus eius recepta, enixa est gemines, necdum partu maturo, hos terra intra gremium tantiu fouit, quandiu lex vieri postulabat vnde Palyci, id est, bis geniti, sunt appellati, hos autem immites fuisse, & humano sanguine placari consuetos fabula confirmatum est.*

161. *Nomina quod supereft: vacuis datis orba sepulchris*
Absentesq; animas ad inania busta vocatis.) adumbratus ex Virgilio locus lib. III.

Ante vrbem in luco falsi Simoentis ad vndam
Libabat cineri Andromache, manésque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem
Et geminas, causam lachrymis sacrauerat aras.

respicit vterque poeta ad κενοτάφιον, cuius Præclarum apud Xenophontem exemplum lib. VI. expeditionis Cyri. vbi militibus, quorum reliquiæ reperiri non poterant, inane sepulchrum statuitur: vide Tacitum annalium I. & III. Suetonium Claudio capit. 1. Marcellinum in vita Thucydidis: Lampridium seuero: Vopiscum Floriano. Denique Iurisconsultos nostros Marcianum L. VI. de rer. diuisione: & Vlpianum L. v. de reliq. & sumpt. funer. vbi dices cenotaphium non fuisse apud veteres religiosum.

165. *atque vno vultus pallore notati*) quanto melius veteres. *pallore gelati?* Statius lib. IV.

—*sic fata gelatis vultibus.* Inibi.
—*gelat ora pauor gressusq; tremiscunt.* & lib. X,
—*stupet anxius alto*
Corda metu glaciante pater.—

Germana vox Statio restituta.

Iuuenalis Sat. IV.

—*pauidoque gelantur.*

Pallo

Pectore.

118. Nunc hospes miseræ primas nunc sponsus ad aras,
Nunc mitis coniux] vitiosissima interpunctio, tu mecum rescribe:

Nunc hospes miseræ primas nunc sponsus ad aras.

tangit iterum, sed occultè more suo, ritum priscum, quo *sacrificium* signatè inter nuptiarum solemnia. Tacit Ann. XI. de Sillio & Messalina. *Haud sum ignarus fabulosum visum iri, tantũ vllu mortaliũ securitatis, in ciuitate omniũ gnara & nihil reticẽte, Cõsulẽ designatũ, cũ vxore Principis, prædicta die, adhibitus, qui obsignarent, velut suspiciendorum liberorũ causa, conuenisse: atque illam audisse auspicũ verba, subisse, sacrificasse apud deos, discubitum inter conuiuas, oscula, complexus, noctem denique actam licentia maritali* Scriptor ignotus octauiæ:

Nuptiarum solemnia.

—vidit attonitus tuam
Formam Senatus, thura cum superis dares,
Sacrasq; gratas spargeres aras mero,
Velata summum flammeo tenui caput.

Terentius Phormione: *si argentum acceperit, ducenda est vxor, vt au, concedo tibi spatium quidem tandem apparandis nuptiis, vocandi, sacrificandi dabitur paululum.* Valerius Flaccus, VIII. Argonaut.

Inde vbi sacrificas cum coniuge venit ad aras
Ausonides, vnaq; adeunt, paritérque precari
Incipiunt, ignem Pollux undamq; iugalem.

Prætulit—qui locus alterius cuiusdam ritus memorem me reddit. Quo receptum, vt aqua & ignis nuptiarum solemnibus semper adhiberentur. Scæuola Iurisconsultus, lib. penult. paragr. 1. de donat. inter vir. & vxor. *Virgini in hortos deductæ ante diem tertium quam ibi nuptiæ fierent, priusquam ad eum transiret, & priusquam aqua & igni acciperetur.* Dionisius Antiquitatum 11. de Romulo, raptas Sabinas, suis conjungens: *Nuptias inter eos hu conditionibus concilians,*

Vtagi

vt ignis & aqua eiusdem principes essent, quemadmodum adhuc & nostra ætate fit. causam huius ritus reddidit Lactantius lib. II de origine erroris. c. x. de aqua & igne agens: *alterum enim quasi masculinum elementum, alterum quasi fœmininum, alterum actiuum, alterum patibile, idcoq; à veterib. institutũ, vt sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciãtur, quod fœtus animantiũ calore & humore corporentur & animẽtur ad vitã.* videdus Varro li. IV de Lingua Lat. Ouid. Fast. IV. Nonius etiam in *Tritonem* & in *Felix*. Erit fortasse aliquis, cui extra limitem extráque oleas (quod dicitur) ire videbor: non eo, noto hæc talia, vt intelligat iuuentus Papinium scribentem. Epith. Stellæ & Violantillæ:

——— *procul ecce canoro*
Demigrant Helicone deæ quatiuntq; nouena
Lampade solemnem thalamis coeuntibus ignem,
Et de pierio vocalem fontibus vndam.

respicit vetustissimum hunc ritum & ipsas Musas, ea quæ ad solemnia gestasse vult.

235. per fluuios secura ruis) cur non audiam veteres: *per fluuios secura vadi?*

309. vix ea conscissis manum dea) corruptissima hæc sunt si qua alia. Quid enim *conscissis manum?* portenta verborum, vti vides. Sed noli dubitare quin legendum sit ex veteri: *Statius correctus.*

--cum scissis magnum dea nubibus orbem Protulit.

348. Sed benè habet, superi gratum est. Fortuna peracta est spes longinqua viæ) lego: *sed bene habet superi, gratum est fortuna.*

441. exundant diuiso vertice flammæ) Lucanus I.

--vestali raptus ab ara
Ignis & ostendens confectas flamma Latinas
Scinditur in partes, geminoq; cacumine surgit.
Thebanos imitata rogos.

450. Cingula, frater erat, cernísne vt flamma recedat?

conetur

Concurrátque tamen] interpungo,

Cingula, frater erat cerniſne vt flamma recedat,
Concurratq; tamen?

519. —mox hoſpita ſedes Vicit & œdipeæ furias] Lactatius: *Oedipus expulſus Creontis imperio confugit Epicolono, in quo locus erat furiis cõſecratus: ſed miſericordia Atheniẽſiũ illa ſede eſt erutus, hoſpitaliterq; tractatus.*

520. & funus Olynthi texit] imbi: *Olynthus ciuitas eſt Athenis ſeruiens hac ſe auctoribus Laſthene & Eutycrate, Philippo tradidit, ob quam culpam placuit Athenienſibus euertere ciuitatem, quo comperto ad aram Miſericordiæ confugerunt.*

530. Laurigero ſuſ'euntem Theſea curru] Sumptum à Romanis moribus: nam apud Græcos non vſus. Dico vberius peculiari de Triumpho libro.

542. populos in ſemet agebat

Hyppolite, in diuerſas abiere ſententias Scriptores qui hanc hiſtoriam tangunt. Clidemus ſiquidem vetus Hiſtoriographus, tradidit amazona quæ fuit Theſei vxor, Hippolytam vocatam, quem ſequitur Statius noſter. at Iſacius Antiopem dictam voluit, cui accedere videtur Plutarchus Theſeo, ſemper eam Antiopen vocans, etſi contrariæ ſententiæ meminerit. ſubſcribit etiam Seneca Tragicus. Hippolyta.

Diſſentio in hac hiſtoria nominibuſq; ſcriptorum.

Immitis etiam coniugi caſtæ fuit
Experta ſæuam eſt barbara Antiope manum.

Qui verſus Antiopem occiſam à Theſeo innuunt, quod Hegynus, & Ouidius etiam tradidere: ſed ab iis recedit Pauſanias, qui ſignatè Atticis: Ἐσελθόντων δὲ ἐς τὴν πόλιν, ἔχειν Ἀντιόπης μνῆμα Ἀμαζόνος. ταύτην τὴν Ἀντιόπην Πίνδαρος μὲν φήσιν ὑπὸ Πειρίθῳ καὶ Θησέως ἀραχθῆναι. Γρυζ ωίαν δὲ Ἡγησιπύλη ἐς αὐτὴν πεποίηκε, Ἡρακλέα Θεμίσκυραν πολιορκοῦντα, τὴν ἐπὶ Θερμώδοντι, ἐλεῖν μὲν δόλῳ λαβόντα Θησέως δὲ ἐρασθέντα Ἀντιόπην (γράψαντα γὰρ ἄνω

Ἡ ω-

Ἡ ραχλεῖ καὶ Θησεῖ) τὰ μὲν ἀπὸ τοῦ χωρίου. τὰδὲ μᾶλλον Ἡγίας παντάπασιν. Ἀντιόπῃ δὲ φασὶν ἐπιόντι ἐλθεῖν Ἀμαζόνες, ἀποθανεῖν ὑπὸ Μολπαδίας τοξευθεῖσαν. Μολπαδίαν δὲ ἀποθανεῖν ὑπὸ Θησέως καὶ μνῆμα εἶναι καὶ Μολπαδίᾳ Ἀθήνησιν. *Ad urbem proprius accedenti Antiopes Amazonis monumentum in conspectu est. Hanc certè Antiopen a Theseo & Piritheo rapta scriptũ reliquit Pindarus. Trœzenius verò Hegias hæc propemodum de ea scripsit: Herculẽ non prius Themiscyram, ad Thermodontẽ amnẽ quã diu oppugnarat, cepisse, quam Antiope Theseï amore capta (in ea enim oppugnatione Herculi socium fuisse Theseum) oppidũ tradiderit. Hæc Hegias. Atheniẽses verò cum ad urbem Amazones aduentarent a Molopadia, sagitta confixam Antiopen memorant. Molpadiam a Theseo occisam. est enim & Molpadiæ apud Athenienses sepulchrum.* eadem fere de Antiopes more. Plutarchus.

550.—— & ab obsessis mœsta Polopeides aris) siuè vt vet. *infessis.* rectè & ex ritu veteri, quo supplices sedebant. Tibullus: *Et veneris sanctæ considam vinctus ad aram.* Propertius lib. II. ad Iouem:

Pro quibus optatis sacro me carmine damno,
Scribam ego, Per magnum est salua puella Iouem.
Ante tuosque pedes illa ipsa adoperta sedebit,
Narrabitq; sedens longa pericla sua.

Supplices & adorantes sedebant.

Interpretor hinc Tertullianum de oratione: *Porrò quum perinde faciant nationes adoratis sigillaribus suis residendo, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur.* Pythagoricum est notum enim humanioribus simbolũ. ἀποσχιζόντας ἐπὶ ἑδράσι.

Tertullianus explicatus.

586. non trucibus monstris Busyrim.] Quid ais Papini? Theseus ne Busyrim occidit? Tullius tibi adsit à memoriæ vitio non excusset. Consensu omnium Herculi hoc tribuitur, & tu ipse huius sententiæ tibicen. Hercule Surrent.

Statius emaculatus.

Non te lerna nocens nec pauperis arua Molorchi.

Nec

Nec formidatus Nemees ager, antraq; poscunt.

Thracia, nec Phary pollusta altaria regis. & passim alibi. quid igitur hic tibi visum dissentire? nunquam factum imperiti alicuius Marci glossema est, non tua scriptio. Veteres firmant qui præferunt: monstris si non. Lego indubitanter: *menstru Sinin.* fuit Sinis latro celebris, quem Theseus interfecit. Idem Pausanias Corinthiacis: Ἐς δὲ ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ τῷ ἀρχῇ ἔνθα ὁ λῃστὴς Σίνις λαμπραῖς ὕψος πιτύων, ἤγνυ ἐς τὸ κάτω σφᾶς. ὁπόσοι δὲ μάχῃ κρατήσειεν, ἀπ' αὐτῶν δύο ἀφῆκεν ἄχρι ἐπὶ ῥίζαις ἑκατέρων τῶν πιτύων τὰ δεσμὰ δὲ ἐς τὰ σκέλη εἶχε, καὶ τὸ δεσμὸν μηδ' ἑτέρωσε εἶπον ἕλκοντος: ἀλλ' ἀμφοτέρωθεν ἐπίσης βιαζομένων, δίκαιος ὁ διασπασμός. Τοῦτο διεφθάρη πρῶτον καὶ αὐτὸς ὑπὸ Θησέως ὁ Σίνις. *In prima Isthmi fronte locus est, vbi Sinis latro, curuatu. it terram diuersarum pinorum ramis, ad eos quos pugnando vicisset, arctis vtrinque vinculis alligabat, vt cum in suam naturam arbores redissent, illi distraherentur, quo ipse postea supplicij genere a Theseo affectus est.*

Prop. libr. III.

Arboreasq; cruces Sinis, & non hospita Graïs
Saxa, & curuatas in sua fata trabes.

adi & Plutarchum in Theseo.

557. Scyrona crematum) lectio à libris est vul. putidè *Scyrona creatum.* Vide quæ scripsi ad 1. Thebaidos.

539. & quos Calliroë nouies errantibus vndis) vnde ἐνεάχροος Græcis dicitur. Consule Suidam & Thucididem libro II.

943. vt ingens lis superum) respicit fabulam qua Pallas & Neptunus de Athenis contendisse finguntur.

659. & emissa præceps iter inchoat hasta) à ritu Fecialium Romanorum: qui si cubi bellum indicerent, hastam Ferratam, aut sanguinea perustam, in fines hostium emittebant, vt ex Liuio lib. I. Vix vlli ignotum.

Fecialiũ ritus.

715. aptissimè, *non spectandus equos.*

716. *deiecit Capaneus exanguis, & ægra iuuentus*) tenebricosissima sententia, quam nullus ingenij sol illustrabit, nisi mecum interpungat:

Deiecit Capaneus, exanguis & ægra iuuentus,
Iam nec coniugibus, suprema nec oscula natis
Iungit.

660. *faciebat vulnera*) restitue eleganter ex scriptis *sitiebat vulnera nec non Tertia, sed medio cuspis temone retenta est.* Statius correctus.

762. *se solum votis*) sine cunctatione reposui scripturam veterem: *sed solum votis.*

805. *Thesea magnanimũ quærãt priùs, anne Creonta,*
Anne suos vidui ducant ad corpora luctus, lego & interpungo: *Thesea magnanimum quærant priùs, anne Creonta.*

Anne suos vidua ducant ad corpora luctus.

807. *tot busta simul*) Pausanias in præclara illa sua Græciæ descriptione, antiquæ caræque eruditionis thesauros aperiens, multa ad Papinij nostri illustrationem, vti aduertere, beneuole lector potuisti, cõtulit plura largiturus ni scholiorum angustiæ nos coarctarẽt, in obiecto totius operis, parum conuenire ipsi cum illis, quibus hanc historiam describere, præcipua videtur fuisse cura, initio audiuisti in appendice Theseani belli, illud præcipuum habet, quod Creontem non Regem, sed Regis tutorem faciat: Thesei operam non à viduis, sed ab ipso Adrasto petitam asserat, nec dissimulet rumorem qui vanũ arguit, quicquid de hac re Scriptores tradidere. Verba eius hæc sunt Atticis: Ὀλίγῳ δὲ ἀπωτέρω ἴτ Φοίβου, ἱερὸν Μεγαμείρας ἐστὶ, καὶ μνῆμα αὐτοῦ τάφοι τῆς ἐς Θήβας. Κρέων γὰρ, ὃς ἐδυνάστευε τότε ἐν Θήβαις, Λακεδαίμονα ὑπὸ τρεπόντων τὸν Εὐρυσθέως, οὐ παρῆκε τοῖς προσήκουσιν ἀνελομένοις θάψαι. ἐκπέμψαντος δὲ Ἄδραστου Θησέα, καὶ μάχῃ Ἀθηναίων

χθονομήνης πρὸς βοιωτούς, Θησεὺς ὡς ἐπεφέτησε τῇ μαχῃ, κομισαι ἐς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκρεὺς, ἐνταῦθα ὁθαψε. Θηβαίοις δὲ τὴν ἀνναίρεσιν τῶν νεκρῶν ἐθέλουσαι λεγεσι δοῦναι, ἢ ζωάγρια μάχῃ οὐ φασι. *Non longè à puteo est Megamirae sacellum, & eorum qui ad Thebas ceciderunt tumuli. Cum enim Creon, qui Laodamantis, Etheoclis filij tutela susceptâ Thebis imperabat, non sineret casorum cadavera humari, Thesei opem Adrastus implorauit. Commissa itaque inter Athenienses & Thebanos pugna, Victor Theseus in Eleusinum agrum, deportanda cadavera atque ibi sepelienda curauit. Thebani tamen neque se quin humarentur prohibuisse, neque vllum sibi cum Athenienſibus certamen fuisse dicunt.* Hæc ille. Plutarchus etiam Theseo, adiutorem Adrasto fuisse Theseum ad recuperanda illorum corpora, qui sub Cadmea ceciderant, refert, non quod fuderit Thebanos, sed datis acceptisque hinc inde induciis.

IOH. BERNARTII.

AD STATII PAPINII ACHILLEIDOS, primum Librum.

SCHOLIA.

vers. 6. *Dulichia proferre tuba*) notat historiam seu fabulam, qua traditur Vlysses, Achillem inter Lycomedis filias latitantem, sono tubæ excitasse, ita vt seipsum proderet. Papinius lib. 11. Achil. 1.

---cum grande tuba (sic iussus Agyrtes)
Insonuit, fugiunt disiectis vndique donis,
Implorantq; patrem commotaq; prælia credunt.
Illius intactæ ceciderunt pectore vestes.

De interdum minuit.

8. *Depleuimus hausto*) *depleuimus*, dixit notiore, verbo *impleuimus*, oppositâ, nam non augendi solum vim

vim, sed & minuendi τὸ de habet. Papinius lib. III.

—tunc stagna, lacusq; sonori
Detumuere— & lib. V.

Detumuere animi maris, & clementior auster
Vela vocat, —id est, tumuere desierunt, seu tumorem posuerunt, prope ad id quod Suetonius dixit Caligula cap. LIV. *desaltato cantico abiit.* id est, ad finem saltato, nec abhorret ab hac notione quod *Deuirginare* dicimus pro *virginitatem eripere.* Paulus iurisconsultus. L. vlt. de Off. Præs. *Præses cùm cognoscat de seruo corrupto, vel ancilla deuirginata.* Petronius: *cur non deuirginatur Panichides nostra.* D. Hieronymus epist. XXV. *In Aegypto primum deuirginata est.* pertinet huc & Plinij locus lib. XXXVII. *Lupatis potus medetur, vt licet viuere gladiatores cum deluerunt hac iuuari potione,* id est, cum ludere desierunt exaudio ita Poëtam veterem qui de *depannis* pro *sine pannis* dixit apud Nonium, non vt ille perperam interpretatur, diuisum *de pannibus* pro *pannis.* *Suetonius explicatus.* *Paulo I. C. & Petronio lux data.* *Itidem Plinio.*

11. *vittis albescunt tempora primis*) Sanè benè tamen in veteribus vox longè alia mentem præit aliam *vittis anguescunt.* Bellius profecto, quia videlicet instar anguium vittæ dependebant. *Statius leniter tentatus.*

14. *Florent vatúmque ducúmque*
Certatim laurus —) blanditur Domitiano *qui simulauit* (Suetonij verba adduco) *mirè modestiam: imprimisq; Poëtica studium, tam insuetum antea sibi, quàm postea spretum & abiectum: recitauitq; etiam publicè.* *Domitiano cap. II.*

16. *Olim dolet altera vinci*) Poëtica ab imperiali.

19. *præludat Achillis*) non temerè mutandum aut sede sua eiiciendum probum hoc verbum dissimulare tamen nolo, veteres præferre: *præsudet Achilles,* quod sanè damnare nolim. Statius lib. VI.

—ludúmque super quo martia bellis
Præsuadere paret, sèséque accendere virtus.

34. —*video iam mille carinis*
Ionium Aegeumq; premi) Virgilius 11.
Quos nec Tydides, nec Lariſſaus Achilles,
Non anni domuere decem non mille carinæ.

38. *Quid enim cunabula parua*) mens. cur paſſa ſum filiolum educari, ſeu prima rudimenta accipere apud Chironem. τὸ *cunabula* enim, ſeu quod idem valet, *incunabula* (præter vulgatam) vtraque hac notione probis auctoribus notum. Suetonius Veſp. cap. 11. *quare Princeps quoque locum incunabulorum aſſiduè frequentauit*, id eſt, *educationis*. Arcadius Iuriſconſultus. L. 1. De Offic. Præf. Prætorij: *His cunabulis præfectorum auctoritas initiata*, id eſt, *his rudimentis*, ſeu *principijs*. Inſtitutis in Proh. *vt liceat vobis prima legum cunabula, non ab antiquis fabulis diſcere*. Romanæ linguæ peritiſſimus Tertullianus, de Præſcr. *ſed nec Eccleſiam ſe dicant defendere, qui quãdo & quibus incunabulis inſtitutum eſt corpus, probare non habent*, idem libro de Patientia: *per hac impatientia tunc infantis quodãmodo incunabula, cæterum quanta mox incremẽta?*

Suetonio lux.

Explicata L. 1. de Off. Præf.

Tertullianus illuſtratus.

47. *Nunc quoque* (*ſed tardum eſt*) *iam plena iniuria rapta.*

Vitioſa interpũctio.

Ibo tamen:) peſſimè ab interpunctionibus affectum locum reſtituto.

Non quoque ſed tardũ eſt, iam plena iniuria rapta
Ibo tamen.

48.---*dextramq; ſecundi.*

Neptunus etiã Iupiter dictus.

Quod ſupereſt complexa Iouis —) notandus iuuentuti locus, nam, vt ex ſequentibus clarum. per *ſecundum Iouem*, Neptunum intelligit. Iouis nomen ſiquidem, tribus Saturni filijs commune, de eo qui cœlo præeſſe fingebatur: exemplo nuſquam non obuia de Plutone Homerus Iliad. A:

Σεύς τε κατα χθόνιος, καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια.

de Neptuno etiam Sidonius in Burgo, Pontij.

Sacri-

Sacra tridenſeri Iouis.

Virgilius Æneid. 1 v. *Sacra Ioui Stygio quæ rite inceptæ paraui,* vide omnino quæ notaui ad initium IV. Theb.

49. per Thetyos amnes) malim ex manuſcriptis legere, *per Thetyos annos*, cæterùm tu qui in ſtudijs tyro, ne per ſeipſam Nympham rogare autumes, ſcito, Thetim Terræ & Cœli filiam, Oceani vxorem Poëtis eſſe, Deorum omnium & rerum parentem. Papinius hoc libro:

---quos illi maxima Thetis.

Orpheus:

Ὠκεανὸν καλέω πατέρ' ἄμφιτον ἀενάοντα,
ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν, θνητῶν τ' ἀνθρώπων,

In Hymnis.

64. maieſtatémque repoſtam) Langianus *maieſtatemq; verendam.*) vtrumque bonum.

68. Terris pelagóque) probè, tamen in veteri *terris cælóque daturus*, ſuo & probo item ſenſu, notũ enim vel ex vno Homero quas turbas non in terra modò, ſed in cœlo, excitaſſe Helenæ raptũ, Poëtæ commẽti ſint.

70. --- hoc gratã munus alumna) tangit fabulam qua Venus in mari nata & educata fingitur.

72. ſi quis adhuc vndis honor) vnus è veteribus *ſi quis adhuc nubit honor*, vnde elegantiorem lectionem eruo: *nobis honor.*

Diuinatio in Statio.

74.---da tollere fluctus.

Nec tibi de tantis placeat me fluctibus vnum
Littus & Iliaci ſcopulos habitare ſepulchri) tenebricoſus locus & fortaſſè non ſanus, mens videtur, placeat tibi ô Neptune, vt ego dea vaſtum pelagus deſeram, & cineres atque ſepulchrum filij vni littori me teneant affixam.

78. tunc rector aquarum) nemo damnet, vereres tamen reponi ſuadent: *tum ductor aquarum*, quod germanum non abnuerim, nam τὸ *Ductor* pro *Rector*, Papinius amat, exempla paſſim obuia.

Ductor pro Rector.

83. edixit ſedibus annos) interpolatitia lectio, ve-

Statius correctus. tus, *dixit cædibus annos*, quod valdè amplectitur.

89. *nostros opera irrita muros*] interpungo *nostros, opera irrita, muros*, notat fabulam qua Neptunus cum Appolline fingitur, mandato Iouis Laomedonti ministrasse, dum Troiam ædificaret, vulgata fabula, & vt Herodotus refert, inde nata, quo pecuniam Neptuni & Apollinis sacrificiis dicatam, Laomedon ad extruenda mœnia conuerterit.

91. *crediderit peperisse Ioui*) & hic fabulam tangit qua pulcher ille Deus, omnium mulierum vir, à Thetidis concubitu, non abstinuisse fingitur, nisi quia à Themide, siue vt alij tradidere Protheo, admonitus fuerat, quod ex illa filius præstantior patre nasceretur.

94. *& dirum pariter quæremus Vlyssem*] ego Neptunus, ob Polyphemum filium meum excæcatum, tu Thetis ob sequitur Achillem.

Scriptorũ dissensus. 106. *Longæuum Chirona petit*) quibus paretibus Chiron hic ortus, diuersimodò auctoribus traditum. Suidas eum vna cum reliquis Centauris Ixionis filium fuisse scripsit, alij Phylire Oceani filiæ à Saturno in equi forma compressæ, cùm in eam se mutasset, ne ab vxorem deprehenderetur. Apollonius l. 11. Argonant.

Νυκτὶ δ' ὅτε πλωμύρη φυσιάδα γυρον ἄμεισον.
Ἔνθα μὲν Οἰαγρίδης φιλύρη κεδνὸς, εὖτ' ἐν ὀλύμπῳ
Τιτήνων, ἤνασεν ὁ δὲ κρηπτῶν ὑπ' ἀνῆγον
Ζηὸς ἐπιχθονίοισι μετοίφετ' ὀδμήτην,
Ῥείῃ ἐξαπίφων παρελέξατο τοὶς δ' λέκτρης
Τέτμεθεν μεσηγύς ὁ δὲ ἐξ ὀλιῆς ἀννοσίζας
Ἔσυτο χαλκηέῃσι φυλὼ ἐναλίγκιος ἵππῳ.
Ἡ δ' αἶψοι χῶρον τε καὶ ἤθεα κεῖνα λιποῦσα
Ὠκεανὶς φιλύρη, εἰς ἄρεα μακρὰ Πελασγῶν
Ἦλθ' ἵνα δὴ χείρονα πολύξεστα, ἄλλα μὲν ἵππῳ,
Ἀλλὰ θεῷ τάλαντον, ἀμοιβαίη τέκεν ὀδύνη.

112. — *non æquæ nefandis* —— *Fratribus*) decorè. Nam mitis omnino & placidus Chiro fuisse perhibetur.

tur. Achilles apud Euripidem, Iphigenia in Aulide:

Ἐγὼ δ' ἐν ἀνδρὸς δεσπόσεσ' ἁπαλῆς
Χείρωνος, ἥμαθον τὸν τρόπους ἁπλοῦς ἔχειν.

Ego viro à pie educatus sum puer
Chirone, mores simplices tantùm imbibi.

114.---nec trunci bellis genialibus orni) notat pugnam centaurorum cum Lapithis, in nuptiis Pirithoi, qui cùm crateres & tela deficerent certò Cæneum non læderent, arboribus pugnasse finguntur: Ouidius xii. Metam. de hac eadem re:

Vidi ego Petraeum conantem euellere terra
Glandiferam quercum---inibi:
---paruoque in tempore nudus
Arboribus Othrys erat, nec habebat Pelion vmbras

ibidem:---*iectaque euoluere syluas.*

116. Hæc quoque dum viridis, nam tunc labor vnus inermi.

Nosse salutiferas dubijs animantibus herbas) Vetus: *nam nunc* aptè, fuit medicæ artis peritissimus Chiron, imò Æsculapij præceptor, vt veteres credidere: tersissimus Lactantius: *Hunc* (Aesculapium) *Tarquitius de illustribus viris differens, ait, incertis parentibus ortum, & à venatoribus inuentum, canino lacte nutritum, Chironi traditum, didicisse medicinam.*

130.---magno[illegible]tinam mentita timores.

(*Namque mihi infestos vtero modò contuor enses*)
Nunc planctu liuere manus) praua interpunctio, lego:

Namque mihi infestos vtero modò contuor enses,

134. ac Stygios fero margere fontes) Achillem à matre Stygiis vndis ablutum, vt inuulnerabilis fieret, Poëtas tradere, omnes sciunt, & hoc nostrum respicere clarum: illud non perinde vulgatum, alios comminisci Thetidem interdiu filium ambrosia vngere solitam, & noctu sub igne occultare, quò quid-

quid in eo mortale foret, eximeret, donec à Peleo deprehensa, irata, se subduxit. Apollonius IV. Argonaut.

Ἠμὲν γὰρ Θεσσαλίας ἀρεὶ πεπυσμένος ἦσαν
Νύκτα διὰ μεσσὴν φλογμῷ πυρὸς ἥματα δ' αὖτε
Ἀμβροσίῃ χρίεσκεν ἑὸν δέμας, ὄφρα πέλοιτο
Ἀθάνατος, καὶ οἱ συγερὸν χροῒ γείρατο λάλκοι.
Αὐτὰρ ὅγ' ἐξ οὐνῆς ἀναπάλμενος εἰσενόησε
Παῖδα φίλον σπαίροντα διὰ φλογός. ἦκε δὲ λύτρῳ
Σμερδαλέῳ, ἐσιδὼν μέγα νήπιος ἣ δ' ἀΐσσα,
Τὸν μὲν ἀρ' ἀγκὰς ἑλὼν καμὰδις βάλε κεκληγῶτα,
Αὐτὴ δὲ πνοιῇ ἰκέλη δέμας, ἠύτ' ὄνειρος,
Βῆ ῥ' ἰμὲν ἐς μεγάροιο θοῶς, καὶ ἐσήλατο πόντον
Κασαμένη.

Achilles unde dictus. dictus hinc Achilles *Pyrisous*, quasi ab igne seruatus, & postea *Achilles* ab exusto labro, quod dum lingeret infans, ambrosia non fuisse perunctum fingitur. Agamestor Thetidis epithalamio:

Παμβοτῆ δ' ὄνομα θῆκε πυρίσοον ἀλλ' Ἀχιλῆα
Πήλευς κίκλεσκε χείλεος εἵνεκά μιν
Κείμενον εἰνὶ κόνει σοσθῇ ὅτι πῦρ ἐτάμοσε,
Χείλεος ἀθομένης ἀμφὶ φάτις ἐτέχθη.

143. *Ausa foret*) non sollicito, tantùm moneo veteres non malè ad sententiam perferre, *ausa seni.*

Statius emaculatus. 145. *non superant tua vota modum*) à mendo liberum hunc locum non esse, arguit structura orationis, verùm præsens remedium & manuscriptis: *nam superant tua vota modum*, quod germanum esse ego præsto. Sensus, precibus demerendi dij tibi, quandoquidem filius modum virtutis non seruat, mandata nostra spernit, & planè intractabilis fit.

146. *placandáq; multum Invidia*) nihil certius, nam quemadmodum ex Poëtæ monitu:

Liuor iners vitium mores non exit in altos,
Vtq; latens ima vipera serpit humo:

ita statim dirigitur in altos liuida illa dea, & quàm primùm

primùm aliquis non dicam, excellit, sed excellere conatur, statim adussit & afflauit maleuolentiæ quædam aura, omnesque quos cupiditas aut voluptas præcipites trahit, inuident ei qui virtutem capere potuit, aut etiam sequitur, statim talem in conuiuiis rodunt, in circulis vellicant, iniquè ferentes id habere aliquem quod ipsi non habent, vt meritissimò exclamet noster:

Quisnam impacata consanguinitate ligauit
Fortunam, inuidiamq; Deus? quis iussit iniquas,
Aeternum bellare deas? nullamne notauit
Illa domum, toruo quam non hæc lumine figat
Protinus? & sæua perturbet gaudia dextra?

Quid facies? per nudum calumniantium agmen alacer incedes, & erectus aduersus linguarum omnium tela rectus & munitus Comici hoc scuto: *Malim mihi inimicos inuidere, quàm me inimicis: qui inuident egent, quibus inuidetur rem habent.*

174. *tantúq; extenditur æmulus actis*) allucinor an rescribendum — *tantúq; accenditur æmulus actis.*

200. *diuersa mente volutat*) bonum hoc, sed an germanum? negant calamo exarati, qui præferunt, *diuisa mente volutat.*

208. — *& littora persona ludo*
Audierat, duros laxantem Aegæona nexus
Iussa sequi, cẽtũq; Dei numerare cathenas) nota est, Ægæonis fabula & quod ille centimanus à Neptuno ad scopulos Ægei maris religatus fuerit. Mens Poëtæ videtur: cùm nunciatum foret, Ægæonẽ conari effugere, & vincula dissoluere, missam Thetim, quæ rem cognosceret: Scyrim itaq; præteruectã, cognouisse imbelles esse loci incolas, choreis & ludis vacare.

231. *effulserat orbe*) concinniùs vetus: *effulgerat orbe.* *Statius emaculatus.*

249. *omnia versat*) detrahe ex veteri membrana litterulam, & veram rectámque lectionem effeceris,

—omnia versa— Atque ignota videt

237. *Parry; quæ rara licentia; muris*, malè ab interpunctionibus affectum locum restitue: *patris (quæ rara licentia) muris.*

239. *& spargere floribus hastam*) Thyrsos intelligit: Iustinus epistolia ad Zenam & Zerenum: ὡς ἐφ' ἁρπαγὴν διὰ Σχημάτων εἰσιόντες τὰς ῥόγας ἐπὶ τῶν θύρσων ἐφιέμενοι. *Veluti Bacchæ per speciem habitumq; pacis lanceas in Thyrsis circumferunt*, adi Plinium lib. xvi. cap. xxxiv. Papinius lib. 11. Achill. *Vibratumq; graui redimitum missile dextra*, rectè *redimitum*, quia *Thyrsus* nihil erat quàm hasta frondibus & pampinis inuolura, absque ferro idem Papinius.

Talis vir ad Thebas vultúmque animúsque remisit
Emus, & patrio saturauit pectora luxu,
Serta comis, mitramque leuat, thyrsumq; virentem
Armat, & hostiles inuasit fortior Indos, intellexit Thyrsos, dum eodem libro scribit:

---molléque tulit Tyrinthius hastas.

292. *animique tumentes*, nihil hic veteres, non timidè tamen præsto legendum: *annique tumentes*, vide omnino Scholia nostra ad 11. Thebaidos.

297. *Illius è roseo flammatur purpura vultu,*
Et gemmis lux maior inest, & blandius aurum) in Langiano est, *& blandior auro.*

Statius emaculatus.

323. *visúsque superbos*) cur non audiam veterem: *visúsque proternos.*

325. *cogítque valentem*) nunquam fugiet attentum lectorem, germanum esse quod in manuscriptis reperi: *cogitque volentem.*

337. *iterúmque monet, rursumque fatigat*) malim cum Langiano: *iterumque fatigat.*

368.---*quantumque humeros ac pectora fundat*) idem Langianus: *quántumque humeros à pectore fundat*, quem cur non & hic audiam?

383. *at*

383. *affatur littora verbis*) si sequentia respicias, non negabis quin scriptura vetus magis ad verum: *affatur littora vatis.*

406. *decrassata duces*) lege ex veteribus *degrassata duces*, perspicuè verum, *degrassata*, pro *valde grassata*, augendi significatu, nō exscribo ea quæ alibi fusè dixi.

613. *Aëra donāt Temesæ*) Leod. *Aëre sonant Temesæ.*

422. *Messanáque tradunt*) non culpo. Vetus tamen elegantius: *Messanáque tendunt*, haud dubiè ad morem priscum, quo funibus machinæ solent tendi.

444. *classes promota*) flagitante sententia reposui ex veteri: *classis promata.*

462. --- *mirantúrque suum decrescere montem*) post hunc versum duo libri hunc inserunt: *Donec intra angustam ceciderunt vndaq; vallem*: quem cum Ioui hac emendatione haud difficulter admiserim:

Donec in angustam ceciderunt vndique vallem.

470. *armenti greges*) impura hæc depurant calamo exarati: *armenti reges.* Mens. clypeum Aiacis septemplici pelle regum armentorum, id est, tantorum, fuisse tectum. *Statius mendæ-tus.*

479. *Quémve alium ad stygies tuleris secreta per amnes*) si me audis, rescribes: *Quémve alium stygios tulerit secreta per amnes*, quo enim malum hic duplex præpositionis geminatio?

489. *Si cùm palantes*) non negabis quin æquè bonum, si non melius, quod in veteribus: *sic eùm pellentes.*

504. *& mutus honos*) manuscripti *& tutus honos*, quod meæ fidei crede germanissimum esse Papinius infrà: *Statius emendatus.*

Arma horrenda tibi sauósque remisimus enses,
Nunquam has imbelles galea violabere vittis.

518. *nunc sagax affatur*) haud damnes, tamen si penitius structuram orationis introspicias, non spernes nostram coniecturam: *nunc sagas affatur aues*, id est, præsagas, dictio Papinio vsitata.

555.—

555.---*vel in antra reuerti*

Melle nouo grauidas) placet, reperio tamen in Langiano: *Vere nouo.*

558. *& in transtris hilaris residere iuuentus*) rectum est & ita scripti, vulgati malè: *sedere iuuentus.*

561.---*sed operta conscia culpæ*

Conscientiæ vis.

Cuncta pauet, tacitasq; putant sentire sorores.) verissimum dictum & faciliùs flammam ore compresseris, quàm accusante conscientia securus sis, enimuerò vt eleganter prudentissimus historicus inquit, *Suus cuique animus ex conscientia spem præbet*, planéque:

Sal. ad Cæs.

Conscia mens vt cuique sua est, ita concipit intra
Pectora pro facto spémque metúmque suo.

nihil ita, que consultiùs quàm serò sibi persuadere licet, *omnes deos hominésque celare possumus, nihil tamen*

Cic. Offic. III. *auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.*

590. *& versos germana expauit amores*) puriùs germaniúsque quod in scriptis: *& veros germana expauit amores.*

670. *sed areptum taceas celésque pudorem*) restituo *sed ereptum taceas celésque pudorem*, & hanc coniecturam non recuso exigi ad obrussam.

IOH. BERNÀRTII
AD II. LIBRVM ACHILLEIDOS, *SCHOLIA.*

vers. 11. *fatorum euertere leges*) audi veteres *fatorum vertere leges.*

Statius correctus.

35.---*campumq; patentem,*
Qui medius portum, celsamq; interiacet vrbem) Langianus liber: *qui medius Pontum.*

42. *varióque aspersas Nebridas auro*) pelles Bacchan

chantium intelligit. Papinius hoc eodem libro:

Vt verò à tereti demisit Nebrida collo: Tacitus: *Fœmina pellibus accinctæ assultabant velut sacrificantes vel insanientes Bacchæ*, videndus tibi omnino Athenæus lib. XIII. quo de Pyrrhicâ saltatione agit.

44. illi subridens) vetus Virgiliano more: *olli:*

89. Et exemplo latuit mensura iacentis) respicit veterem accumbendi ritum: sed nescio an satis cautè, prisco illo æuo vsurpatum scribat. Homerus sanè non accumbentes, sed sedentes, semper Heroas introducit.

97. crinale reponeret aurum) Fasciam auream notat, quàm instar diadematis in fronte gerebant virgines nobiliores. Virgilius de Camilla:

Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
Tigridu exuuiæ, per dorsum à vertice pendent.

99. epulis bis térque repostis) notat diuisionem cœnæ, quæ antiquis triplex, in Antecœnam, cœnam propriè dictam, & Mensam pomorum. Antecœna: erat Missus primus, qui & Gustatio seu gustus atque etiam promulsis dicebatur, quod primam sitim antiqui ferè mulso sedarent. Cœna: Missus secundus erat, in quo præcipui cibi, Mensa pomorum, Missus tertius in quo bellaria, vide quæ notauit latè Lipsius noster Antiquarum lect. lib. III. tu hunc locum sic interpunge:

Argolicis ducibus iam tunc patuisset Achilles.
Vt placata fames epulis bis térque repostis,
Rex prior alloquitur, patriúq; inuitat Achiuos?

& ad ea quæ Lipsius de Promulside notauit, adde locum hunc Tertulliani de Pallio: *Vereor sanè ne parua sit ista trutina, cùm Drusillanus & quidam seruus Claudij quinquagenariam promulsidem adificat, suprascriptis fortassè mensis necessariam*, posuit, *promulsidem*, pro ipso *promulsidario*, id autem est vas quo promulsis continetur. Vlpianus lib. XI. paragr. argento, de auro & arg. leg. *scutellas vel promusidaria contineri.*

Bacchæ pellibus cinctæ.

Aurum crinale.

125.—vix timida matres, vix agmina ceſſant
Virginea, hic multum ſteriles damnatus in annos,
Inuiſúsque deis, ſi quem hæc noua gloria ſegnem
Præterit, exiſſet ſtratis) vitioſiſſima interpunctione adfectum locum ſic ſanaui: *vix timida matres, vix agmina ceſſant*
Virginea hic multum ſteriles damnatus in annos,
Inuiſisque deis, ſi quem hæc noua gloria ſegnem
Præterit.

135. Quas tibi ſydereis diuinarum vultibus aquas
Sors dedit, vt me olim tacitum reuerentia tangit,
Oedipo aliquo opus erit, niſi interpungas:
Quas tibi ſydereis diuarum vultibus aquas
Sors dedit, vt me olim tacitum reuerentia tangit?

158. quoque pij Samothraces eunt) Samothrace inſula Melane olim dicta, veniſſe in hanc inſulam Dardanus dicitur, & deos quos occultos Romæ habebat, templum Veſtæ, ex Samothrace, in Phrygiam, Æneam ex Phryſia Italiam aduenisſe. Auctor Dionyſius Halicarnaſſeus lib. I. & II. Antiquitatum Romanorum, & Varro II. humanarum, videndus Plutarchus in Camillo, Strabo lib. X. & Seruius ad illud Virgilij:

—*antiquam exquirite matrem*, propter religionem loci nocentes illuc olim confugere ſolent, vti colligas ex epiſtola Mithridatis, quæ exſtat inter fragmenta Hiſtoriarum Salluſtij, verba ſupra poſui lib. II. ad illud: *inſomnem ludo*, ſuggerit & quædam huic rei epigram, εἰς ὁ ὀλισθὼς I I. Anthologiæ, atque etiam Suidas hinc Iuuenalis:

—*iuret licet & Samothracum*
Et noſtrorum aras. vide Varronem lib. IV. de lingua Latina, & Tertullianum de Spectaculis.

Coniectura in Statio.

174. quas ſexus iners) ita & ſcripti, ego tamen auſim legere: *qua ſexus.*

183. Vt

183. *Vt leo materno tum raptus ab vbere mores*
Accepit) illustro leuicula emendatione, sed sententia flagitante, *cum raptus.*

193. —*tunc acer Vlysses*
Admotus lateri submissa voce, quid hæres
(Scimus ait) tu semiferi Chironus alumnus,
Tu cæli, pelagiq; nepos?) pessima interpunctio sententiam inuoluit euoluo ego:

—*tunc acer Vlysses*
Admotus lateri, submissa voce. Quid hæres?
Scimus, ait, tu semiferi Chironis alumnus,
Tu cæli pelagiq; nepos.

221. *Gratior & magno (si fas dixisse) parenti*] cur non audiam veterem, egregia emphasi: *gratior es magno?*

261. *Quid precer? heu timeamne prius?* scribe:
Quid precer, heu timeámve prius?

276. ---*cur non ego Martia tecum*
Signa feram? tu pensa manu Bacchaaq; mecum) ita edi volui, flagitante sententia vulgo, sine vllo dubio deprauatè: *Bacchaaq; tecum.* *Statius emaculatus.*

2. ---*genitórque coruscæ*
Lucis adhuc hebetem vicina nocte leuabat.
Et nondum excusso rorantem lampada Ponto,) mirificè hæc turbata & implexa, siue interpunctionem, siue sententiam respicias. Sed quid multis fidenter è libro veteri rescribe. *Statius correctius.*

---*genitórque coruscæ*
Lucis adhuc hebetem vicina nocte leuabat,
Et nondum excusso rorantem lampada Ponto, ita enim adiuuamus cum in eo sit: *excurso rorantem.*

291. *nodatum pectora palla*) emendatio à libris veteribus est vulg. *nudatum.* *Iterum.*

307. *Arripitur terris.*) quis dubitabit legendum: *abripitur terris?* *Coniectura.*

344. *Edere licet iustas*) probiore sensu vetus, *Edere libet*

libet iustas.

353. iam nunc promitteris armis) Vetus quæ recta est lectio, *iam tunc.*

884. nec vllu vberibus) magis arridet scripta lectio: *nec almis vberibus.*

388. Sic dabat ille pater, mox ille per auia secum
Lustra gradu maiore trahens, visisq; decebat.

Arridere feris) spurium hoc nemo negabit, nec etiam germanum quod reposui: *visisq; docebat.*

Coniectura in Statio.

418. Quo Magete sua gesa) vetus *Masete.* Præsto legendum Macetæ, id est, Macedones, adi nobilissimi à se & maioribus, Ios. Scaligeri ad Ausonium lectiones lib. 1. cap. 11.

Statius correctus.

420.---& flexa Balearicus auctor habena
Quo suspensa trahens libraret vulnera tractu) omnino audiendus vetus:

---& flexa Balearicus actor habenæ
Quo suspensa trahens librare vulnera tractu.

Diuinatio in Statio.

625. scandentem pendere montis) manuscripti: *prætendere montis*, lego: *prendere.*

IOH. BERNARTII

AD P. STATI PAPINI SYLVARVM LIBRVM I. NOTÆ.

Habes quæ ad Thebaim & Achillem hæc vice dicenda putaui, mi lector, restant Syluæ, elegantioris doctrinæ plenæ, sed siue scripturam, siue interpuncta respicias, ita adfectæ, vt sine veteris membranæ alicuius auxilio, irrita abierit vel Hygia ipsa cogitabam ego de plebe medicus morbum saltem leuare, si tollere non possem, illustrare certè eas iusto ferè commentario mihi animus, & iam materia ad ædificandum Musæum hoc ædificium parata, arcent in præsentia.

sententiarum ab hoc instituto manuscripti mei, qui hos libellos nulli habebant. Spisso & vix in Europa inueniri inter eruditos constat. Amicus quidam doctus, &, quod rarum hodie, syncerus, litteris nuper spem fecit me habiturum, nec fallet scio, nisi fallant ij qui promisere. sustinebo me itaque in illud tempus, & diuinationes pauculas quæ gustum quendā cæterorū exhibeant, sub finem hic adtexam, idq; cū venia neque enim (vt cum Lucretio dicam) tam certæ vt illæ:

Pythia quas tripode ex Phœbi lauróque profatur. Iudicabunt docti.

EQVO MAX.

vers. 18. — *exaustu Martem non amplius armis*
Bistonius portat sonipes) quid *tò amplius*. hic sibi velit, nimis velim scire. ego cēseam legendum: *nō amplior*

39. — *secta prætendit colla Medusæ.*
Ceu stimulu accendat equum) iinterpunge:
— *secta prætendit colla Medusæ,*
Et quis se totis Temesæ dedit hausta metallis.
It tergo demissa chlamys) leuicula interpunctione illustro obscurum locum, *hausta metallis*

53. ——— *vacua pro cespite terræ*
Æneæ captiui crinem tegit vngula Rheni.) magis ad meum gustum: *terit vngula.*

75. *Et panet aspiciens Ledæus ab æde propinqua*
Cyllarus hic domini nunquam mutabit habenas
Perpetuis frenis, atque vni seruiet astro.) libri omnes quos vidi, *mutauit habenas.* quod audacter mutaui. Sensus. Equum hunc maximum vni Domitiano seruiturum, non duobus, vti Cyllarus, qui Castori & Polluci seruiit in tertio versu fabulam respicit: qua fingitur, quod cùm Argonautæ tempestate & procellis agitarentur, Orpheus arrepta lyra canere cœpit: quo cantu mare pacatum, & sidera duo supra Castoris & Pollucis capita affulserunt. Meminerunt

passim Poëtæ: ego solum Valerium Flaccum aduoco, qui lib. 1. introducit Iouem loquentem:

Dixit & ingenti flammantem nubila sulco
Direxit per inane facem, quæ puppe propinqua
In bisidum discessit iter, fratresq; petiuit
Tyndareos, placida, & medius in frontibus hæsit
Protinus amborum, luménque innoxia fudit
Purpureum, miseris olim implorabile nautis.
62. genu durasset Atlantis] fortè: *duraret Atlantis.*
83. quod si te nostra tulissent
Sæcula, tentasses me non audente profundos
Ire lacus, sed Roma tuas tenuisset habenas.] Verba Curtij sunt è lacu suo emergentis, qui vt sese timoris arguat, haud decorum. rectè itaque Lipsius noster, in tantum laudandus, in Elect. lib. II. cap. XIV. quantum se vera virtus, & solida eruditio extendunt, legit: *me non gaudente.* Sensus Si tu Domitiane vixisses meo æuo, primus fuisses qui patriæ caritate succensus, dedisses te in hiatum, me quidem non gaudente cui gloria ea præcepta.

102. Appellea cuperent te scribere cera) locus rectè habet, & vt τὸ *cera* conuincit, largiter errat vir doctus qui supposuit *pellea*, & ad Lysippum refert: is enim ære finxit aut marmore.

Optasset que nouo similem te ponere templo
Atticus Elaï senior Iouis.] Quis hic senior Atticus Elæi Iouis? non sana ea verba, & omnino vt viri docti iam monuêre, rescribendum *Atticus Elaï sector Iouis:* alludit ad ebur quod politur, fingitúrque secando. Mens eam dignitatem esse formæ Domitiani (sermo quæsitæ adulationis) vt exprimere eum gestat omnis pictor, omnis sculptor atque etiam illi ipsi prisci. signatè Phidias Athenienſis nobilis sculptor, qui Iouem Olympium ex ebore fecit.

EPI

vers 11. *Ipsa manu nuptam genitrix Nereia ducis)* sententiam insistens malim ducit. Pronubam fuisse Venerem vult.

27. *cessent mendaces obliqui carminis astus)* fortè legendum: *obliqui criminis astus.*

70. *Precibusq; virum concede moueri)* melius (nam a Stellam refertur) *viri concede moueri*

89. *Vidi & Abydeni iuuenis certantia remis*
Brachia, laudauiq; manus & sæpe natanti, Præluxi) non malè feceris si rescribas: *natanti præluxi.* in cœca videlicet & illuni nocte cum ille nataret, ego facem prætuli quam fabulam tangat notum.

98. ——— *armiferos poterat memorare labores*
Claraq; facta virum, & torrentes sanguine campos.
Hinc tibi plectra dedit) attentus lector facilè videt legendum.

——— *torrentes sanguine campos,*
Hæc tibi plectra dedit.

Huic Hermum fuluóque Tagum decurrere limo.
Nec satis ad cultus. huic Inda monilia Glaucum
Proteáque atque omnem Nereida quærere iussi) implexa sententia & nisi iudicij fallor, legendum:

Nec satis ad cultus, huic Inda monilia Glaucum
Proteaq;, atque omnem Nereida quærere iussi,
Huic Hermum fluuoq; tagum decurrere limo.

147. *Iam Tybridis arces)* Lectio hæc à politissimo Politiano est, cum antea legeretur: *tam Tybridis.*

256. *Robora Dalmatico lucent satiata metallo.)* hæreo an rescribendum sit. *sociata metallo.*

101. *nocte Asteris asteris ortus?*
Quantum non clamatus Hylas) tolle rogandi notam & sententiæ lucem restitues. *Asteris ortu.*

221. *quam longa morantur*
Sidera, quam segnis votis aurora mariti) lege:

Sydera? quam signis votis aurora mariti)

237. *Hic eques, hic iuuenum quæstus, stola mixta laborat.* vereor planè mendum hic irrepsisse, & omninò emaculandum: *Hic iuuenum cœtu stola mixta laborat.* cogitemus tamen.

251. *eat Enthea vitris.*

Atque hederis redimita cohors) locum hunc ex Ædilitio edicto pronuncio nō sanum integrumque & præsto legendum: *eat Enthea vitris.*

269. — *præclaros latio properate nepotes.*

Qui leges, qui castra legant) Quid hic castra legere? non sincera ea verba, imo nec Latina rescribo: *qui castra regant.*

TIBVRTINVM MANLI.

vers. 3. *Aut potuit (socia commercia noscere ripæ)* interpunge.

Aut potuit sociæ commercia noscere ripæ.

21. *Ipse Anien miranda fides infráque superq;*
Saxeus) hic *tumidam rabiem spumosáque ponit*
Murmura.) rescribe: *Ipse Anien (memoranda fides infráq; superq; saxeus.*

24. *Littus vtrumque domi, nec te mitissimus amnis*
Diuidit alternas seruant prætoria ripas) subscribo Lipsio nostro rescribenti: *Littus vtrinque domus, nec te mitissimus amnis.*

Diuidit. Sensus loco littoris vtrinque domus spectatur, nec tamen amnis ipse se diuidit, sed ripam duplicem exornant prætoria bina, *prætoria* dixit more sui ævi, quo omnes villæ elegantiores, & non rustici vsus Prætoria dictæ. Ausonius: *Alternas cernunt prætoria ripas.* Tertullianus de idololatria: *voluptati seruientia prætoria.* Suetonius Tiberio: *iuxta Terracinam in prætorio.* Et Tito: *cuncta prætoriorum sua ornamenta operibus & templis destinauit.*

Cap. xxxix.
Cap. viij.

59. ——— *te quæ vada flux[illegible]*

Cer

Cernis? an ad ſylvas quæ reſpicit aula tacentis) corruptio litteræ ſententiam turbat, quid ſi emendares? *Quæ reſpicis aula tacentes*, dicam ne de aula inquit. quæ flumen, reſpicit an de ea quæ quietas ſylvas.

6. *Altoſq; in gurgite fontes*) purius, *alioſq;*

95. *Hæc per & Ægeas hyemes Pliadumq; nivoſum*
Sidus, & Olenii dignam petiiſſe ſub aſtris.
Si Maleæ credenda ratis, Siculóſque per æſtus
Sit via cur oculis ſordet vicina voluptas.) prauè, tu interpunge:

Hæc per & Ægeas hyemes Pleiadumq; nivoſum
Sydus & Olenius dignum petiiſſe ſub aſtris,
Si Maleæ credenda ratis Siculoſq; per æſtus
Sit via. Cur oculis ſordet vicina voluptas?

SOTERIA PRO RVTILIO GALLICO.

verſ. 29. —*nec conſcia detur.*

Pirene, largos potius mihi gurges inhauſtus,
Qui rapitur de fonte tuo) vitium in hoc loco eſt. puto ſublatum iri, ſi emacules:

—*largos potus mihi gurges in hauſtus*, id eſt, ſufficit mihi gurges potus de tuo fonte.

46. *dignariq; manus humilis & verba precantum*) malim: *manus humiles.*

60. *heu tanti pridem ſecurus alumni*
Progreſſuſq; moras.) non fugit corruptio loci etiam oſcitantem lectorem: ad quid enim refertur *progreſſuſq; moras?* aut quid ſignificant hæc verba? emendo: *progreſſuſq; morans.*

63. *ingentem recreare virum teneamus adorti*) contaminatiſſimus & hic locus fortè an purus erit ſi legas: *tentemus adorti.*

54. —*nec in otia pacis.*
Permiſſum laxare animos, ferrumq; retingi) inculca-

tum hic perperam τὸ retingo, nec scio quid voce ea faciam, arbitror scribendum: *ferrúmque retingi*: id est, deponere ferrum, & baltheum discingere.

92. *cum tanti lectus vectoris, habenas*

Gallice fortuna non admirante subisti) nugax oratio quid enim *lectus rectoris*? tu corrige, *Lectu rectoris* id est, lectione, legatum Cæsaris fuisse vult, & circumscribit eum ab electione, quia legati Cæsaris dilectu, ἀλλ' οὐ πρᾶτει vt ait Dio, non sorte, vti proconsules, in prouincias mittebantur, dixi alibi.

98. *Si qua salutifero gemini Chyronis in antro*
Herba tholo quodcunque tibi Troiana recondit
Pergama) assentior Lipsio, & lego:
gemini Chironis in antro.
Herba, & holus quodcunque.

112. ——— *citius non arte refectus*
Telephus Æmonia) scire te scio fabulam tangi qua Telephus Achillis hasta, à qua vulnus acceperat, sanatus fingitur quo magis placebit, spero, coniectura nostra. *citius non ære refectus.*
——— *Telephus Æmonio.*

BALNEVM ETRVSCI.

vers. 4. *Tuque inimica fera volucer Tegæe sonore*] Angelus politianus, me non refragante legit;
Tu quoque muta, feræ, volucer Tegeæe sonore.
quo monstratur Mercurius & testudo, vti asserit.

1. *ite deæ viridesque, liquidósque auertite vultus*] non dubito quin vera sit eiusdem Angeli coniectura, *aduerte vultus*, vide quæ notaui ad 1. Thebaidos, solum Tertullianum. quem reseruaram huic loco, nunc aduocabo aduersus Marcionem 11. *Nam etsi ad oblationes Abel aduertit, & holocausta Noë odoratus est libenter, quæ iucunditas siue viscerum veruecinorum, siue nidoris ardentium victimarum? sed animus simplex & Deum metuens offerentium ea quæ à Deo habebant, & pabuli*

buli & suauiolentiæ gratia apud Deum deputabatur.

KAL. DECEMBRES SATVRNALES

vers.8. *Læti Cæsaru, ebriamq; partem*) mendosè nemo abnuet, allucinor an scribendum: *ebriamq; pacem*, id est, luxu diffluentem. Sententiam eam esse mihi certum est.

17. *molles caioli lagunculiq;* doctissimus Turnebus acutè legit, *molles caioli lucunculique.* Lucunculus siquidem edulij vel panificij potiùs sciti genus, quod *lucunculum* diminutionis forma vocatur.

Afranius:

Pictori cur non scriblitario,
Vt mittat fratris filio lucunculos. Absque diuinatione *lucuns*, Varro

Ac nulla Ambrosia ac nectar, non allia sardæ
Ranis, pẽna, lucũs, cibus qui purissimus multo est.

Idem *Vinum, pemma, lucuns nihil adiuuat ista ministrat.*

55. *hos inter fremitus, nouosq; luxus*) respicit munera à Domitiano edita, is enim teste Suetonio: *Venationes gladiatoresq; & noctibus ad lychnuchos dedit: nec virorum modo pugnas, sed fœminarum*, hinc noster Lipsius, *nouosq; lusus.* vulgata retineri posset, si referas ad conuiuia, quæ mirificè extollit hoc eodem loco.

61. *hic audax subit ordo Pumilonum*) lege: *his.*

IOH. BERNARTII
AD P. STATII PAPINII
SYLVARVM LIB. II.
NOTÆ.

EPICEDION IN GLAVCIAM MELIORIS

vers.23. *Teq; patrum gemitus superantem & brachia matrum,*

Complexumq; rogos, ignémque haurire parentem

Vix tenui ſimilis comes] interpungo : *haurite parantem.*

64. atque ipſo reuocabit ad oſcula poſte] lectionem hãc Politiano debemus, cùm antea legeretur ineptè: *atque ipſos reuocabat ad oſcula poſtes*, ſed nec Angeli medicina plenè hunc ægrum reſtituit ſanitati. iuuabo in parte & reſcribam.

atque ipſo reuocabit ad oſcula poſte?

72. verna cataſta) & hoc à Politiano eſt. vulg. *turba cataſta.*

Martialis.

Sed quos arcana ſeruant tabulata cataſta

Tibullus.

Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpe coegit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes

rectè *gypſatos* quia ſeruorum pedes creta ſignabantur ſi priuati hominis eſſent, heri ſigillo, ſi publici Reipublicæ. Xenophon. περὶ πορισμῶν. αἱ δὲ πράσεις δὶ σεσημασμένα τῷ δημοσίῳ σημάντρῳ, καὶ προσκείμενης ζημίας τῷ τε πωλοῦντι καὶ τῷ ἐξάγοντι πῶς οὐκ ἂν ταῦτα κλέψειεν.

87. ——— *natos genuiſſe neceſſe eſt.*

At legiſſe iuuat) Locus rectiſſimè habet, & valde miror quid cauſſæ ſit, quod vir celebris pertentant legẽdum, *Hæc legiſſe iuuat.* Galba in probiſſima illa oratione ad Piſonem apud Tac. hiſt. 1. *Nã generari & nasci à Principibus fortuitum, nec vltra æſtimatur, adoptandi iudicium integrum, & ſi velis eligere conſenſu monſtratur.* adi Plinius Paneg. ad Traianum; Dionem in Adriano Stobæum Sermone LXXIV.

ARBOR ARTEDII.

verſ. 38. ——— *omnia quæſtus*

Immitem Bremium: ſtagna inuida) eximiè Ioſ. Scaliger, in aureolis ad Propertium in notis: *Immitem Brimo*, tu vide.

EPI

EPICEDION PILETI VRSI.

vers.1. ——— *quoniam rerum omnia cæca*

Sic miscet fortuna manu, nec pectora mouit] Sententiæ reddita lux si scribas, litterula mutata: *pectora nouit*. Mens fortunam ima summis miscere, nec animum cuiusque in miscendo respicere.

11. ——— *cui maior stemmate iuncto.*

Libertas ex mente fuit] nunquid sincerius, *iusta libertas?*

97. *merituſq; dolorem*. lego: *merituſq; dolorem*.

IOH. BERNARTII AD P. STATII PAPINII SYLVARVM LIB. III.

NOTÆ.

HERCVLES SVRRENTINVS.

vers.64. *Sufficerent notas Sirenum nomine rupes.*
Facundiq; larem Polli non hoſpes habebam
Aſſidue, illustro distinctione:
Sufficerent notas Sirenum nomine rupes,
Facundique larem Polli non hoſpes habebam,
Aſſidue.

140. ——— *iam fortibus ardens*
Fumat arena ſacris) malim, *ſortibus*

161. *tantum non dedignatur honorem*) Politianus eximiè, *non degenerauit.*

181. *ſtatuetur terminus æui.*
Dum me ſtamigeri portabit machina cœli, interpunge: *terminus æui.*
—*Machina cœli,*

PROREMP. METII CEL.

vers.120. *Auſonias fugit Cleopatra cathenas*
Vſque & in aſſyrias ſedes.) adfectus locus, sed

leuicula distinctione sanari potest: *cathenas.*

LACHRYM. HERTVS.

vers. 32. ——— *aternasq; vltro sacrabimus vmbris*
Inferias Hetrusce senus) ita Politianus, nec dubito quin rectè, antea putide legebatur, *sacrauimus vmbras.*

89. quicquid ab auriferis eiectat Iberia fossis) attentum lectorem non fallat vitium. neque enim aurum eiicitur sed labore eruitur: inducor vt rescribam, *electat Iberia fossis* ab *elicit.*

150. Cum tua non humiles dedit indulgentia mores) lege: *cui tua.*

197. tu custos dominusq; Laris? lege *Laris,*

COM. EAR.

vers. 39. *aspexi tenuiq; oculos*) interrogandi nota expulsa, totam sententiam turbat, restitue *Aspexi?*

EPVL. DOMIT.

vers. 12. *Immortale merum steriles transmisimus annos,*) sententia flagitat: *Immortale merum: steriles transmisimus annos.*

AD CLAVD. VXOR.

vers. 26. *fixisti, tua frena libens docilisq; recepi*) interpunge: *fixisti. recepi,*

94. *Quam Romanus honos & grata licentia miscent*) lege: *& Graia licentia.*

IOH. BERNARTII
AD P. STATII PAPINII
SYLVARVM LIB. IV.
NOTÆ.

VIA DOMITIANI.

vers. 81. *Sed grates ago, seruitusq; tanti est*) à libris scriptis est, quos se vidisse affirmat Politianus. vtinam ego vulg. spuriè: *Sed grates ago strictus atque.*

159. Scan

159. *Scandes belligeros obuioſque currus*) placet magni Turnebi diuinatio, pióſque currus. Domitiano laudē Imperatoriam pietatis & clementiæ, vbique Papinius tribuit: quam vtramque vno verſiculo complexus eſt.

AD SEP. SEVERVM.

42. contentus alto lumine purpuræ) iuere de lectione huius verſus, iam dudum in ſuffragium, non Pedarij, ſed conſulares Senatores Lipſius & Turnebus, indicant illi morem & veſtitum priſcum tangi, & diſcrimen clauium quod vtrumque ordinem Senatorium ac equeſtrem diſcreuit, quare reſcribendum ſuadent *arcto lumine*, perſuadent mihi.

AD IVLIVM MENECRATEM OB PROLEM.

16. *procul atra recedat,*
Inuidia, atque alio liuentia pectora flectat
His ſenium (nunquam capies niſi interpungas, *atque alio liuentia pectora flectat:*
26. *ſed iuueni lætam dat virgo parenti*) detraho litterulam: & ſcribo: *ſe iuueni.*
33. *Coluere Terapnæ*) interpunge: *Terapnæ.*

IOH. BERNARTII AD P. STATII PAPINII SYLVARVM LIB. V.

NOTÆ.

ABSCANTII IN PRISCILLAM PIETAS verſ. 80. — *nec enim numeroſior altera ſacra*
Cura domo, magnum latè dimittere in orbem.
Romulei mandata ducis,) peſſimè tu corrige:
— *magnum latè dimittere in orbem*
Romulei, mandata ducis, vix verbis conſequar be-

neuo

251. *Nempe times, nec priſcilla tremiſcat*
Latratus tacet ille piis, ne tardior adſit.
Nauita, proturbetque vadis, vehit ille merentes
Protinus, & manes placidus locat hoſpita Cymba.) vitioſiſſima diſtinctio, dēsā ſentētiæ facit nocte illuſtro:

Nempe times, ne cerberios Priſcilla timeſcat
Latratus? iacet ille piis ne tardior adſit
Nauita, proturbetq; vadis? vehit ille merentes
Protinus, & manes placidus locat hoſpita cymba,

255. *Præterea ſi quando pio laudata marito*
Vmbra venit, iubet ire faſces Proſerpina lætas.
Egreſſaſq; ſacris Heroidas antris,
Lumine purpureo triſtes aperire tenebras.

Sertáque & Eliſios animæ proſternere flores.) meo animo clarum eſt Papinium ſcripſiſſe. *præſternere flores* ad morem priſcum ſcilicet: nam veteres quando aliquem eximiè vellent honoratum, ſpargebant flores: Tacitus Annal. x i v. *Octauiæ imagines geſtant humeris, ſpargunt floribus.* Liuius l:b. xxxiij. *Omnes tendere ad Imperatorem romanum, vt ruente turba, in vnum adire, contingere dextram cupientium Coronas lemniſcoſq; iacentium, haud procul periculo fuerit.* Virgilius

Purpureos ſpargam flores, animámque nepotis
His ſaltem cumulem donis. noſter Epith. Stellæ.

——— nec blandus amor, nec gratia ceſſat
Amplexum niueos optatæ coniugis artus,
Floribus innumeris & olenti ſpargere thymbra. adi Suet. Aug. c. xviij. Plin. li. xxj. c. iij.

PROTREPTICVM AD CRISPINVM

16. *——— non te ſeries inhonora parentum*
Obſcurum proauis & priſcæ lucis egentem
Plebeia de ſtirpe tulit non ſanguine cretus
Turmali, ac remis, & paupere clauo
Auguſtam ſedem, & Latij penetrale ſenatus
Aduena pulſaſti, ſed præcedente tuorum

Agmine

Agmine] plena cera ſubſcriptio Lipſio noſtro emaculanti, ſpurciſſimum locum, *trabeaq; Remi nec paupere clauo*. Senſus, non tu plebeius, imò nec equeſtris ordinis: is enim ordo tribus notis deſignatur. *Turmali ſanguine*, quia proprie turmæ equitum. *Trabea Remi*, quia ij trabeati exemplo regum *Paupere clauo*, id eſt, anguſto & Arcto, qui ordinis equeſtris.

19. Mox Tyrios ex more ſinus, tunicámque potentem
Agnouere humeri) intelligi poteſt, & referri ad dignitatẽ: malim tamen ego: *tunicamq; patentem*, vt latũ clauum intelligat, qui proprius Senatoribus.

48. Sic Phryges attoniti, quanquam Nemæa viderent
Arma, Cleoneuſque acies impelleret arcus
Pugnante Alcide tamen, & Thelamona timebant) implexam ſententiam, leuicula interpunctione euoluo:

Sic Phriges attoniti, quanquam Nemæa viderent
Arma Cleoneuſq; acies impelleret arcus,

87.--animos infanda parentes.
Excidat illa dies æuo) interpungo: *parantes.*

97. Macte animo iuuenis (ſic creſcunt crimina matris
Nec tantum pietas,] ineptè, tu me audi interpungentem: *Macte animo iuuenis, ſic creſcunt crimina matris.*

146. Caſtellaq; longè
Aſpicis: ille dedit,) erige ſententiam rogandi nota, *caſtellaq; longè Aſpicis? ille dedit.*

EPICÆDION IN PATREM.

41. Hic ego te (nam Sicanij non mitius halat
Aura Croci, dites, nec ſit tibi rara Sabæi
Cinnama, odoratas, nec Arabs decerpſit ariſtas —
Inſerui cum laude loci, ſed carmine plango
Pierio.] locus notus non mihi inter firmos ac. ende & mecum reſcribe:

His ego te (nam Sicanij non mitius halat
Aura croci, dites, nec ſic tibi rara Sabæi.
Cinnama, adoratus nec Arabs decerpſit ariſtas)

Inſe

Inſerui cum laude locis & carmine plango
Pierio.

135. *Protinus ad patrij raperis certamina luſtri.*
Vix implenda viris, laudum feſtina: ſed dux
Ingenij ſtupuit, primæua ad carmina plebes
Eubœa, & natis te monſtrauere parentes) ſententia flagitat: *laudem feſtinus & audax*
Ingenij ſtupuit primæua ad carmina plebes
Poetica haud dubio Phraſi.

152. ——— *volucrumque precator*
Obſitus) Guil. Canterus nou. lect. libro 11. legit. *Ibicus.*

179. *Sub te Dardanius facis explorator operta,*
Qui Diomedæi celat penetralia furti,
Creuit, & inde ſacrum didicit puer arma probare
Monſtratis alis præſagúmque æthera certis
Auguriis, cui Chalcidicum fas voluere carmen.
Lanea, cui Phrygij coma flaminis, & tua multum
Verbera ſuccincti formidauere luperci.) loco antigenti aquam iamdudum affudit: me pollicem preme te, elegantiſſimus Lipſius, *Creuit & inde ſacrum didicit puer arma probare Mõſtraſti Saliis* Senſus. Tu pontificem cui cura Veſtalium docuiſti ſuos ritus, tu Salios tt Quindecimuiros, tu Flamines? tu Lupercos. Quos omnes περιφερειακῶς deſcribit. At ego cũ Deo Notas meas hic ſiſto: cui gloria in æternum. Aue mi lector & faue certè adoleſcentiæ noſtræ memor non nimis rigidè carpe.

FINIS.

APPROBATIO.

Ioannis Bernartij Melchlinienſis I. V. Licentiati hæc Scholia ad Statij Thebaidos & Achilleidos, & ad Syluarum libros hæ Notæ teſtantur eius profundam & raram humanio- litteraturæ peritiam. In quibus ni- Pu plexam t quod religioni Romanæ offi-, verum plurimas in iis gentili cœ- erutas & illuſtratas reperies ſenten- tiarum gemmas, quæ non parum ho- neſtis moribus conducunt, & iuuen- tutem ad politioris literaturæ pene- tralia deducunt.

Laurentius Nagelmaker Pœnitentiarius Mechlinienſis.